De me triumphat. & ſuperbifica manu
Atrum per urbes ducit argolicas canem.
Viſo labantem Cerbero uidi diem:
Pauidũq; ſolem. me quoq; iuaſit tremor.
Et terna monſtri colla deuicti intuens
Timui iperaſſe. leuia ſed nimiũ queror.
Cœlo timẽdũ ẽ: regna ne ſũma occupet:
Qui uicit ima. ſceptra præripiet patri.
Nec in aſtra lẽta ueniet: ut Bacchus: uia.
Iter ruina quæret. & uacuo uolet
Regnare mundo. robore expẽſo tumet.
Et poſſe cœlum uiribus uinci ſuis
Didicit ferendo. ſubdidit mundo caput.
Nec flexit humeros molis immẽſæ labor.
Mediuſq; collo ſedit herculeo polus.
Immota ceruix ſydera, & celum tulit:
Et me prem̃ẽtẽ. quærit ad ſuperos uiam.
Perge ira: pge, & magna meditãtẽ oppri
Cõgredere: mãib' ipſa iã lacera tuis. (me
Quid tanta mandas odia? diſcedãt feræ.
Ipſe imperando feſſus Euryſtheus uacet.
Titanas auſos rumpere imperium Iouis
Emitte. Siculi uerticis laxa ſpecum.
Tellus gigante Doris excuſſo tremens
Suppoſita monſtri colla terrifici leuet:
Sublimis alias luna concipiat feras.
Sed uicit iſta quæris Alcidæ parem?
Nemo eſt: niſi ipſe. bella iam ſecũ gerat.
Adſint ab imo Tartari fundo excitæ
Eumenides. ignẽ flãmeæ ſpargãt comæ:
Viperea ſæuæ uerbera incutiant manus.
I nunc ſuperbe. cœlitum ſedes pete.
Mouenda iam ſunt bella. clareſcit dies.

BER. ¶ Erebo: erebus ad inferos filii. Virgilius. Et magnos erebim trãſnauimus amnes: unde naſcitur nox. teſte Varro: ut Serui. ait Stationem eſſe eorum qui bene uixerant & caret aſpiratione dictio. ¶ Ille ferox: hercules fortis bellator. ¶ Rupto carcere ideſt inferno. ¶ Vmbrarum: animarum quæ ſunt tanquam umbre. ¶ Superbifica: ſuperba. ¶ Atrum. nigrum & horrendum. ¶ Canem, cerberum. ¶ Vidi diem: ideſt lucẽ. ¶ Labantem cerbero uidi: uacillantem & trementem: quia quando lux uidit cerberꝰ timuit ualde. ¶ Terna colla. ſcilicet cerberi qui collum ſerpẽtibus plenũ habet. ¶ Imperaſſe ſcilicet per euriſtheũ qui iuſſerat Herculem deſcendere ad inferos. ¶ Nimium queror: lamentor. ¶ Leui parui damni, ſed prius timendum eſt ne uelit nos quoque de cœlo pellerẽ & ſolus ibi regnare. ¶ Regna ſumma ideſt celum infernum. ¶ Timendum: oportet timere. ¶ Sceptra: imperium. ¶ Patri ioui nõ faciet ut bacchus quia uia. ¶ Lenta. ideſt quieta iuit ad cœlum: ſed omnes expellet. ¶ Mundo ideſt cœlo. ¶ Tumet: ſuperbit: tumere eſt inflari ſecundis auris. ¶ Expenſo: robore uiribus exanimatis & cognitis: nam præter cætera uirtutis ſuæ facinora dicitur loco athlantis humeris ſuis ſuſtinuiſſe cœlum quod factum fuit. Athlas maximus aſtrologus ab eo Hercule Aſtrologiam dicitur ſic cum eo ſuſtinuit cœlum. ¶ Immenſæ molis: tãti ponderis. ¶ Polus cœlum: ea pars ſuper qua uertitur cœlum: a poleo uerto: latine etiã dicitur uertex: ut Virg. in geo. ſedit requieuit. ¶ Ceruix ſcilicet her. collum. ¶ Immota: nõ flexa. ¶ Tulit ſuſtinuit. ¶ Perge excitat ſeipſam iuno ad perdendum herculem: non poteſt mori per monſtra inuenienda eſt alia uia & ad irã loquitur uocatq; furias contra herculẽ. ¶ Perge noli deſiſtere. Optime perde medietatẽ. ¶ Magna: cogitat aggredi cœlum.

Athlas

Congredi ¶ Congredere: deſcẽde in certamen. Nam congredi eſt cũ hoſte manũ conferere. ¶ Mãdas: iperas. ſ. per euriſtheũ. ¶ Fere mõſtra. i. noli amplius eum opponere mõſtris. ¶ Vacet: ceſſet. ¶ Emitte titanas gigantes qui uoluerunt detrudere de cœlo iouem. ¶ Tellus doris ideſt ſicula. ¶ Laxa: aperi. ¶ Specum: ſpelunca. ¶ Siculi uerticis ideſt montis ethne ſub quo Enceladus Gigas. Titani & terræ filius a io. fulmine ictus ſuppoſitus eſt: ut Virgili. iii. æ. ¶ Tremens excuſſo moto gigante: unde dicit̃ fabuloſe terremotum procedere. ¶ Leuet: alleuet: ut poſſit exire contra herculem. ¶ Monſtri: encæladi gigantis. Sublimis: dicit ꝙ luna concipiet feras contra herculem. concipere eſt apprehendere: unde mulieres concipere dicuntur cum genitale ſemẽ apprehendunt

ad fœtum faciendum: aliquando deliberare. Seneca. iamdudum animo conceperat quid eſſet acturus: aliquando comprendere. Quintil. Nec tantum ſcelus animo concipere potuit: hinc conceptus mentis dicuntur quæ comprehendimus & imaginamur. ¶ Cõcipiat ergo ideſt generet. Luna uidetur accipere: unde Virgi. in geor. ubi dicit ꝙ diuerſi dies habent uarias poteſtates: ita nunc luna quæ habet hanc poteſtatem: faciat naſci nouas feras contra Herculem ſicut fecit olim gigantes. ¶ Feras. altas: indomitas. ¶ Sed uicit iſta: conuertit ſermone uno nihil hic erit quia omnia mõſtra ſuperauit. Queris alcide parem: non inuenietur qui herculem uincat: opus ergo eſt ſeipſum ſuperet & ſecum bella gerat quid fieri poterit ſi furias in eum mittam. ¶ At ſint: eumenides furię per antifraſim eumẽi bonũ. ¶ Excitæ: uocate. ¶ Imo fundo ex profundo baratro. ¶ Tartari: infimæ partis inferni a uerbo tartariſo. i. crucio. ¶ Flammæ: euomentes ignem: nam furiæ infernales a poetis deſcribuntur armate igne & ſerpentibus in. vi. ænei. ¶ Nunc. ueni nunc. ¶ Pete: inuade. iſti uerſus interiectim uidentur: ſed tamen ita legantur: ut iam inſultet herculi uideatq; furias uentes.

DA ¶ Perge: hic cœca iunonis rabies aperte paret cum ſibi irare imperet: abſurdum etenim eſt ſibiipſi imperare quod parata ſit ſua ſpote facere. ¶ Doris. Dorienſis colonia laconum iuxta æoliam in Sicilia quorum linguam coluit maxime omnium græcorum theocritus ut lepide perſtringit ex perſona praxione ad militem ptholemei a quo ipſa inepte arguebatur muliebris dicacitatis: doris ergo tellus hic a ſeuera ratione uicinitatis denominata eſt & eſt inflexio patronymica pro poſſeſſiua: ut ſit doris pro dorica tellus ideſt ſicilia. ¶ Secũ gerat bella ideſt inſaniat ita ut ſeipſam necet quod parum aberit. hoc enim eſt ſecum ideſt contra ſe bellũ gerere & ſeipſum uelle occidere: nã paulopoſt ſequit̃ magno furore parcit? &c. ¶ Sorores iter uos: ſcilicet nõ meæ ſicut nymphæ dicunt eẽ inter ſe ſorores a. poeta mantuano: teſte honorato: aut ſorores appellat ſuas ut alliciat: & eſt epizeuſis meme uerſate; ſicut apud poetam. ¶ Meme ad ſum qui feci: in me conuertite ferrum. ¶ Deſcribit ortum diei mox inania hominum uota ſubſannat & uanas ſpes: in ueruſtiſſimo codice hæc pars chori eſt manca nec poluentur ſublimitati. ¶ Senecæ conueniens utriuſq; omnino conſtat iambico dimetro catalectico euripidio quo ſæpius utitur Euripides habet pyrrichium in quarta ſede nonnunquam trocheum.

ER. ¶ Humana, tene tãquam uirtute tua minora: quia tu ſuperaſti inferos: ſed tamen faciam peiora tibi in terris q̃ ea quæ ſuperaſti apud inferos. ¶ Hic terris & apud ſuperos oſtẽdam. Inferos ſcilicet quos effugiſſe credis. ¶ Reuocabo deam furiam megeram. ¶ Cõditam: occultatam. ¶ Caligine alta profundis te. ¶ Vltra exilia nocentum id eſt ultra ſedes tartari ubi ſcelerati relegati ſunt. ¶ Scelus pro perſona ueniat huc. ſ. inferis. ¶ Impietas, crudelitas contra ſuos. ¶ Error: qui faciat errare mẽtem. Furor qui facit malũ facere in ſeipſum & ſuos: ponit hũc eo modo pro miniſtra ſui doloris. ¶ Incipite: excitat furias in her. iuno. ¶ Famulæ: furiæ. ¶ Ditis, plutonis. ¶ Incitæ: cõmotæ. hæc eſt eadẽ ſententia illorum uerſuum ſupra dictorum qui uidẽtur adiũcti. ¶ Pinum: facẽ. ¶ Megera: prima furiarum. ¶ Ducat agmẽ: hoc dicit non ad multitudinẽ: quia non ſunt niſi tres furiæ: ſed quãtũ ad impetũ: Sic Vir. in. vi. æneid. Agmina uincat illa ſororũ. ¶ Horrẽdum: anguibus, habent ſerpẽtinos crines & facies luctificas ex igne acherontis. ¶ Luctificæ: ut ſignificet mortem. ¶ Flagrante: ardente. ¶ Rogo exaggeratione lignorum accenſa ubi comburatur cadauer morẽ antiquo. ¶ Stygis uiolate, qa rupit leges inferorum: uiolare eſt corrumpere contaminare: & polluere: & quaſi uim inferre: unde uiolentus qui uim facit. ¶ Cõcutite: exagite. ¶ Pectus: her. ¶ Acrior, uiolentior q̃ ignis q furit ĩ fornacibus mõtis ætnæ perpetuo ardẽtis: eſt in ſicilia: ut pli. & ſtra. ¶ Exquoquat, uexet & perturbet. ¶ Vt alcides: herc. ab alceo auo. ¶ Agi: uexari. ¶ Captus animo. i. inſanus. ¶ Percitus: commotus. ¶ Nobis prius inſaniendum: hoc, dicit Iuno ne poſſit mutare mentem ad perdẽdum her. quia etiam ſi ipſa erit inſana nõ poterit duci aliqua miſericordia ut mutet propoſitũ de perditione her. itaq; uocat. ¶ Sorores. i. furias ut ſeſe inſanas faciant Cur num. tantum moratur hic eſt ad maximam ultionis auiditatem. ¶ Iuno: in tertia perſona de ſeipſa loquitur. ¶ Verſate: turbate. ¶ Deiecta. m. i. me. factam inſanã. ¶ Dignã no. i. nouercali odio,

Humana temne. iã Styga: & manes ferox
Fugiſſe credis. hic tibi oſtẽdam inferos.
Reuocabo in alta conditam caligine
Vltra nocentum exilia diſcordem deã:
Quæ mugit ingens mõtis oppoſiti ſpec⁹:
Educã. & imo Ditis eſt regno extrahã.
Quidquid relictũ eſt: ueniat inuiſũ ſcelus:
Suumq; lambens ſanguinẽ ĩpietas ferox:
Errorq;: & in ſe ſemper armatus furor.
Hoc hoc miniſtro noſter utatur dolor.
Incipite famulæ Ditis. ardentem incitæ
Cõcutite pinũ. & agmen horrẽdũ angui
Megæra ducat. atq; luctifica manu (bus
Vaſtam rogo flagrãtem corripiat trabẽ.
Hoc agite. pœnas petite uiolatæ Stygis.
Cõcutite pectus. acrior mẽtẽ excoquat:
Quam qui caminis ignis ætnæis furit.
Vt poſſit animo captus Alcides agi
Magno furore percitus: nobis prius
Inſaniendum eſt. Iuno cur nõ dum furit?
Me me ſorores mente deiectam mea
Verſate primã: facere ſi qdquã apparo
Dignũ nouerca. iam odia mutẽtur mea.
Natos reuerſus uideat incolumes: ꝑcor:
Manuq; fortis redeat. inueni diem:
Inuiſa quo nos Herculis uirtus iuuet.
Me pariter: & ſe uincat: & cupiat mori
Ab inferis reuerſus. hoc proſit mihi:
Ioue eẽ genitum: ſtabo: & ut certo exeãt
Emiſſa neruo tela: librabo manum.
Regam furentis arma. pugnanti Herculi
Tandem fauebo: ſcelere perfecto licet:
Admittat illas genitor in cœlum manus.

Adilon. Chorus. Anapeſtici.

IAm rara micãt ſydera p̃no (gos
Languida mũdo. nox uicta ua-
Contrahit ignes: luce renata.
Cogit nitidum Phoſphoros agmen.
Signum celſi glaciale poli.
Septem ſtellis Arcades urſæ
Lucem uerſo temone uocant.
Iam ceruleis euectus equis
Titan: ſummum proſpicit Oetan.
Iam cadmæis inclyta baccis
Aſperſa die dumeta rubent,
Phœbiq; fugit reditura ſoror.
Labor exoritur durus. & omnes
Agitat curas. aperitq; domos
Paſtor. geli[illegible]na pruina
Grege d[illegible]o pabula carpit.

opus eſt ut inſaniam. ¶ Odia iam mutetur ironica locutio corrigit ſe iuno quid uolo perdere her. immo uolo uidẽr bonum de eo: ut fortis reuertatur ab inferis & ſuos ſoſpites reperiat. ¶ Manu. f. ſ. ut meli⁹ poſſit ſæuire in ſuos. Redeat: ab inferis. Inueni tẽpus in quo mihi placet illum eſſe fortem. ¶ Virtus fortitudo he. ¶ Inuiſa: odio mihi. Iuuet: delectet. Me & ſe uincat ſum contenta ꝙ uincat me. Et ſe perdendo ſuos. ¶ Et cu. m. cupiat ſeipſum interficere. ¶ Hic: in hoc. ¶ Proſit eſſe. g. io. ſ. ut cupiat mori & non poſſit: uidebo maximam uindictam her. cupientem mortem præacerbo dolore: nec poſſe mori ꝙ ex ioue natus ſit: alius ſenſus ẽ. ¶ Proſit mihi. ſ. ut ſit fortior q̃ ſi eſſet natus ex patre hũano: ut ꝑdat ẽt ſuos uirib⁹ ſuis: ibi apit ironiam. Iuno. ¶ Stabo: adero. ¶ Liberabo: eleuabo & dirigam. ¶ Manũ. ſ. her. ¶ Neruo: chorda arcus. ¶ Certo: non fallenti. ¶ Pugnanti. her. ſemper fui contraria: nunc iuuabo eum, in hac pugna: & quando interfecerit filios & uxorem ero cõtenta: licet poſtea eum iuppiter ducat in cœlum. Licet licitum ſit. ¶ Perfecto ſcelere: interfectis filiis & uxore. ¶ Genitor: Iuppiter. ¶ Admittat: recipiat. ¶ Manus ſcilicet hercu. Il'as quaſi ſceleratas q̃ filios & uxorem interemerint.

IAm. hic chorus nõ legit hoc loco unde paucis annotabimus deſcribit hominum perpetuas curas qui licet uideantur quieti in ſuo genere uitæ: tamen quotidie ueniente luce ad nouos labores reducuntur. ¶ Lãguida: occidentia. ¶ Mundo: cœlo. ¶ Ignes. u. ſtellas errantes. ¶ Foſphoros: lucifer præuius ſoli. ¶ Cogit: ducit ad occaſum: quia e ultimus qui occidat: unde uidetur alias ſtellas ante ſe cogere. ¶ Agmen ſcilicet ſtellarũ. ¶ Archades urſæ eſt ſig. ap. ſignum glaciale. Oetam: montem inter theſſaliam & mace. ¶ Cadmæi bacchis tebanis mulieribus baccho ſacrificantibus. ¶ Rupta: fronte nondum natis cornibus. uel rupta. ſ. iugo. ¶ Matres uaccæ. ¶ Repa: replent. ¶ Nouo ſoli: matutio. ¶ Tradere ⁊ oſtendere. ¶ Teſtiuam ueniente luce

BER.

Ludit prato liber aperto
Non dum rupta fronte iuuencus.
Vacuæ reparant ubera matres.
Errat curſu leuis incerto
Molli petulans hœdus in herba.
Pendet ſummo ſtridula ramo:
Pinnaſq; nouo tradere Soli
Geſtit querulos inter nidos
Thracia pellex.turbaq; circum.
Confuſa ſonat:murmure miſto
Teſtata diem.carbaſa uentis
Credit dubius nauita uitæ:
Laxos aura complente ſinus.
Hic exeſis pendens ſcopulis:
Aut deceptos inſtruit hamos:
Aut ſuſpenſus ſpectat preſſa
Præmia dextra.
Sentit tremulum linea piſcem.
Hæc innocuæ quibus eſt uitæ
Tranquilla quies:& læta ſuo
Paruoq; domus.ſpes & in agris
Eiuſdem rationis cum ſuperioribus.

CHORVS.

TVrbine magno ſpes ſollicitæ
Vrbibꝰ errāt,trepidiq; metus.
Ille ſuperbos aditus regum:
Duraſq; fores expers ſomni
Colit.hic nullo fine beatus
Componit opes:gazis inhians:
Et congeſto pauper in auro eſt.
Illum populi fauor attonitum:
Fluctuq; magis mobile vulgus:
Aura tumidum tollit inani.
Hic clamoſi rabioſa fori
Iurgia uendens improbus,iras
Et uerba locat.nouit paucos
Secura quies.qui uelocis
Memores æui:tempora nunquam
Reditura tenent,dum fata ſinunt,

ueniēte luce canit threitia pellex:philomena uiolata a tereo tracū rege.Sinus:ampla uella hoc:alius. Præmia piſces captus. Hæc quies qete ſine ambitione in agris degētes ſibi uiuūt: ſed qui urbes habitāt uariis malis agitant.

TVrbine,hæc ſcæna ſcribitur uerſu anapeſtico & dicit uerſus dimeter cōputatis duobus pro vno:poteſt habere ſpondeum & dactylū:& aliqn̄ nullū anapeſtū: & tñ dr̄ anapeſticus: ſeu pindaricus: qa eo uſus ē pindarꝰ.Hic introducit chorus tebanus de ībecillitate humana & uarietate fortune loquēs q̄ maxime ī uiris magnis ludit.neſciūt homines uti hac uita q̄ cū tā breuis ſit deberemꝰ optare qetē: ſed aliq laborando auidiſſime īſtāt diuitiis alii ambitioni intēti ſunt,& ſic nunq̄ qeſcūt miſeri hoies. Sunt duæ paſſiones quę tanq̄ tyrāni hoies agitāt.ſ.ſpes & metus.ſpes in plurali ē expectatio futuri boni.& hæc impellit nos ad patiendum multa. Sollicitæ:anxie expectando quia ut dicit Ari. omne quod differt affligit animum:& ut diffinit Cice.in tuſ. Sollicitudo eſt animi ægritudo premens. Errant uagantur: quia hoies in multis ſperant etiam caducis. Magno tur.magna confuſione.nā turbo uentorum reuolutio impellens cum fulmine quod interdum ſolum turbo appellatur ueniens cum magno fragore. Vir. Turbine cor.ſco.infi.a. Metꝰ de futuro malo. Trepidi:trement ex: interdum trepidare eſt feſtinare. Virgi.Nec trepidare meas teucri defendere naues. Ille ecce q̄ bene & publice exprimit miſeriam hominum cæcitatē: Ille alius. Colit: obſeruat. Expars ſom.perpetuo uigilās. Aditus ingreſſus ut poſſit adire regem conſequi qđ cupit. Superbos,plenos faſtu. Duras nimis difficiles.Hic ideſt alius Inhians: auidus habendi eſt ꝓprie inhiare aperto ore nimis intētus alicui rei inſtare. Cōponit: quaſi in unum ponit.i. parat.iterdum componere eſt litem dirimere. Vir. Non noſtrum inter uos tantas componere lites: aliquando componere eſt comperare idem. Sic: paruis componere magna ſolebam aliquādo coniungere. idem. Componenſq; oribus ora:aliquando eſt ornare: idē. Dulcis con.ſpira.cri.au.Opes quæ ſunt ad magnificentiam.diuitiæ potius ad neceſſitatem. Beatas:nunq̄ ſatiātes.Nullo ſit.nullo termino nec mō aut ſatietate:homines beati nō diuitiæ dicunt ab habēdo qui habent qđ cupiunt: ſed qui plura querunt nō ſunt beati quia nunq̄ implent ut Iuue. Creſcit amor nummi q̄tum ipſa pecunia creſcit. Gazis:perſicum ē uerbū.i.diuitiis. Paup: qñ nō eſt cōtētus: qa ut dicit Ci. in paradoxis auus nō arca diues appellari ſolet. Cōgeſto au.accumulato ī theſaurꝫ. Illū: alium alius ambitioſus & honoris cupidus oēs curas ſuas ī adipiſcētis honoribꝰ ponit. Attonitū ſtupefactū q̄ſi tonitu afflatū & ꝑcuſſum: qa neſcit iterdū ambitioſus qd faciat. Mobile:incertū & uariū.Vulgus: ignobilis plebecula. Tollit,eleuat,interdū ē nutrire. Ter.Nā qcqd peperiſſet decreuerūt tollere,aliqñ remouere. Vir. Tollite cūcta iqt. Tumidū illū falſa opinione iflatū: Aura in.i.fauore incerto aura dr̄ color auri fulgens idē p met.fauor ppl̄i vñ aurarii q captāt auras ppl̄i aliqñ aura dr̄ leuis uētus. Hic aliꝰ.Ecce uarietatē uitę: alter ponit totū ſtudiū ſuū ī orādis cāis q̄ plerūq; ſolēt eē ꝑnonoꝑniciosę. Fori iudicialis: foꝝ locus quo res uēales ad uenendū ferunt:ut foꝝ holitoriū:& boariū.a ferēdo dcm̄ vt placet Var. aliud forū iudiciale ubi cāæ agunt ſiue a referendo ēt dcm̄ qd qſq; iura ſua ferat: ſiue a phoroneo rege argiuoꝝ q prius foꝝ iuenit.ut hr̄ digeſtis ide uer.ſig.In pl̄i fora & fori.i alia ſignatiōe tabulata ſūt ad ſpeculādū: & ēt ſedilia ſiue trāſtra nauiū:ut. Vir.i.vi.æn. Laxatq; fores ſi.ac.al. Clamoſi: pleni clamoribus. Vēdens qa ꝑnonus pecunia cōductus cām agit. Iurgia:conuicia: Rabida.acerba: ide a.M. V.patroni cāꝝ appellant tabulæ arabiæ cōuiciādi. Improbus:ille cauſidicus inſatiabil. Locat:ad ꝑcium dat,de locatio dr̄: & titulus eſt digeſtoꝝ locati & ꝯducti. Iras & uer. qa uī iratus cōtra aliū,& uult quod ſoluas iras & uerba ſua. Nouit,bona ē ſnia pauci ſunt qui ſciāt ſui uitā: & qui cognoſcāt uerā quietē. Secura:ſine anxieta e. Quies uitæ pacatio,eſt hypallage: Verte caſus. Qui pauci, Memores recordātes hāc uitā eſſe tā fugacē. Eui:ętatis. Velocis: cito currentis:ut Oui. labit oc fugitq; uola.æn. Tenēt:ſciant. Dū.ſi.i.dū ducimus uitā. Fatū dixit Pla.in ti.naturā q̄dam de creatore pēdentē.poſt uniuerſi naturā,& aias horum ꝑductas æthereis uehiculis iunctas expoſuit:tū his leges fatales aperiri narrat.ſ.ſeriē atq; ordinem reꝝ quē creator conſtituit: atq; conſeruat hic ordo eſt neceſſarius:ſed iſta neceſſitas oia q̄ſi paꝝ trahat.adiuuatq; uitæ noſtræ libertatem arbitrii quo poſſumus & uitare: & prouidentia declinare:unde erit imobiles:& prouidentia mobilia.

DAN. ¶ Turbine tidet in aura hoīum nota.& caducas ſpes cō tra inſanū uulgi paradoxon oñdit qcqd in hac uita appe tit fluxū eē & fragile extra ſolā uirtutē loquif chorus & carmē iābicū dime.hypcata.in diſſilabo.⸿ Ille. ambitio/ nē taxat & auaritiā eo℞ q mane egrediētes diuites ſaluta bant & apppellabant reges & dominos ut ait Marti. ad ceci.& baſſum & multis in lo/ cis:Iuu.ait miſeros: caput Cu riales. Furi.a contentionibus forenſibus cauendum eſſe in primis monet exiodus perſam fratrem ſiquidem breui & rem & vitam hois deſtrunnt ωρας ſάρτο λιſαωεχετα νεικεσ ωνſαſορτωντε.Dum fata ſi. au. & magnifica ſnia: omniq; obſeruatiōe nō indigna quip/ pe ad animi ſecuritatē inuitat cōtempto uicio. hoc enim eſt uiuere bis uita poſſe prioꝛ frui hinc facūdiſſimus poeta Mar tia. Iulium ſodalem inuitat ad ocium & uirtutem cum uolu/ ptate. Non bene diſtuleris ui/ deas quod poſſe negari: & du/ cas quod fuit eſſe tuum. & ad Qu.Fabium properat uiuere nemo ſatis: & ad Iulium. Nō bene diſtuleris uideas quod poſſe negari. Educas quod fuit eſſet tuum: & alibi. Vi/ ue uelut rapto fugatiuaque. gaudia carpe. Perdiderit nul/ lum uita reuerſa diem. & Per/ ſius.Diſcite o miſeri & cauſas cognoſcite rerum. Quid ſu/ mus & cætera.

R. ¶ Viuite læti,ideſt ſine ulla cu piditate.quod ſine uirtute fie/ ri non poteſt: ut Vult. Cice. Citato: accelerato. ⸿ Volu/ cri:cito uolanti.⸿ Rota: ideſt reuolutio p metapho.⸿ Duræ ideſt inexorabiles.⸿ Sorores: parcæ Clotho: Lacheſis. & Atropos. Clotho colum ba/ iulat.Lacheſis filat.atropos occat: he uitā nrām ducere dñr:dicēte Mar.i prio.Lanificas nulli tres exorare puel/ las:Cōtigit:obſeruāt quē ſtatuere diē: iterdū p diſpōne ſupe℞ capiūf ab auctoribus. Q uare latine pce dñr teſte Gellio.li.iii.uo.act.ex Var.una lra imutata aptu.⸿ Per/ agūt:deducūt ad fi.⸿ Pēſa:ſtamia a pēdo pēdis qb⁹ ſcri bunt uitā nrām ducere:& finire.⸿ Retro uo.qa trāſactū nunq̄ reuertif:ergo dū uos hētis tps fruimini eo qd nūq̄ reuertetſ.⸿ At gēs:ſʒ ſtulti hoies nō cognoſcētes uitā ſuā uadūt p maria & ſubiiciūt ſe mille piculis:& ſic uadūt ob uiā.⸿ Fatis.i.morti.Rapidis uelocibus:qa mors cito ue nit.⸿ Stygias ul.i.ſpōte.⸿ Quærimus un.i.audimus ad mortē.⸿ Nimiū.alci.cōuertit ſe chorus ad her.di. O her. qd facis:qd deſcēdis ad iferos ad tempus: Pectore.i.aio. ⸿ Properas:feſtinas. Viſere.ma.iferos ſm Acro. ſūt dii boni:nā manū bonū ſignat un̄ mane ē dcm̄.Ser.p antifr. putat māes deos dictos iferos qa nō ſunt bōi: idē alibi di cit manes eē aias exutas corpib⁹: adiūgit alios q credāt manes a manēdo.i.fluēdo dici: eo qd plena ipſis ſint oia inter lunare terrenūq; circulū:interdū ponūt p penis. ut Vir.in.vi.qſq; ſuos patimur manes. Mœſtos: ergo ifer/ nales ubi eſt perpetua triſtitia. ⸿ Parcæ: illæ deæ dant mortē.⸿ Veniūt:ad nos.⸿ Ordine cer.fixo:qa ſtatutus ē

Viuite læti. properat curſu
Vita citato. uolucriq; die
Rota præcipitis uertitur anni.
Duræ per agunt penſa ſorores.
Nec ſua retro fila reuoluunt.
At gens hominum fertur rapidis
Obuia fatis incerta ſui.
Stygias ultro quærimus undas.
Nimium Alcide pectore forti
Properas mœſtos uiſere manes.
Certo ueniunt ordine parcæ.
Nulli iuſſo ceſſare licet.
Nulli ſcriptum proferre diem.
Recipit populos urna citatos.
Alium multis gloria terris
Tradat.& omnes fama per urbes
Garula laudet, cœloq; parem
Tollat,& aſtris.alius curru
Sublimis eat.me mea tellus
Lare ſecreto:tutoq; tegat.
Venit ad pigros cana ſenectus,
Humiliq; loco:ſed certa ſedet
Sordida paruæ fortuna domus.
Alte uirtus animoſa cadit.
Sed mœſta uenit crine ſoluto
Megara paruum comitata gregem,
Tarduſq; ſenio graditur Alcide parens.

terminus cuiq;.⸿ Ceſſare:non poteſt tardare aliquis qm parcæ iubent eum mori.⸿ Proferre.i.prolōgare.⸿ Dies mortis.⸿ Scriptū:terminatum. vnde Mar. dixit parcas eſſe librarias & ſcriptrices ſuperum. ⸿ Vrna:urna.i.ſe/ pulchrum ubi cineres mortuo℞:cōduntur:uel urnā intel lige iudicium inferni qui p ſortes ex urna tractas iudicia faciunt damnatorum apud in/ feros. ut Virgil. in.vi.urnam mouet ille ſilentium.⸿ Popu/ los.cita.uocatos: quia cui ac/ ciderit ſors illa ex urna tra/ cta:opus eſt ut uadat: ac locis a quo accire deducitur h̄ eſt ad uocare & accerſire eiuſdem ſi/ gnificationis:& de accire:acio ſit etiam cito citas quod eſt uo co. Cice. Cita cum non reſpon det. procire eſt autem petere. Liuius. Matrem procitum ue nerat: habetq; penul.ſyl.cor. quādo eſt producta ſignificat irritum atq; ruptū:inde iuriſ conſulti irritum teſtamentum ꝯcidunt dicunt procitare idē eſt quod prouocare: & idem ſigāt ciere a cieo. Virg. Lacry/ maſq; ciebat. ⸿ Alium: ideo concludens chorus dicit: nolo ſequi iſtas anxietates alii pa/ rent gloriam: ſatis mihi eſt ui uere meo paruo. ⸿ Tradat: ut cognoſcātur per uarias ter/ ras.Curru.ſ.triūphali.⸿ Mea tel.i.patria.⸿ Lare.domo. Se creto:ubi non ſim multum co/ gnitus: iuxta illam præclarā ſententiam Ouid.in tri. Crede mihi: bene qui latuit: bene ui xit: & intra fortunam debet quiſq; manere ſuā. ⸿ Tutoq; tegat:uerſus hic conſtat ex pri mo ſpondeo:& ſecundo tribra cho.⸿ Venit ad pigros:ad de/ ſides: & homines umbratilis uitæ:nullus uenit ad ſenectu/ tem qui uult conſequi magna & ardua: quia cito moriuntur ſubeuntes mille pericula. ⸿ Cana ab ef.quia habent ſenes albicantes & canos ca/ pillos. ⸿ Humiliq; loco: uili & obſcuro loco quod con/ trarium euenit cupidis honoris:& regibus qui raro mo/ riunſ ſine uulnere. ut Iuue. Ad gene℞ cereris ſine cæde & uulnere pauci deſcendunt reges & ſicca morte tyranni. ⸿ Sed cer.ſe.i.manet ſine periculo:ut Hora.in odi.uiuiſ bene paruo:cui in nitet in tenui menſa:purum & ſine labe ſalinum.⸿ Fortuna:cōditio.⸿ Sordida:ſine apparatu & ignobilis in ea ſignificatione apud Ho.legitur. Iudice te nō ſordidus auctor:ſordidus aliquādo ſordibus plenus. ⸿ Paruæ do.tenuis familiæ.domus aliqñ familiam ſigni ficat:ut domus corneliā.aliqñ pr̄iaʒ.Vir.Da.p.tym. do. da mœ.feſſis aliqñ habitaculum. Vir. Aſt ubi iam pr̄iæ paruē.ad li.ſc.antiquaſq; do.aliquando tēplum.Iu. Ante domū uc q̄ do.ſuſtinet anchon: itē bruto℞ luſtra domos appellamus. Vir.⸿ Antiquaſq; do.uolucrū.⸿ Alte ca.q querunt res altas: altius cadunt & grauius.⸿ Sed mœ/ ſta:dat locum ſequenti ſcenæ quia dum loqueretur uenit megera uxor Her.cum filiis ſuis paruis & amphitrione mœſta tota: & capillis ſparſis. ⸿ Comitata: ſequens. ⸿ Par.igitur.filios paruos.⸿ Parens amphitrio.⸿ Alci dæ:herculis alcei nepotis.

O magne.

BER,

Magne. ſecundus actus de lamētatione megeræ de laboribus her, & hēt aliā partē de cōſo. amphi. ad eā. tertio uiolētia lyci q uolebat megerā i uxo. poſtea ponit̄ chorus q ſemp cantat̄ in fine actus. Verſus talis eſt: ut in prima Scēa iambici. Stilus eſt dramati. in quo itroducunt̄ loquētes: & auctor tacet: & ꝓprie ē tragœdiæ & cōedię dramata latine dici pn̄t actus. ibi. n. res uī agi nō narrari. ⁋ O magne re. & ar. o Iuppiter qui ſuper oia ptātē habes, arbiter iudex dr̄ nō a lege datus ſed ab his qui litigāt electus q totius rei hn̄t arbitrium & facultatē dictus ab arbitrādo, arbitrari. n. eſt exiſtimare hic arbitriū quod arbitriū ſniam ſignificat: aliquādo opinionē ut oia pro arbitrio ſuo facit. i. put ſibi uidet̄. ⁋ Statue: impone. ⁋ Modū: finē ⁋ Erumnis: laboribus meriti mei. erumna ꝓprie ē labor corporis. ⁋ Grauib⁹: difficilibus. grauis dicit̄ pō deroius inde per trāſlatio nem dicimus uirꝫ grauem plenū auctoritate: aliqn̄do dr̄ grauis moleſtus. Iu. grauis es nobis & ſemp emungeris. Itē amarꝫ ſigant Lucre. abrotanos quæ grauis & triſtis a centaureę: aliqn̄ etiā grauis grauidus dicit̄. Vir Matre grauis gēmam &c̄. ⁋ Lux: dies. ⁋ Secura: ſine metu. ⁋ Finis: cū finiuit vnū laborē ſtatim iubet̄ ad aliū. ⁋ Eſt gra. eſt quaſi uia ad aliū: gradus. n ſunt ex quibus ſcalę cōſtant: & per quos ad ædificiorꝫ altiora cōſcendit̄: a gradiēdo. i. eundo dicti: quod per eos eat̄. Virg. Aerea cui gradibus ſurgebant limina. Gradus etiā dicit̄ quædā firmitas ſtandi: ut Ci. Nec tumultuantes de gradu deiici: Gradus cognationis pau. iuriſcon. dictos putat ad ſimilitudinē ſcalarꝫ: quos ita ingrediunt̄: ut a proximo in proximū ueniamus. ⁋ Reduci: reuerſo proprie dicunt̄ reduces qui reuerſi ſunt icolumes ex alius periculo: ut Vir. to. i. æne. ⁋ Anteq̄ cō. ueniat domū: remittitur ad aliud periculum. ⁋ Dum iu. i. interea tantū requieſcit dum mandat̄ ei periculum: & eius conditio narratur. ⁋ Infeſta: inimica. Infeſtus actiue ad perſecutionem alicuius: paſſiue dicit̄ locus infeſtatus a latronibus. ⁋ Apprime: ualde iungitur cū adiectiuis. ⁋ Nunquid: icipit narrare pericula eius: cum natus eſſet her. ad eum necandum miſit Iuno duos ſerpentes quos in cuius puer itrepidus interemit: ut Ouid. in epi. Vt geminos eliſeris angues: cū tener in cunis: iam ioue dignus erras. ⁋ Immunis. q. d. nō: nō fuit ſine periculo & labore. ⁋ Noſce, pro noſcere infinitiue per ſincopam: per geminum. ſſ. quando eſt imperatiui ſcribitur per. ſc. ⁋ Criſtati: ſinecdoc. habentes capita criſtata. ⁋ Repere dicunt̄ animalia quæ pedes nō habent: & uentre gradiunt̄: ut ſerpentes & uermes quæ a rependo dicunt̄ reptilia: per metaphorā: etiam dicunt̄ ea quæ exiguos pedes hn̄t ut lacertæ: & ab hoc fit reperto frequentatiuum ideo her. infans repetauit traxit ſe quodammō ad ipſos repetentes. ⁋ Igneos: flāmeos. ⁋ Remiſſo pect. i. animo nō timēti: vnde remiſſos ocioſos: qnq; uocamus & remiſſam orationē: quæ eſt ſine cōtentione & apparatu: ut ait Cice,

ACTVS SECVNDVS.

Trimetri Iambici. MEGARA. ter,

Magne olympi rector, & mundi arbiter,
Iā ſtatue tādē grauibus erūnis modū,
Finemq; cladi. nulla lux vnquam mihi
Secura fulſit. finis alterius mali
Gradus eſt futuri, protinus reduci nouus
Paratur hoſtis ante, quam lætam domum
Contingat, aliud iuſſus ad bellum meat,
Nec ulla requies, tempus aut ullum datur,
Niſi dum iubetur. ſequitur apprime ſtatim
Infeſta Iuno, nunquid immunis fuit
Infantis ætas? monſtra ſuperauit prius,
Quam noſſe poſſet. gemina criſtati caput
Angues ferebant ora, quos contra obuius
Reptauit infans, igneos ſerpentium
Oculos remiſſo pectore, ac placido intuens
Arctos ſerenis vultibus nodos tulit.
Et tumida tenera guttura elidens manu,
Proluſit Hydræ. Mænali pernix fera,
Multo decorum præferens auro caput
Deprenſa curſu eſt. Maximus nemeæ timor

⁋ Tulit: diſſipauit: ferre aliquādo eſt portare. Vir. Vix illum fa. &c̄. Sed Caius iuriſcon. ferri ea ꝓprie dici quæ noſtro corpore geſtamus portari uero ea quæ iumento nobiſcum dicimus: agi quæ aialium ſunt, ferre aliquādo oſtētare. Vir. Captiuo ut ſe &c̄. item ducere. Virg. Scelus expēdiſſe &c̄. Item ducere: hæc uita tartarei quæ fert acherontis ad vndam: item pari ſigant. Mar. Nam tantos rogo &c̄. item cupere. Oui. in noue fert aius. ⁋ Nodos: arctos frictos. ⁋ Serenis: ridentibus quaſi non curaret. ⁋ Elidens: ſtrangulās: ne elidet̄ turba apud Val. ma. i. non ſtringendo multitudine ꝑmeret̄. ⁋ Tumida: inflata ueneno. ⁋ Præluſit: ꝓludere quādo vnus vult pulſat̄ cytharā primo tētat cordas: & illudq; primo ſonat, uocat̄ ꝓludere: inde dicunt̄ ꝓludia quæ ante uerꝫ cantū fiunt: ita her. fecit ꝓludium interficiendo iſtos angues: ut melius auderet poſtea interficere hydrā de qua diximus inferius. ⁋ Menali: montis arca. ubi erat cerua uelociſſima habens cornua aurea: & pedes æneos: euriſtheus iuſſit eam capere. ⁋ Fera cerua. ⁋ Pernix: uelox antiqui paruā appellarunt poſteriorem partē calcis inde pernio morbus dicit̄ qui in ea parte pedis naſcit̄: & pernicitas uelocitas uocatur. ⁋ Maximus ne. herc. duos leones interfecit primū cū eēt adoleſcens, & inermis apud teumeſum oppidum paruū in thebanis finibus: ut Sta. Illius in ſpēm quæ per teumeſia tēpæ: amphitrionades fractum iuuenibus annis. Ante cleonæi ueſtitur prælia monſtri, hic leo a ioue dicit̄ in cœlū tranſlatus: ut gloriæ herculis cōſuleret qd̄ eum in ermis occiderat, qd̄ hæc erat prima herculis adoleſcentis certatio. Higinius tn̄ ducit aliū fuiſſe, quem tradita Iuna iuſſi iunonis inter archadica: & regione nemeæ educatum, & deinde in exilium her. dimiſſum, quem her. iuſſu euriſthei cū claua q̄ a molorcho hoſpite acceperat, interfecit. Itaq; poſtea claua pro gladio: & pelle pro ſcuto herculem uſum fuiſſe. Leonē uero a iunone inter ſydera relatum fuiſſe: Nemea ſilua inter cleonas, & phluntem in qua argiui ob herculis memoriam nemea ſacra celebrare conſueuerct: quod ibi herc. ſuſceptus hoſpitio a Molorcho paſtore iuxta habitante: cum leonem interfecit: Cleoneæ eſt mediocre oppidum diſtās ab argis. cxx. ſtadiis philius eſt medio ſycione, argiuæ terræ: Leo appoſitiue. Maximus timor nemeę. ſ. regionis, nā nemea tota illa regio etiam appellatur.

⁋ Metellus ſapientiſſimus quiſq; eo debet eſſe contentus quod ſatis eſt in minimis, n. gaudet nā, Cic. teſtante, in hāc ſniam cadit. Me dom⁹ &c̄. Tecta iuuant &c̄. ⁋ O magne, metro iābico trimetro archilochio hypercatalectico modo: modo acatalectico iſcribitur hic ſecūdus actus in quo herculis abn̄riā deplorat Megara & lyci iſeſtinationes in ſe hanc cōſolat̄ amphytrion: itaq; herculis deplorat erumnas ubi pertrāſitum geſta herculis enumerat. quę. M. T. & Auſonius elegantiſſimo carmine proſequuntur. Diodo. inter. xii. non commemorat Anthei certamen Megara DA

Gemuit lacertis preſſus herculeis Leo.
Quid ſtabula memorem dira Biſtonii gregis?
Suiſq; regem pabulum armentis datum?
Solitumq; denſis hiſpidum Erymanthi iugis
Arcadica quatere nemora mænalium ſuem?
Taurumq; centum non leuem populis metum?
Inter remotos gentis Heſperiæ greges
Paſtor triformis littoris Tarteſii
Peremptus, acta eſt præda ab occaſu ultimo,
Notum Cithæron pauit oceano pecus.
Penetrare iuſſus ſolis æſtiui plagas,
Et aduſta medius regna quæ torret dies,
Vtrinq; montes ſoluit abrupto obice.
Etiam ruenti fecit oceano uiam.
Poſt hæc adortus nemoris opulenti domos
Aurifera uigilis ſpolia ſerpentis tulit.
Quid ſæua Lernæ monſtra numeroſum malū?
Non igne demum uicit, & docuit mori?

non megara dicta eſt uxor Herculis, filia creontis Home. atteſtante in.xi.odiſſa. καὶ μεγαρη κρειοντορυπερθυμο υιοθφ γατρα. Pernix fera ceruа in mænalo ab hercule ſuperata curſu: non habuit pedes æreos ſed aerios & q̄ Vir. æripidem appellat eſt per Syneresim cōglutinatio facta: quæ enim fuiſſet æneis pedibus pernicitas.

¶ Gemuit: gemere proprie eſt pectore cū pre anguſtia inſonū ꝓrumpit: ergo etiā bruta ſub pondere gemūt: & etiā inaiata: ut Vir. Gemuit: ſub pondere cimba. ¶ Quid ſtabu. her. Diom. thraciæ regē diḡ hoiem: qui æquos ſuos aduenaꝶ carne in tyrida thraciæ oppi ſo paſcebat occidit, eūq; iumentis ſuis epulandū apponit, Oui. addit ēt ęquos fuiſſe ab eo peremptos in .ix.li.met. tibi herculeꝶ ait. Quid q̄ thraces æquos humano ſanguine pigues Plenaq; corporibus laceris p̄ſepi uidi: Viſaq; dieiū dn̄mq; ipſos peremi. ¶ Quid me, q̄d dicā. ¶ Biſtoni: regis diomedis thracēſis. biſtones ſunt populi thraciæ biſtonis ſtagnū & regio a biſtone rege thraciæ cognominata. Oui. Et tuta a bello biſtōis ora fuit: hinc biſtonius deducitur. pabu, paſtum. ¶ Solitumq;. ſupple quid memorie. hercules aprū miræ magnitudinis archadicum agrū uaſtantē occidit: uel ut q̄dā ſentiūt uiuum cœpit: & Euriſtheo detulit. Dictus eſt hic aper mænalius a mænalo monte archadiæ. ¶ Iugis. i. collibus Erimāthi, mons eſt in finibus archadiæ & ſilua & fluuius eiuſdem nominis in alpheum defluens: ut Pli. lib. iiii. na. hi. ¶ Dēſus, ſiluoſus: quia ibi ſint ſiluæ. Vir. iiii. æn. Vt quondam caue decidi, aut erimantho aut Ida in magna radicibus eruta pinus. ¶ Taurūq;: ſupple itē quid memorē tauꝶ: her. taurum ferociſſimum oēm atticā uaſtantem interemit. Ouid. Vos ne manus ualide preſſiſtis cornua tauri Non le. i. magnum. Leuē prima correcta ſine pondere dicimus. Virgi. Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui: & per tranſlationem dicimus hoies leues qui facile mutant: grauitateq; carēt. Oui. Tu leuior foliis: eodē modo dicimus res leues in quibus nullū eſt momētū. Proper. Et leuibus curis multa perire bona. Quādo hēt primā ꝓductam politū ſignificat. Prop. Clarior eſt auro tuueois cui leuia fulgent. Ora. nec amplexus aſper barba ſit. Et qm̄ leuia ſunt lubrica, dicimus etiā leue lubricū. Virg. Raucū per leuia murmur, ſaxa ciens: hinc leuigare dicimus. i. politū facere. ¶ Inter re. Her. Gerionem aduerſus ſe uenientē bello ſuperauit: ſublatumq; ei egregiū pecus abduxit in græciā: hunc fabulæ ferunt trigeminū fuiſſe hoc triplici naturæ alii triformē. Helio. Triplicē hoc eſt. triū capitū: & fulguris filium ſed ueritas hiſtoriæ habet Gerione in hiſpania regem fuiſſe: duoſq; habuiſſe fratres ſimili modo Geriones dictos tāta inter ſe cōcordia uixiſſe: ut quādo tres eſſent: vna oēs regi anima uiderentur. In his locis quibus imperabat: tāta pabuli lætiā eſſe: ut ne ſi per abſtinentiam impedita ſagina fuerit: pecora corrūpebant: hinc armēta Gerionis in quibus ſolis ea tempeſtate opes eſtimabant tātæ famæ fuiſſe ut Her. ex aſia magnitudine ꝑde attraxerit. ¶ Gentis he. i. hiſpaniæ dictæ ab heſpero ſtella uerſus occidentem in ultimo loco. ¶ Paſtor, gerion. ¶ Littoris car, carteuſ littus hiſpanum appellat in quo freti anguſtię ſunt. Carteia oppidum eſt: carteſus a græcis dicta: de qua Syl. Italicus. Quam tranſuecti olim ex africa phœnices habitarunt: a carteſo carteſius deducitur. ¶ Cytheron: mons thebanus. ¶ Notum. o. quod ſolitū erat paſcere iuxta oceanum mare in hiſpania. ¶ Penetrare iuſ. alius labor. Her. dicit poſuiſſe columnas in occidente: quia. n. ex oceano mare noſtꝶ intrantibus duo mōtes occurunt quorum alterum in africa abillam uocant, alteꝶ in europam calpē: hos quondam iunctos perpetuo iugo fuiſſe finxerunt ſed here. direxiſſe colles. Aliquādo tn̄ hos montes procul ſpectātibus geminas columnas uideri dicunt & ex inde datum fabulæ locū. Alii ſic: tyris olim oraculū ſciſcitantibus rn̄ſum fuiſſe ut ad Hercu. columnas coloniā mitterēt: eos aūt qui ſpeculandi gr̄a miſſi fuerant: ubi ad fretū, & ad calpes anguſtias puenere: orbis terminos eē ratos: quod laboꝶ Her. metæ fuiſſet: gades ibi occupaſſe: & in altera earum urbe ad occaſum: templū neto ad orientem condidiſſe hic columnarum Her. nomen ꝓpagatum. Quidā columnas Her. eas eſſe dixerunt quæ intra herc. templum in gaditana inſula erant ex aere octo cubitorum in quibus ſumptus in conſtructione templi factus erat ſcriptus proficiſci uero ad eas ſolebāt: qui nauigatione abſoluiſſent: Herculi ſacra facientes: & ſic iuuari ſe adeo exiſtimantes. Ibiq; maris & terre finem eſſe a ſacerdotibus inſtruebantur. Mos præterea ueterum fuit columnas: aut aliquid tale ponere quo uel fines expeditionum ſuarum uel res fortiter geſtæ intelligerentur quemadmodum Alexan. mag. in extremis indiæ columnas quaſi finem indicæ expeditionis erexit imitatus Hercu. quem forte uériſimile eſt a principio duas columnas quaſi laborum ſuorum metas poſuiſſe: & poſtquam illæ uetuſtate defecerunt: uel duobus: quos diximus. montibus uel duabus propinquis inſulis non in columnarum remanſiſſe. Gades quanuis due inſule ſint in ſingu. nume. gadem: q̄ gades in plurali appellamus a quo Gaditanus deducitur. ¶ Penetrare: intrare. Iuſſus Hercu. ab eu. ¶ Solis æſtiui: extremi. ¶ Plagas: regiones. ¶ Aduſtare: quia Africa eſt ad totam Aonam. Aduſta propter ſolem. ¶ Soluit: diſiunxit. ¶ Obice obiectione: nam obiicere eſt opponere: vnde obiectus ideſt oppoſitio cuiuſq; rei: ac etiam uerborum dicitur: & ob ex quod proprie ſignificat obiectum ſeu obiectionem cuiuſcunq; rei. Vir. Intra ſe naſci protheus tegit obice ſaxi: quia peſſulum feramq; hoſtiarum obices dicimus. Philoſophi uero obiectum uocant quicquid cerni poteſt hoc eſt quicquid oculis obiicitur. Poſt hęc. Heſperides tres athlantis filiæ licet alii putent nō athlantis: ſed heſperi fratris fuiſſe a quo ſint dictę heſpides iſte amœniſſimos hortos colere dicebantur in africa iuxta lixum coloniam a Cæ. Clau. deductam: in his auriferum nemus cum aureis malis eſſe exiſtimabant: & cuſtodiri a peruigili dracone: qm̄ Themis dea ꝑdixerat olim futurū quēdā Iouis filium: qui poma eo diriperet: cinxiſſet atlātē pomariū mōtibus: ne puiū craſſatoribus foret: penetraſſe tn̄ illuc her. ab euri. miſſum: & occiſo dracone aurea poma inde abſtuliſſe.

Solitaſq; pinnis condere obductis diem.
Petiit ab ipſis nubibus ſtymphalidas.
Non uicit illum cœlibis ſemper tori
Regina gentis uidua thermodontiæ.
Nec ad omne clarum facinus audaces manus.
Stabuli fugauit turpis augiæ labor.
Quid iſta proſunt/orbe defenſo caret.
Senſere terræ pacis authorem ſuæ
Abeſſe terris, proſperum, ac felix ſcelus

ſtuliſſe. Luca. abſtulit arborib⁹: pciū: nemoriq; laborem: Alcides: paſſuſq; inopes ſine pōdere ramos. ¶ Rettulit ar golico fulgētia poma tyrāno: ex eo darū locū putant: qđ ibi: ut inquit Soli. Flexuoſo meatu æſtuariū ferṫ e mari: adeo ſinuoſis lateribus tortuoſum: ut uiſcentibus ꝓcul la pſus anguineos fracta uertigine mētiaṫ: & quos hortos ap pellauere circūdāt: vñ po moꝝ cuſtodē īterpṫantes ſtruxerūt iter ad mēdaciū fabulandi. Inſula eſt ſola q̄ ꝑter oleaſtros: & haram ſa crā her. nihil aliđ hēt: vnā apparet her. huc pueniſſe. Idē Pli. li. v. na. hi. Alii ue ro putāt ouiū greges ibidē fuiſſe: q̄ purpureā lanā ꝓ ducentes ab her. rapte fue rūt: & cū Melon græce la tine ouē dicim⁹ occaſio fa bulę de aureis malis dediſ ſe uolūt dicēte Oui. li. iiii. met. Mille greges illi totidēq; armēta ꝑ herbas: Errabāt: & humū uicina nulla ꝓmebat. Arboreæ frondes auro ra diante micantes: Ex auro ramos ex auro poma regebam. ¶ Adortus: aggreſſus. ¶ Opulēti: pleni auro. ¶ Tulit: ra portauit ¶ Aurifera ſpo. i. poma aurea. ¶ Quid ſæ. herc. hydrā occidiſſe: dr̄ q̄ lernæ ā arca paludē icolebat: ut Vir. li. v. æ. L. atris imanis hyatibus hydra: Scutor ii⁹ hēt ſe dē: dñt alii eā tria capita: alii ſeptē poeta uero. i. i. multa: numerus finit⁹ ꝓ iſinito: & ſucciſo vno creſcebāt illi duo: de hac Oui. li ix. me. Pli. ꝓſequiṫ. illā hercules prio cla. in uaſit: ſed peſtifero afflatu læſus: eadē ſagittis aggreſſus ē, quibus ut hydra læſa ſolitis lauiſſet cauernis: lignorum ſtrue cōgeſta cōſumpta eſt: vñ ibi Sene. Nōde. uincit igne aliqui putāt hoc fictū, qa cū lernæ palus frequēter ſiccare tur. ac denuo impleret aquis: hercules deprehendit uena a terræ incendio poſſe precludi, quia poſtq̄ exhauſit eam: ignē adhibuit, & ſi qua nuda prorumpebat obſtruxit, hinc monſtro hydræ nomen fabulæ impoſuerant.

DAN. ¶ Solitaſq;. Stymphalidas qđā arpias eſſe putauerit ſed nō bene ut probaṫ ex tragœdia Senecę medea: ubi ait Re liquit iſtas inuio plumas ſpecu: Harpya cū zetum fugit, his adiice pēnas ſauciæ ſtyphalidas: lernea paſſe ſpicula, iſtæ erant aues aquaticæ in ſtymphalo palude tantæ ma gnitudinis. ut ſolis radios obumbrare dicerenṫ: oēm arca diam deuaſtantes, has hercules ſagittis tranſfixiſſe dicit. ¶ Stymphalus archadię lacus ē a quo ſtymphalides, ſtym phalum uero oppidū a ripis lacus diſtans, i. ſtadiis, a quo ſtymphalius deduciṫ. ¶ Petiit. ſ. hercules iuaſit, & ui & im petu. Vir. Quē pe. & ſum. a dui. uiribus urget, pe ere a iqñ poſtulare & in bonam partē: ut ſalutē amici petit. interdū in malam accipiṫ ut hic famā: aut caput alterius petit, & quādo habet ablatiuū diuerſa ſignificat, ut petere manu eſt ducere. Virg. in. vi. tartareū ille manu cuſtodē in uincla petiuit. petere pedibus eſt ire. Apule. Dum pedibus iter fa ciēs propinquū ius peterē. petere gladio aut ueneno. Aut cornu: aut ſimiliter. eſt aggredi ferire & ſaluti inſidiari. Virg. Iam cornu petat. & pedibus qui ſpargat arenam, pe tere oſculis eſt oſculari: petere blanditiis eſt blādiri. Qui. Nouercam blanditiis petit quod vult facile ſuadet. Apu le. Cum me lachrymis: precibuſq; petiiſſet aliquando pe tere cupere. Virg. Pulchramq; petunt per vulnera mortē, aliquando eligere. Virgi. Principio ſedes apibus: ſtatioq; petenda. Ab ip. nu. in aere dum uolarēt. ¶ Stymphalidas . ſ. acus. ¶ Solitas condere. i. abſcondere condere eſt abſcō

Cōdere dere. Virgili. Scandunt rurſus equum nota conduntur in aluo, item conſtruere. Salu. Vrbem Romā: ſicuti ego acce pi condidere troiani: item reponere. Pli. Formicæ cōdunt æſtate fructus quibus hyeme fruanṫ. Item ſepelire, poſt cō

ditum monumento corpus, idem cōditorium ſepulchrum diciṫ. Pli. Tam rara fides i amiciis: tā parata obliuio mor tuorum: ut nobis ipſi debeamus conditoria cōſtruere: om niaq; habentur dum officia ꝑſumere. Diem: ſolam. ¶ Pen nis: aliis. ¶ Obductis: oppoſitis: obducere aliqñ oppone Obducere re: aliqñ tegere. Vir. Limoſoq; palus obducat paſcua iun co: aliqñ cōtrahere. Pli. Iā callū obduxerat. ¶ Non ui cit, Hercules deuicta hyp polita amazonū regia bal teū ei ablatū euriſtio tulit. Tradūt. n. apđ ſcythas du os regios iuuenes. ¶ Ilinū & ſoloꝑ hitū ꝑ factionē op timatū domo pulſos igētē iuuētutē ſecū traxiſſe & in cappadociæ ora iuxta flu niū termodoōta cōcediſſe: ſubiectoſq; thermiſyras oc cupaſſe: thermiſira cappa dociæ cāpus eſt q partim pelago alluiṫ partim uerſus montanā regionē arboribus plenus & irriguus eſt: cū vndiq; fluenta ſcaturiant: ex qui bus oibus fluuiū vnū hēt maiorē imodū auctum nomine Termodoonta totum campū percurrentē. Ibi igiṫ cū per multos annos iuuenes illi cū ſcythaꝝ multitudine: ꝓcidiſ ſent: ꝑdari ac ſpoliare finitiuos ſemper aſſueti. tādē cōſpi ratione populoꝝ per inſidias trucidanṫ, hoꝝ uxores cū ui derent exilio additā orbitatē: capeſſunt arma fineſq; ſuos ſubmouētes primo: mox etiā inferētes bella defendūt. Nu bendi quoq; finitimis aium ſubmouerēt: ſeruiturem id nō matrimoniū apellantes: ſingulare oium exemplū ſeculoꝝ auſæ. ſine uiris adminiſtrare remp. imo etiā cū cōtēptu ui rorum tueri: & ne fœliciores aliis aliæ uiderenṫ uiros qui cunq; domi remanſerant interficiunt: vltionū quoq; occi ſorum cōiugū excidio finitimoꝝ tum pace armis quæſita ne genus interiret, finitimorum cōcubitus quæſiere: ſi ma res naſcerenṫ mox trucidabant, uirgines uero educabāt nō ocio neq; lanificio: ſed armis equis uenationibus exercen tes: infantiū dextras mamillas inurebant: ne ſagittaꝝ ictus impedirenṫ, ꝑp qđ amazones ſunt dicte ab a qđ eſt ſine: & maſum māma, duæ his reginę fuere Marthelia & Lam pedo: quæ maiorē partē europe ſubegerunt Marthelíæ ſucceſſit eius filia Orithia: cui ꝑter rei militaris ſciam: exi mia ſeruatæ uirginitatis in omne æuū admiratio fuit: ſo rorē habuit Antiopē. poſt Orithiā Pantheſilea regno po tita quæ ſecurim belli cauſa prima inuenit: interfectaq; fuit in bello troiano: exercituſq; eius abſumptus: & paucæ q̄ ni regno ei⁹ remāſerāt ægre ſed aduerſus finitimos defen dentes uſq; ad tempora magni Alexandri durauerunt, ha rum ſiue nōicia: ſiue caleſtus regina concubitus Alexādri per dies. xiii, ad ſobolem generandam petiit, & eo obtēto: reuerſa in regnū breui tēpore cū omni amazonū noie in tercidit: Clare inter alias amazones Menalippe Ther modoontæ dictæ ſunt thermodoonte fluuio. Thermo doon etiam oppidum ē cappadociæ. ¶ Regia: hyppolita. ¶ Vidua: ſi. u. ut dictum eſt. Gentis ther. amazonū. ¶ Cæ libus to. lecti ſine uiris. ¶ Celebs: qui uiuit ſine muliere, & econtrario. ¶ Stabuli: dici augias epitorum ſiue eliden ſium rex: qui cū Neleo rege piloꝝ bellum geſſit multa ar menta habuiſſe: & cum ſtabula eius eſſent plena ſtercore multo: ad ea uacuanda Hercu. miſit Euriſteus. Plinius: di cit q; augias primus inuenit ſtercorationem agrorum, & ab eo Herculem didiciſſe. ¶ Manus: ſcilicet Hercu. ¶ Ad omne clarum facinus: quanuis Hercu. haberet ſolitas ad ꝓclara facinora: tamen non puduit eum euacuare ſtabula augiæ. ¶ Facinus, factum a facio deriuaṫ, quod interdum factum ſignifica: ut Salu. Qui aliquo negocio intētī: ꝓcla Facin⁹ ri facinoris aut bonæ artis famam quærūt interdū ſcelus

Virtus uocatur. ſontibus parent boni.
Ius eſt in armis. opprimit leges timor.
Ante ora uidi noſtra truculenta manu
Gnatos paterni cadere regni uindices.
Ipſumq; cadmi nobilis ſtirpem ultimam
Occidere. uidi regium capitis decus
Cum capite raptum. quis ſatis Thebas fleat?
Ferax deorum terra quem dominum tremit?
E cuius arnis, ecq; fœcundo ſinu
Stricto iuuentus orta cum ferro ſtetit.
Cuiuſq; muros natus amphion ioue
Struxit canoro ſaxa modulatu trahens.
In cuius urbem non ſemel diuum parens
Cœlo relicto uenit. hæc quæ cœlites
Recepit, & quæ fecit, & (fas ſit loqui)
Fortaſſe faciet. ſordido premitur iugo.
Cadmæa proles, ciuis atq; Ophionius
Quo decidiſtis? tremitis ignauum exulem
Suis carentem finibus, noſtris grauem.
Qui ſcelera terra, quiq; perſequitur mari.
Ac ſæua iuſta ſceptra confregit manu.
Nunc ſeruit abſens. fertq; quæ fieri uetat.
Tenetq; Thebas exul herculeas Lycus?
Sed non tenebit, aderit & pœnas petet.
Subitoſq; ad aſtra emerget. inueniet uiam,
Aut faciet/aſis ſoſpes & remees tuis.
Tandemq; uenias uictor ad uictam domum.
Emerge coniux, atq; depulſas manu
Abrumpe tenebras. nulla ſi uetiro uia,
Iterq; clauſum, eſt orbe diducto redi.
Et, quidquid atra nocte poſſeſſum latet,

ut idē: ſed in ea cōiuratione fuit. Qui. Curius natus haud
Facino/ roſus obſcuro loco flagitiis: atq; facinoribus coopertus inde fa
cinoroſos dicimus ſceleſtos. Quid iſta. p. ſ. Herculi Me
gara cōqueritur dicens quid prodeſt tot labores & pericu
la ſubiiſſe: tot mōſtra ſuperaſſe: ſi fructū ex laboribus ſuis
capere nō pōt: liberauit hercu. terrā: ipſe nunc eſt apud in
feros: & pr̄ ia eſt capta a ty
ranno pater creon & frēs
mei iterēpti ſunt: q̄ factū
nō fuiſſet ſi hercules affuiſ/
ſet: iuit. n. her. ad inferos:
ut dictū eſt, ut Theſeū libe
raret q illic capt⁹ erat a di
te. Pacie au. pricipē & da
torē pacis Herculē. Sen
ſere: quia regnant tyrāni.
Proſpe: pulcra ſoia: ſi
ſcelerati obtinēt q̄d uolūt
putant̄ eſſe felices: & dicit
hoc propter lycunde quo
infra dicemus.

DAN. Stym/ phalus ℭ Stymphalides, ſtympha
lus lacue i arcadia hic orit̄
Eraſinus illinc tot aues cō
uenerāt: ut totius regionis
fructus popularent̄: hercu
les iuſſu euriſthei eas ſub/
ſtulit tabulę æneę tinitū &
ſagittis. Nō uicit: pugna
uit her. in amazonas graui
ter ad thēiſchirā opp. duce
ſociaq; menalippe in ea pu
gna occubuerūt Allea phi
lippis pthoe clara ſeptē ui
ctoriis eribie. celeno phœ/
bo archemis. authiopē ra/
puit q dedit theſeo. Ius
eſt: dolet cōtra ius & leges
equitatē puerti id q̄ aſſo/
lent tyrāni facere & reges
deliri: ut lapide canit He/
ſio. οι. τανδ᾽ εδ᾽ ε ακτυ ειε
λουσ ιδ᾽ εκασαι νασιοι.
ουδ᾽ ε ισ ασ ιυο ουσατον
αμισνσαντοσ.

BER. Sons ℭ Sōtib⁹: ſceleratis: Sons
a ſonādo dici putant cuius
culpa iā ſonat: hic q conui
Sōticus morb⁹ ctus eſt erroris: inde ſonti/
cus morb⁹ qui ppetuo no/
Inſons cet: & inſons innocēs dicit̄.
Parent: ſubiiciunt̄ gna/
tos: creontis regis filios: & fratres meos. Cadere: mori,
Vindices: q̄ uolebāt defendere regnū patris. Ipſumq;
. ſ. creontē qui erat ultimus de ſtirpe cadmi qui ædificauit
thebas. Vltimam ſtirpem: eſt appoſitio. Regium de/
cus: ornamentum ideſt diadema. Quis the. ſa. fle. duas
the. fuiſſe ſcribūt auctores: vnā in ægypto quā teſte, Dio.
ſiculo. libro. ii. hiſt. Buſiris rex ægypti cōdidit: q̄ græci he
liopoli ideſt ſolis urbem uoca. cuius mœnia cētum. xl. ſta/
diorum ambitu fuiſſe tradit de hac Pli. libro. xxxvi. na. hi.
Thebę et Iuue. in ultima ſaty. Atq; uetus thebe centum iacet ob/
ruta portis: in ſingulari poteſt dici hæc thebe es & in plu/
rali thebarum. Altera fuit de qua hic agit̄ i boetia a cad
mo agenoris filio primū ædificata: ſed poſtea ab amphio
ne plurimum exornat hæc interdum a poetis draco nige/
na appellat̄: quia cadmo cum quinq; uiris natis ex denti/
bus per eum ſeminatis cuiuſdam draconis ab ipſo interfe/
cti conſtructa fuit. Alia eſt teſte, Ho. lib. vi. iliados in Cici

lia: quæ fuit patria andromaches uxoris hectoris: ut Oui
dius. i. triſtium. Hæc crudere minus: q̄ cum thebana ma/
ritum hectora theſalico uidit ab axe trahi. alia fuit teſte
Pli. libro. iiii. in Italia in lucania inter calabriam. Ter/
ra ferax eſt appoſitio fertilis. Deorum: quia ibi natus
eſt bacchus palemon & leucotheo: & alii dei. Quem: in/
dignati eſt quaſi ſceleſtum
& puſillum. Tremuit: ti
met. E cuius arnis: tan/
git quæ ſcribūtur ab Oui/
dio plene. Quemadmodū
ſeminatis dentibus ſerpen/
tis a cadmo occiſi. Nati
ſunt homines armati qui
ſe mutuis vulneribus inter
terfecerunt. Struxit: pu/
gnauit. Cui⁹ muros: am Amphi on
phion Iouis Antiopes fi/
lius qui adeo lyra dulciter
canebat: ut ſaxa ad ſtruen/
dos muros Thebanos tra
xiſſe dicatur dicente Ho/
ra. in poe. Dict⁹ & amphiō
Thebanę conditor urbis.
Saxa mouere ſono teſtu
dinis & prece blanda duce
re quo uellet: & Statius. i.
Thebai Penituſq; ſequax
quo carmine muris. Iuſſe/
rit Amphion Tyrios acce
dere montes, hūc primum
rationem muſicā inueniſſe
Pli. teſtatur lib. vii. natur.
hyſtor. Diuum parens:
Iuppiter. Non ſemel: li/
ptote eſt: ideſt multotiens,
quia uenit ad Semelem, an
tiopam & alcmenam amā
tis ſuae. Hæc: concludit
hāc idignitatē q̄d hęc ter/
ra q̄ fec̄ tot deos & recepit
fortaſſe alios faciet nunc
Facile perat Herculi. Faciſi ocio quiete ſine labore: eius con/trarium eſt difficile quod ſine labore fieri non poteſt dif/ficiles terras uocat. Virg. Quæ non ſine difficultate ferſit fructum. Difficiles primum terræ colleſq; maligni: faci/lis item ſignificat q eſt exorabilis. Virg. Faciles uenerare napeas: item humanas. ut Cice. facili ingenio præditus contrariū difficiles appel/lamus q oīa ſuo modo uo/lunt fieri: nec unq̄ poſſunt contentari: ut Cice. in Ca/tone. Difficiles ſenes ap/pellauit. Exagitet deſa/tiget & exerceat. Serpē/tis: dicta eſt ſupra hæc hi/ſto. de pomis heſperidum: unde repetenda non uide/tur. Mala ideſt poma il/la aurea. Sororibus he/ſperidibus.

DAN. Supplicibus, q p̄caſ pli/caſ & genibꝰ & toto pecto/re portenſis manibus hæc fuit ueterum conſuetudo inde ſupplicio, ſupplex ſup/plicium quod capitur te/ſte honoraro: pro ſuppli/catione. Saluſtius in ſup/plicits deorum magnificis: idem non uotis neque ſup/plicits mulieribus deorum auxilia parantur ſed uigi/lando bene agēdo proſpe/re omnia cedunt. O for/tuna vulgaris eſt quæri/monia de iniquitate fortu/næ quæ in humanis domi/natur in quam ſententiam pulchre cadit phalaris ſcri/bēs ad lacritum. αιτυχαι γαραυθρωπων τοπαειϛτονουχαιγνωπαικρατουσιν enim chorꝰ Herculis redditū a dite ut quos for/tuna fouet iniuſte ipſe for/titer uincat & deprimat: Carmen eſt alcaicum anti/paſticum brachicatalecticum ut placet nonnullis mihi non placet: eſt enim coriambicum: Euriſtheus loqui/tur ſtomachoſe & peramaram conceſſionem probare ui/detur quod maxime negare contendit ſeruiant boni re/gnent mali laborent iuſti iniqui ſedeāt referat mala pro auferat mala heſperidibus Hercules monitu themidos pomarium athlātis depopulatus eſt & tulit argolico ful/gentia poma tyranno. ara conſecrata fuit poſtea Herculi eo in loco in rei memoriam ſempiternam ut meminit ca/pella.

BER. Genas quando draco cœpit dormire gena eſt pellicula quæ tegit oculum: aliquando dicitur maxilla: ut Virgi. cum tenet obſeſſa inuida barba genas. Intrauit ſimili/ter dictum eſt ſupra de amazonibus quas Hercules deui/cit. Multiuagas domos dixit: quia ſarmathe ipſi utun/tur plauſtris pro domibus: ideo etiam addit. Patris ſedi/bus hoſpitas: quia ubi ſunt una die non ſunt alia licet in patria ſua: tamen uidentur ſemper hoſpites. Rigentia: gelata Tacitum ſine ſtrepitu fluctuum: cum ſit mare gla/ciatum. Dura congelata. Plena intenſa propter uen/tos. Semita uia. Teritur tranſcundo. Sarmatis: po/puli ſunt ſcythiæ a græcis ſauromathe dicuntur nomina diuerſa habet utuntur plauſtris pro domibus & ſangui/nem equinum lacte mixtum potāt & ut ait Florus in. iiii. nihil præter niues raraſq; ſiluas habent: quibus eſt tanta barbaries ut pacem non intelligant ideo per Lentulum hos prohibere Danubio ſatis Auguſto fuit. Intonſis barbatis & longos capillos habentibus. Annuus quia hyeme congelatur æſtate nauigatur. Gentibus ama/zonibꝰ. Viduis ſine uiris Peltam: ſecutū. Suſpi/ciens uenerans. ſ. regina: n/tiopa uel ut alii hyppoli/te. Victorē Hercu. Po/ſito flexo ac terrā. Qua ſpe uertit ſermōem ad her/culem O alcide cum pene/traueris tot loca difficilia: & inde uictor ſemper redi/uiſti: habuiſti fiduciam ire ad inferos & poſſe reuerti. Irremeabile: per quas nemo poteſt redire. Actus ductus. Præcipites iacē/tes in loco præcipiti: & in ſimo quia infernus eſt in centro terrę. Regna pro/ſerpinæ ideſt in infernum. Sicule: quæ fuit rapta a plutone in Sicilia. Illic qua ſpe iuiſti huc o Hercu/les non ſunt illic uenti qui poſſint te ducere ad ſupe/ros illic apud iferos. No/tus ſine aſpiratione latine auſter dicitur uentus plu/uialis a meridie. Oui. Plu/uioq; madeſcit ab auſtro. Fauonio uento qui dici/tur zephirꝰ a zoi quod eſt uita quia flat uere: & dat uitam arboribus & plan/tis eo modo & dicitur lati/ne fauoniꝰ a fauendo Tyn/daride filii tyndari ſcilicet caſtor & pollux nati de Lę/da & ioue. Geminum ge/nus eſt appoſitio nati eo/dem partu: traducti ſunt iſti duo fratres in cœlum & in zodiaco locati in ſignum quod uocantur gemini: & id dicebatur nautas iuua/re apparebant flammæ in cœlo: & eas dicebant eſſe ca/ſtorem & pollucem ideo hercules uadis ad inferos: ubi non poſſunt apparere tibi illi fratres. Languidum: non fluctuans ſic Virgi. ſtat pigra palus: ſtat non moue/tur. Auidis: quia nunquam ſatiatur. Manibus ad ma/nes ad inferos. Vno remige: uno nauta charonte de quo plura diximus in. vi. æneid. Euincas uertit ſe chorus ad præces utinam poſſis redire Hercule & frangere leges inferorum quibus nullus poteſt redire: ut Ora. in odis. Cum ſemel occideris & de te ſplendida minos fecerit arbi/tria non te torquate genus non te reſtituet pietas.

Cum ſomno dederit peruigiles genas,
Pomis diuitibus præpoſitus Draco.
Intrauit Scythiæ multiuagas domos,
Et gentes patriis ſedibus hoſpitas.
Calcauitq; freti terga rigentia,
Et mutis tacitum litroribus mare.
Illic dura carent æquora fluctibus,
Et qua plena rates carbaſa tenderant:
Intonſis teritur ſemita Sarmatis:
Stat pontus uicibus mobilis annuis:
Nauem nunc facilis: nunc equitem pati.
Illic quæ uiduis gentibus imperat,
Aurato religans ilia baltheo:
Detraxit ſpolium nobile corporis:
Et peltam: & niuei uincula pectoris:
Victorem poſito ſuſpiciens genu:
Qua ſpe præcipites actus ad inferos
Audax ire uias irremeabiles
Vidiſti: Siculæ regna Proſerpinæ?
Illic nulla Noto: nulla Fauonio
Conſurgunt tumidis fluctibus æquora.
Non illic geminum Tyndaridæ genus
Succurrunt timidis ſydera nauibus.
Stat nigro pelagus gurgite languidum:
Et cum mors auidis pallida dentibus
Gentes innumeras manibus intulit.
Vno tot populi remige tranſeunt.

DAN Intonſis Sarmatis ſarmatæ ultra boryſtenem amnem longe colunt diebus tertiis ſemper capiunt cibum medio abſtinent in ſarmatia habitant ſcythe qui nunc beemii uo/citantur quando in eadem regionem antea fuerunt bee/mii germani & locus beemium appellatur in ſcythia & ſarmathia pauciſſimæ ſunt urbes uillę innumere Scythe comedunt carnes nominantur ανθρωπωφαγο. meminit Gellius. Hic qui rerum: non immorabor in hac hiſtoria quippe illam Homerus pleniſſime deſcribit in tertio ilia/dos illic require.

BER. ¶ Stygis paludis inferni: Feræ crudelis: & inexorabilis. ¶ Colos parcarũ ſtamina parcarꝫ: quæ uitam noſtram regunt ut ſupra dictum eſt. Nõ remeabiles irreuocabiles. ¶ Hic qui rex: hercules in ultionẽ epyrorum aduerſus pylios profectus undecim filios Nelei occidit: totamꝗ eius domũ & patriã euertit Neſtore ſolo ſuperſtite: unde apud Ouid. Bis ſex Neleidæ fuimus conſpecta iuuentus. ¶ Bis ſex Herculeis ceciderunt me minus immo. Viribus Neleus neptuni fuit filius ex tyro nympha filia Salmonei regis ex qua peliam quoꝗ huius nelei fratrem natu grandiorem genuit ſed Neleus cũ a pelie fratre e theſalia pelleret. Pilum in laconia ædificauit hęc urbs antiqua pylos dicebatᷣ ſed ea dirupta: cũ aliquãdiu cultorib⁹ uacua fuiſſet: Secũdo ab atheniẽſibus ædificata eſt quo tẽpore cum Eurymedonte: & ſtratoclei in ſicilia nauigabãt ut aduerſus lacedæmonios murum interponerent. Ad hac urbe Neſtor Pylius dictus eſt Ouid. crede mihi Pylio Neſtore maior ero. Vnde ibi Seneca Neſtoreã Pylon dicit Hic qui rex dicitur Pluto in co bello Pylon ueniſſe ad auxilium: & cũ Hercule conſeruiſſe manus & ab eo uictus: ideo dicit. O Hercules hic rex qui eſt apud inferos iam ſemel fuit a te ſuperatus apud Pylon. Poteris etiã rurſus apud iferos ipſum ſuperare & frãgere eius carceres: & ſi orpheus potuit ipſum cãtu ſuo uincere ut ſibi redderet uxorẽ eurydicen tu uiribus tuis, eũdem ſuperabis. ¶ Populis pluribus: qa apud inferos ſunt tot populi. ¶ Cõſeruit manus tecũ pugnauit. ¶ Dñs pluto. ¶ Fatũ mortem: aperias uiam inferis: ut poſſit illud lux introduci. ¶ Proſpect⁹ uiſio. ¶ Inuius per quẽ non poſſunt redire fac uiam ut oẽs queãt abire. ¶ Pateat aptus ſit. ¶ Immites orpheus fuit poeta thraci⁹. Oeagri fluuii filius. Alii dñt Apollinis fuiſſe filium ex muſa calliopæ: hic teſte Diodoro ſiculo li. v. doctrina melodia ac poeſi exceſſit oẽs quoꝝ extet memoria: idẽ cytharã ab apolline patre accepiſſe dr̃ quã nup ad ſimilitudinẽ teſtudinis Mercuri. confecerat: & Apol. donauerat cuius modulatu & dulcedine nõ ſolũ hoies: ſed lapides & ſiluas i numeꝝ ſemotare cogebat. teſte Oui. iii. de arte. Saxa feraſꝗ lyra mouit rhodopei⁹ orphe. Tartareoſꝗ lacus trigeminũꝗ canẽ. Nam mortua Eurydice uxore ad inferos pergens eos ualuit cythara ad cõmiſerationem deflectere: ita ut uxorẽ ſibi reſtituerant. ¶ Tetrica: ſeuera. ¶ Excutiunt: diligenter examinãt. ¶ Veteres reos pcõres i ueteratos in malis dũ uiuerẽt. ¶ Nurus threi: itelligẽdũ ẽ illas mulieres eẽ apud inferos. ¶ Iuridici: iudices inferoꝝ qſi dicẽtes iura q ſunt tres apud iferos æacus. Rhadamãth⁹ & minos. ¶ Sedent .ſ. p tribũali, more iudicũ. ¶ Flentes: quia mouebant ad miſericordiã. ¶ Tandẽ poſt multas præces. ¶ Arbiter mortis, pluto rex iferni. ¶ Ait uincimur .ſ. cantu tuo orpheu. ¶ Data lege: facta cõditiõe. ¶ Tu poſt: iſta cõditio clara dies: quę eſt apud nos: ſed in iferno. ¶ Obtulerit: oſtenderit. ¶ Deos: lucentia ſydera. ¶ Ianua tenari: mõs ẽ apd lacedæmonios in quo ſpelũca erat: unde exhibat teterrim⁹ fetor: ꝓpterea ibi dixerũt eẽ igreſſum ad iferos, ſicut auernus in italia. ¶ Spartani: lacedęmonii: ſparta lacedæmon ẽt dr̃. Odit .ſ. moras. ¶ Verus amor orphei q nõ potuit ſe ipſum tenere a cõplexu eurydices: donec exiſſent ifernũ. ¶ Nec patiᷣ moras nõ p̃t tm̃ expectare. ¶ Mun⁹ .i. eurydicẽ datã ſibi ab inferis p munere. Quæ uincit: cõcludit ergo quod orphe⁹ potuit uincere cantu, hercules uero uiribus. Orpheus

Euincas utinam iura feræ Stygis:
Parcarumꝗ colos irreuocabiles.
Hic qui rex populis pluribus imperat:
Bello cum peteres neſtoriam pylon:
Tecum conſeruit peſtiferas manus
Telum ter gemina cuſpide præferens.
Effugit tenui uulnere ſaucius:
Et mortis dominus pertimuit mori:
Fatum rumpe manu. triſtibus inferis
Proſpectus pateat lucis. & inuius
Limes det faciles ad ſuperos uias.
Immites potuit flectere cantibus
Vmbrarum dominos: & prece ſupplici
Orpheus, Eurydicen dum repetit ſuam.
Quæ ſyluas, et aues, ſaxaꝗ traxerat,
Ars, quæ præbuerat fluminibus moras,
Ad cuius ſonitum conſtiterant feræ,
Mulcet non ſolitis uocibus inferos,
Et ſurdis reſonat clarius in locis.
Deflent & lachrymis difficiles dei.
Et qui fronte nimis crimina tetrica
Quærunt, ac ueteres excutiunt reos.
Deflent Eurydicen Thraiciæ nurus.
Flentes Eurydicen Iuridici ſedent,
Tandem mortis, ait, uincimur arbiter.
Euade ad ſuperos. lege tamen data:
Tu poſt terga tui perge uiri comes.
Tu non ante tuam reſpice coniugem,
Quam: cum clara deos obtulerit dies:
Spartaniꝗ aderit ianua Tænari.
Odit uerus amor: nec patitur moras.
Munus: dum properat cernere: perdidit.
Quæ uinci potuit regia cantibus:
Hæc uinci poterit regia uiribus.

ACTVS TERTIVS.

Trimetri Iambici.

HERCVLES

Lucis alme rector: & cœli decus:
Qui alterna curru ſpatia flãmifero ambiẽs
Illuſtre lætis exeris terris caput. (biẽs
Da Phœbe ueniam: ſiquid illicitum tui
Videre uultus. iuſſus in lucem extuli
Secreta mundi. tuꝗ cœleſtum arbiter:
Parenſꝗ uiſus fulmine oppoſito tege.

Lucis rector: hic eſt principiũ tertii actus ubi rediẽs hercules ab inferis trahẽs ſecũ cerbeꝝ excuſat apud ſuperos ſeſe ſi ducat tale mõſtrũ añ oculos eoꝝ miraturꝗ qđ oia ſint militibus plena. ¶ O alme rector: o ſol q prius oia uides. Alterna ſpacia in utrũꝗ hemiſpiũ. Alterna mõ unũ: mõ aliđ hemiſpiũ petis. ¶ Ambiẽs circũiens. ¶ Flãmifero igneo. ¶ Exeris eleuas. ¶ Caput illuſtrę claꝝ & illuſtras oia. ¶ Iuſſus infert culpã i euryſteũ q id iuſſerat. ¶ Secreta: q̃ apud iferos ſecreta erant. ¶ Tuꝗ arbiter ſcilicet iuppiter. DAN.

¶ Et tu ſe. ſ.

DAN. ¶Et tu ſe.ſ.o neptune. ¶ Imas pe.un.uade in profundũ maris ne uideas hic mõſtra. ¶ Quiſquis: & quiſquis es in cœlis auerte faciem. ¶ Metuens pol.maculari. ¶ Noua fa.inuſitato monſtro cerbero habente tria capita ſerpentibus plena loco pilorum. ¶ Refle.uertat. Aciem oculos duos: ego & iuno cuius iuſſu id feci. ¶ Patent nõ ſatis ſunt latæ terræ. ¶ Immites potuit: argumẽtum a pari ut Orpheo diis genito regreſſus patuit ab inferis itidẽ Herc.& ipſi iouis filio deſ ad ſuperos reditio orphe⁹ peperit Calliope æagrio anni apd pimpleida ſpelũcam in thracia grauiſſimã muſis ut meminit Appollonius Alexãdrin⁹ in principio argonauticõ καλλιο πειο κοπινο πιμπλει δτοσ αγχιττεδιαι, hũc ſequebantur canẽtem cheli petræ flumina montanę fagi catadromandi cantus dulcedine & coniugem impetrauit & reditũ ab inferis. ¶ O lucis incipit terti⁹ actus Herculis furentis cuius initium iambico trimetro pro parte hypercatalectico cõſtat & præces Herculis cum cerbero cũctis a ſtyge præſefert ad ſolem: quoniam ut inquit naſo uidet hoc deus omnia prim⁹ tartareis tenebris offendi poterat petit ueniam alcides. ¶ O lucis alme &c. cauſa lucis ẽ ſol. ¶ Aciem: acies omonymũ eſt gladii exercit⁹ & oculi ab arumine dita acies & arieris ſecuris ære in manu ſacerdotis in ueteri ſacrificio.

BER. ¶Odio datiui caſus.iunonis quę me miſit ad omnia mõſtra quæ ſunt in terris ſed illud ſatis non fuit me ad inferos miſiſſe ut ducerem cerbeꝶ duxi quid modo reſtat. ¶ In acceſſa ad q̃ nullus ingredit̃. ¶ Ignota phœ.ad quæ ſol nunq̃ intrat. ¶ Deterior polus.ſ. antarcticus qui nõ uidetur ut in ſphœra demonſtrat̃. ¶ Cõceſſit per ſortẽ. ¶ Dira ioui.i.crudeli plutoni. ¶ Terræ ſortis loca.ideſt infernus prima ſors fuit ioui cœlum: ſecunda neptuno mare: tertia pluto.infernus. Morte contempta cõtẽpto loco mortis. ¶ Ceſſare, quieſcere o iuno eſt ne aliud quod mihi imperes. ¶ Quid uinci.ſ.a me, ſed tẽpla dat locũ ſequẽti ſcenæ dũ dicebat iſta her.uidit tẽpla circundata militibus & rogum paratum. Infeſtus inimicus: & ingetans dicit̃. Tenet obſidet. ¶ Limẽ: ianuã tẽpli.

Et tu ſecundo maria qui ſeptro regis,
Imas pete undas: quiſquis ex alto aſpicit
Terrena facie pollui metuens noua
Aciem reflectat, oraq; in cœlum erigat
Portenta fugiens. hoc nefas cernant duo,
Qui adduxit, & quæ iuſſit in pœnas meas,
Atq; in labores non ſatis terræ patent
Iunonis odio. uidi inacceſſa omnibus
Ignota Phœbo: quæq; deterior polus
Obſcura diro ſpatia conceſſit Ioui.
Et ſi placerent tertiæ ſortis loca,
Regnare potui. noctis æternæ chaos:
Et nocte quiddam grauius: & triſtes deos:
Et fata uici. morte contempta redii.
Quid reſtat aliud? uidi: & oſtendi inferos:
Da: ſiquid ultra eſt. nam diu pateris manus
Ceſſare noſtras: iuno: quid uinci iubes?
Sed templa quare miles infeſtus tenet?
Limenq; ſacrum terror armorum obſidet?

AMPHITRYON. HERCVLES. THESEVS.

Trimetri Iambici.

VTrum ne uiſus uota decipiunt meos?
An ille domitor orbis: & Graiũ decus?
Triſti ſilentum nubilo liquit domum?
Eſt ne ille natus? membra lætitia ſtupent
O nate: certa: & ſera Thebarum ſalus.
Verum ne cerno corpus? an fallor tua
Deceptus umbra? tu ne es? agnoſco toros:
Humeroſq;: & alto nobilem trunco manum.
Her. Vnde iſte genitor ſqualor: & lugubribus
Amicta coniux? unde tam fœdo obſiti
Pædore nati? quæ domum clades grauat?
Am. Socer ẽ perẽpt⁹: regnaq; Lycus poſſidet.
Natos: parentem, coniugem leto petit.
Her. Ingrata tellus. nemo ad Herculeæ domus
Auxilia uenit. uidit hoc tantum nefas
Defenſus orbis? cur diem queſtu tero?
Mactetur hoſtis. The. hanc ferat uirtus notã:
Fiatq; ſummus hoſtis Alcide Lycus.
Ad auriendum ſanguinem inimicum feror.

DAN. VTrum ne. Reuerſus hercules ab inferis erat & eum a lõge uidẽs Amphitrio tñ lætatus eſt ut uix poſſet credere eũ eẽ uerẽ herculẽ. Qui cũ appropinq̃ſſet uidens patrẽ ita ſqualidũ: & uxorẽ uelatã & ptermiſſa ſalutatiõe petiuit qd ita meſti eſſent: Amphitrio reſpõdet Lycũ regnũ occupaſſe: & creontẽ & filios occidiſſe & mortem Megære & eius filiis parare: Hercules miratus tãtã iniquitatẽ receſſit ut ad interficiendũ lycũ: qui uerat ſacrificatum neptũno. Remãſit Theſeus cũ Amphitrione & Megæra qb⁹ narrauit qcqd egerat Hercules apud inferos, deſcribendo uiã & ſitũ iferni. ¶ Vota deſideriũ meũ. ¶ Triſti nubilo: quia ibi eſt ppetua nox. ¶ Lætitia ſtupẽt: q̃ſi inſenſate ſunt pp lætitiã: nã ſtupor eſt quędã alienatio ſenſuũ: qd.ſ. ſenſus conſtipent̃. ¶ Sera tarda, quia iam erat regnum perditũ & rex interemptus. ¶ Toros grandes muſculos brachiorum. ¶ Alto trunco.i. claua ingenti. ¶ Vnde quę cauſa iſte ſqualor.i.icultus ueſtrum dixerunt ueteres ſquallere qcquid nimis incultum, obſitumq; erat, ita ut uidẽtibus horrorem incuteret: a ſquamarum crebritate & aſperitate deductum. ¶ Amicta: uelata. ¶ Vnde qua cauſa. ¶ Nati obſiti, iculti. Fœdo tetro. ¶ Pedore: pedor ſignificat omnẽ immũditiã in homine. Lucanus lõguſq; in carcere pedor: & Cicero. Barba pedor horrida: unde peditoſum dicimus quod mali odoris eſt Varro de re ruſtica. Solidata terra pauita: maxime ſi eſt argilla: nec ſitu peditoſa eius gratia obliteſcant. Hinc etiã pedo uerbũ: quod eſt crepitum uentris emitto quod ut facere in conuiuio liceret: edicto claudi⁹ priceps ſtatuit, quod quẽdã periclitatum præ pudore ex continẽtia reppererat. ¶ Fœdo pedor̃ igit̃ turpi illuuie. ¶ Socer, rñdet amphitrio pater uxoris tuę eſt interẽptus. ¶ Leto petit.i.uult interficere: letũ mors dr̃ a leo.i.deſtruo: quia mors oia deſtruit. ¶ Tero cõſumo. ¶ Quæſtu lamẽtatione. ¶ Mactet̃: interficiat̃ & eſt uerbũ ſacrificãtiũ & mactæ uictimę dicunt̃. ¶ Ad hauriendũ ad interficiẽdũ lycũ: nõ debet uirtus & fortitudo herculis pati hãc infamiã. ¶ Feror: uado tecũ o hercules.

Her. Theſeu reſiſte: nequa uis ſubita ingruat.
Me bella poſcunt. differ amplexus parens:
Coniuxq; differ. nunciet Diti Lycus
Me iam rediſſe. The. flebilem ex oculis fuga
Regina uultum: tuq; nato ſoſpite
Lachrymas cadentes reprime. ſi noui Herculē:
Lycus Creonti debitas pœnas dabit:
Lentū eſt: dabit: dat: hoc quoq; eſt lētū: dedit.
Am. Votū ſecundet qui poteſt: noſtrum deus.
Rebuſq; laſſis adſit. o magni comes
Magnanime nati pande uirtutum ordinem.
Quam longa mœſtos ducat ad manes uia:
Vt uincla tulerit dura tartareus canis.
The. Memorare cogis acta: ſecuræ quoq;
Horrenda menti. uix adhuc certa eſt fides
Vitalis auræ. torpet acies luminum.
Hebeteſq; uiſus uix diem inſuetum ferunt.
Am. Peruince Theſeu quicquid alto pectore
Remanet pauoris. ne ue te fructu optimo
Frauda laborum. Quod fuit durum pati,
Meminiſſe dulce eſt. Fare caſus horridos.
Th. Fas omne mundi, teq; dominātem, precor
Regno capaci, teq;, quam tota irrita
Quæſiuit Enna mater, ut iura abdita
Et operta terris, liceat impune eloqui.
Spartana tellus nobile attollit iugum.
Denſis ubi æquor Tænarus ſyluis premit,
Hic ora ſoluit Ditis inuiſi domus.
Hiatq; rupes alta & immenſo ſpecu
Ingens uorago faucibus uaſtis patet.
Latumq; pandit omnibus populis iter.
Non cæca tenebris incipit primo uia.
Tenuis relictæ lucis a tergo nitor,
Fulgorq; dubius ſolis afflicti cadit,
Et ludit aciem. tale non dubie ſolet
Præbere lumen primus, aut ſerus dies,
Hinc ampla uacuis ſpatia laxantur locis,
In quæ omne merſum pereat humanum genus.
Nec ire labor eſt. ipſa deducit uia.
Vt ſæpe puppes æſtus inuitas rapit.

DAN. ℂ Ingruat eueniat ſed ꝓprie ingruere eſt hoſtē prudenter inſeq: ſumptū a grauibꝰ q̄ ordine quodā facto uolāt. Vir. Ingruit æneas. ⁋ Diro ioui ideſt iſfero ioui: quia eſt mitis in cœlo iuppiter: ſicut inferna iuno ad drīā cœleſtis dr̄ iouis declinatio uetus eſt: nā iuppiter eliſis lr̄is fit integrum eſt iouis pr̄ ſicut marſpiter & dieſpiter itē diuonis dictus ē & luceti⁹ ab Ennio i libris belli punici: qa nos luce iuuet p ꝯtrariū ergo ipſe pluto dirus ē: qa caret luce cuius carētia torquenť aīę in regno ipſius dirꝰ ꝓprie eſt infeſtus a deoꝝ ira a quo noie tractū eſt dirſicio uerbum aſoletū qd eſt ſeſcio qd dirę eſt. ⁋ Verſ: ne carmen trimetꝝ iābicū colloquunť Amphy. Her. Theſeus: & bifariā diuidiť iſta cōfabulatio: pria eſt ultro accepta de lyco & ſuis: ſecūda eſt iqſitio p Amphitrionē de iferno, primū ſtupet Amphitrion inopinū Herculis reditū. Theſeu reſiſte admonet Theſea: Hercules caueat a ceruicibꝰ amicitia Herculis & theſei cœpit exordiū a pugna lapitharū & centaurorum cū lapithis opem ferret Theſeus auctor eſt Herodotus poſtea cœpit incremētū in certamie amazonū ubi donatus fuit anthiopa Theſeus quēadmodū ſcriptum reliqt andron halicarnaſſeus: illud ēt traditť qd cū theſeus pcibus Herculis e manibꝰ adonei molloſſoꝝ regis ereptꝰ eēt a quo in carcerē cōiectus fuerat ꝙ uoluiſſet filiam rapere pyrrithoo iā canibꝰ lacerato reuerſus athenas iſtituit oia tēpla Her. dedicari q̄tuor tantum referuatis hæc ſat de amicitia Her. & theſei.

ER. ℂ Differt uertit ſe mō hercules ad pr̄ eȝ dicēs: ſcio pr̄ qd me uelles ꝯplecti: ſed expecta donec rediero & interfecero lycū ſceleratum. ⁋ Diti plutoni. ⁋ Flebilē: diſceſſerat Hercules: & theſeus q remāſerat conſolať Amphitrionē & megerā rogatuſq; magnanimi Her. facinora explicat: q̄ apud iferos geſſit. ⁋ Regina megæra. ⁋ Fuga: remoue. ⁋ Vultū flebilē: triſtitiā faciei. Et tu āphitrio. ⁋ Memorare. petiuerat Amphitrio a Theſeo ut ferťe factorū Her. & q̄lis uia eēt ad inferos: explicaret: rñdet ibi Theſeus qd tāta eſt horribilitas inferoꝝ: qd q audiret timeret tāto magis q uideret. ⁋ Vix poſſum adhuc credere qd ſum apud uos & i luce ſolis, ⁋ Aureæ uitalis regionis huius in qua uiuimus & capimus auras. Vir. Si ueſcitur aura ætherea. ⁋ Torpet illi qui diu fuerunt in tenebris uix poſſunt tollerare lumē. ⁋ Acies, uiſus. ⁋ Hebetes quādocunq; ſenſus deperditur ut hebes uiſus hebes igenium, nō acutū: ita quādo gladius nō incidit hebetem dicimus. ⁋ Diē lucem. ⁋ Peruince: O theſeu noli timere dicito audacter. ⁋ Alto pectore magno aio. ⁋ Frauda noli te priuare. ⁋ Fructu lab. glīa qa eſt iocundū narrare ea quę euiciſti magno labore ⁋ Fas oē. the. uolēs narrare geſta her. apud inferos: & ſecreta inferni: petit ueniam primo a diis inferis: ut liceat illa dicere. ⁋ Fas oē: oē diuinū. ad deos. n. referť fas ſicut iuſtum ad homines. Vir. fas & iura ſinūt .i. diuina & humana iura pmittūt. ⁋ Dñantē. ſ. pluto ⁋ Regno capaci: iferno q capit oēs. Sic Ora. i odis: Capit oēs domꝰ exilis plutonia. Teq; o proſerpina. ⁋ Quā mr̄ ceres. ⁋ Irrita q̄ fruſtra q̄ſiuit. Aetna mōte ſiciliæ ubi rapta fuiſti a plut. Abdita & opta. ſecreta. ⁋ Sptana: icipit oñdere uiā ad inferos. ⁋ Sptana laconica ut ſupradicta. ⁋ Attollit: eleuat. ⁋ Iugū montē. ⁋ Vbi tenarus ipſe mons. ⁋ Pręmit: obūbrat. ⁋ Aequor: mare qd iferiꝰ eſt ꝑmiť a ſupiori. ⁋ Hic i tenaro. ⁋ Soluit aperit. ⁋ Ora: ianuam. ⁋ Ditis: plu. ⁋ Inuicti: inſupabilis qa deus eſt mortis cui ſunt oēs ſubiecti. Sic Ora. oibꝰ una manet mors & ſemel calcanda uia lœti. ⁋ Hiat apiť. ⁋ Alta pfunda. ⁋ Latū ut dicit Aure. lata ē uia q̄ ducit ad pditionē. ⁋ Nitor ſplēdor ⁋ Tenuis, paucus & debilis. ⁋ A tergo qa relinqs a tergo lucē: eūdo ad tenebras inferni. ⁋ Cadit qa locus ille ſtat i cadēdo & in deſcenſu: ubi uť ꝙ ſol obſcureť. ⁋ Solis afflicti: q̄ſi extincti p tenebras. ⁋ Ludit aciē decipit uiſuȝ quia uť ut uideas: & tū nō bene potes uidere. Sic Vir. aut uidit: aut uidiſſe putat per nubila lunā & deſcri. lucem illā per cōparationē: eſt talis illa lux q̄lis eſt crepuſculi quādo ſummo mane adhuc nō clara lux nec ē nox. ⁋ Primꝰ: prima ps diei hoc eſt crepuſculū. ⁋ Serus ueſpertinus, qū nōdū eſt obſcura nox. hinc qū magis intras fit amplitudo cāpi. ⁋ Vacuis: pp aias quæ nō occupāt: interdū locus ubi nihil eſt aliqū ita amplus ut nō uideať poſſe impleri uacuus aliquando

quando ocioſus dicitur : ut Ouid, uacuæ carmine mentis opus aliquando locus non poſſeſſus:ut Cic. qui quondã in uacua uenerunt. Laxantur, ampliantur. In quæ. ſ. ſpacia omnes deſcendunt ſic propertius. Tardius aut ci/tius ſedem properamus ad unam. Nec ire labor. ſ. Vir. facilis deſcenſus auerni : Noctesq; diesq; patet atri ianua

arbor ut iqt Pli. Abieti ſimilis: ſed minus uirẽs gracilisq; & triſtis nullo ſucco bacchas fert: qbus lethale ueneñ in/eſt pcipue in hiſpania uaſa ẽt uiatoria ex ea facta ad po/tandũ uinũ mortifera fuiſſe cõpertũ eſt hãc quidã ſimilia cem a græcis uocari dixerũt & eſſe in archadia tam pſen/tis ueneni ut ſiq ſub ea dormiant: cibũue capiãt moriant:

ditis. Deducit: deorſum ducit. Vt pupes: per com/paratione dicit nauis quæ .ſ. fluctu ducit cito currit.

BER. Pronus inclinatus eſt in præceps. Vrget: ipellit. Atq; auidum choas, con/fuſio illa quæ omnia tra/hit ad ſe. Chaos: appel/lauerunt ueteres quandam cõfuſam ab initio unitarẽ hiantem patentẽq; in pro/fundum: Latini hiatũ uo/cant : græci autem caſma. Ante mare & terras: & qd tegit omnia cœlum. unus erat toto naturę uultus in orbe. Quem dixere chaos rudis: idigeſtaq; moles. Nec quicquã niſi pondus iners. Gradumq; illuc nõ poſ/ſunt redire: ſic Virgi. haud reuocat gradũ, ſupaſq; eua/dere ad auras. Hic opus hic labor eſt. Vmbræ te/na. animę omnes retinent: nec dimittũt. Lethe: flu/men lethen apud iferos eſ/ſe prodiderunt cuius lati/ces ſiquis guſtauerit . om/nium rerum pręteritarum obliuiſcitur : idcirco ἀπο τιϲ lithis hoc eſt ab obli/uione nomẽ habet. Datus autem hinc fabulæ locus quod morientes omnium rerum obliuiſcuntur. Lu/ca. Quam iuxta lethes ta/citus perlabitur annis ifer/nis ut fama trahens obli/uia uenis. Qualis incer/ta Meander fluuius inter Miletum & prienem egre/ditur diſcurrit per phry/

Sic pronus agger urget: atq; auidum chaos,
Gradumq; retro flectere haud unquam ſinunt
Vmbræ tenaces. intus immenſo ſinu
Placido quieta labitur lethe uado.
Demitq; curas: ne ue remeandi amplius
Pateat facultas. flexibus multis grauem
Inuoluit amnem. Qualis incerta uagus
Mæander unda ludit: & cedit ſibi.
Inſtatq; dubius: littus: an fontem petat.
Palus inertis fœda Cocyti iacet.
Hic uultur: illic luctifer bubo gemit.
Omenq; triſte reſonat infauſtæ Strigis.
Horrent opaca fronde nigrantes comæ:
Taxo imminente: quam tenet ſegnis ſopor:
Fameſq; mœſta tabido rictu iacens.
Pudorq; ſerus conſcios uultus tegit:
Metus pauorq; funus: & frendens dolor,
Aterq; luctus ſequitur: & morbus tremens:
Et cincta ferro bella. in extremo abdita
Iners ſenectus adiuuat baculo gradum.
Am. Eſt ne aliqua tellus Cereris, aut Bacchi fe/ (rax?
Th. Nõ prata uiridi læta facie germinãt.
Nec adulta leni fluctuat zephyro ſeges.
Non ulla ramos ſylua pomiferos habet.
Sterilis profundi uaſtitas ſqualet ſoli.
Et fœda tellus torpet æterno ſitu.
Rerumq; mœſtus finis: & mundi ultima.
Immotus aer hæret: & pigro ſedet
Nox atra mundo: cuncta mœrore horrida.
Ipſaq; morte peior eſt mortis locus.

inoxiã fieri putãt: ſi i eã ar/borẽ clau⁹ æreus ſigat, ata/xo toxica uenena dcã ſunt q̃ſi taxica. Quã arborẽ. Sopor: ſomnus, & oib⁹ dat poeta pſonã ſuã. Fa/meſq; rabi: rictu rictũ: nõ/nulli feraꝝ tm̃ eẽ dũ roſtꝝ q̃ſi idignabũde torquẽ: ſed de hoibus quoq; dici Tici/tus de Claudio: dicens por/recto rictu ſaliua manãte loq̃bat. Rictu ergo ore rabido. Ser⁹: pudor. tar/dus. qa fcã ifecta reddi nõ pñt. Funus mors. Do/lor frẽdẽs: inſaniẽs: frende/re pprie ẽ dẽtes agitare ex ira: ſicut frẽdet aper apud Ouidiũ. Eſt ne: Amphi/trio iterrogat theſeũ an il/lic ſint terræ feraces uini aut cereris. Non prata: rñdet Theſeus. Fluctu/at: qñ ſeges eſt adulta flã/te zephiro fluctuare ſolet quaſi undas imitãdo : non ibi ſunt tales ſegetes. Va/ſtitas: amplitudo illa cãpi ſine ulle cultura. Profun/di ſoli : terræ infernalis. Scalet: horret. Etern/no ſitu: ſitus eſt poſitio lo/ci: ut urbs parua eſt in pul/chro ſitu: aliquãdo dicitur mucor q naſcit in locis nõ habitatis. Vir. Per loca ſen/ta ſitu. Torpet: nihil p/ducit. Vltima : gñis neu/tri: ille locus eſt ultia linea reꝝ. Vltima: ergo extre/mitates oium locoꝝ. Im/motus: qa ibi nõ ſunt uẽti: nec mouet aer: ut ibi apud

giam. & ſeparat lydiã a carmine ad cãpos qui meandri di/cunt Strabo flexuoſum: ideo ſcribit: qm̃ multũ limi acci/piat: & uario impetu modo ad hãc : modo ad aliã ripam adiiciat: unde oẽs obliquitates ueteres Meandrũ appella/uerunt. Palus iertis: fœdã paludẽ noie cocytũ: ubi ſem/per luctiferi bubonis gemitus: aliaꝝ diraꝝ auiũ turpiſſi/mus ululatus audit : apud iferos eſſe teſtant poetæ cocyo

Bubo lugeo quia ibi ppetuo luctus. Inertis: nõ currẽtis. Bu/bo luctifer: ferens luctũ & triſtitiã auis eſt cuius uox pſa/git futuram calamitatem ut Virgi. Ferali carmine bubo. Omen. augurũ: infauſtæ ſtrigis: infœlicis auis denun/ciantis malũ: auis eſt nocturna. Luca. Quod trepidus bu/

Stryx bo: qd ſtryx nocturna quæ tunc a ſtrydore nomẽ habẽt fa/buloſumq; eſt q eas tradũt ubera infantiũ labris imulge/re. Conſtat tñ & in maledictis iã: eẽ: & etiã apud uetuſtiſſi/mos fuiſſe : accipiq; p maleficis mulieribus q̃ noctu gra/dientes: infantiũ corpora fugiẽdo exhauriũt: Horrẽt: fa/ciunt horrorẽ. Fronde opaca : foliis denſis & obſcuris: Comę rami. Taxo iminente, ſuperſtãte, Eſt, n, taxus

nos. Mœrore horrida: quia nõ ſunt niſi luctus & pœnæ. Memorare piget theſea repetere q̃ uiderit q̃ egerit apd

DAN. iferos cũ ſuo magno diſcrmie cũ uix recepr⁹ adhuc ſupos ſentiat tartareæ caligis grauedinẽ: ſic æn. apud dido iui/tus pœmiat ifandũ regina iubes &c. & apd Honeꝝ achil/lis umbra ad Vly. ϖεδ ειι μοτ ανατονγε ϖαραυδεα ϐαι δεϛ μοδ ευσσ ϛυ. Nobile iu. tænarus i laconia pmõtoriũ iuxta maleã cũ pcipiti uoragie credit vulg⁹ pateẽ deſcẽſũ ad iferos p illud pcipitiũ a tẽaro dẽ ẽt oppidũ tenaꝝ cele/ber ſiſacro ariõis iſidẽtis dorſo delphini ex ære cori. qd q dẽ ſiſacꝝ iſtituit piãder res i gẽiã egregii citharœdi ẽꝫ te/nari fauces iter ad tartaꝝ mõſtrãtes dicri. Pa. M. elegãter Cocyti. Cocytus fluui⁹ lachrymaꝝ naſcit e ſtygi triſti/tiæ ut canit homerus i. χ. odiſſeæ κοκυτοσ δϛοσ δεϛϛυ ροσ υδ εατοσ εϛιϊ ϰαϖορροξ. Hic vult: vultur ut reſtis est Plu. in rhomulo eſt animantiũ innocentiſſimus oium. Herod. põticus tradit Herculẽ letari ſolitũ vulture in re/gerenda ſe oſtendente: nil ueſcitur ex his quæ homines ſe/runt aut plantãt: ſed ex cadaueribus eſcã ſibi quærit : in/

Am.Quid? ille: opaca qui regit ſceptro loca:
Qua ſede poſitus: temperat populos leues?
The.Eſt in receſſu Tartari obſcuro locus.
Quem grauibus umbris ſpiſſa caligo alligat.
A fonte diſcors manat hinc imo latex
Ater quieto ſimilis. hunc iurant dei:
Tacente ſacram deuehens fluuio Styga.
At hic tumultu rapitur ingenti ferox.
Et ſaxa fluctu uoluit Acheron inuius
Renauigari. cingitur duplici uado:
Aduerſa Ditis regia. atq; ingens domus
Vmbrante luco tegitur. hic uaſto ſpecu
Pendent tyranni limina: hoc umbris iter.
Hæc porta regni. campus hanc circa iacet
In quo ſuperbo digerit uultu ſedens
Animas recentes. dira maieſtas deo.
Frons torua, fratrũ quæ tamẽ ſpecimen gerat.
Gentiſq; tantæ uultus eſt illi Iouis:
Sed fulminantis. magna pars regni trucis
Eſt ipſe dominus: cuius aſpectum timet
Quidquid timet. Am. uera ne eſt fama inferis
Tam ſera reddi iura: & oblitos ſui
Sceleris nocentes debitas pœnas dare?
Quis iſte ueri rector: atq; æqui arbiter?
The. Non unus alta ſede quæſitor ſedens
Iudicia trepidis ſera ſortitur reis.
Auditur illo Cnoſius Minos foro:
Radamanthus illo. Tethidis hoc audit ſocer.
Quod quiſq; fecit patitur: authorem ſcelus

terficit nihil nec deſtruit animantium, uolucribus autem ob affinitatem etiam mortuis abſtinet, meminit Ariſtoteles & Plinius. Hæc uolucris fauit rhomulo in urbis: nomine cõſtituendo: ut Dionyſius & Liuius oſtendũt. ⁋ Fameſq; mœſta: ciues & incolæ tartarii hii ſunt: ſopor: fames: pudor: metus: pauor: funus: dolor i luctus: morbus: adeo ut miſerrimus Achilles alloquens Vlyſſem malit uilem ſeruitutem ſeruire hero inopi quam regnare in inferno. βουλοιμην κε ἐπάρουρος ἐων θητευέμεν ἄλλῳ ἀνδρὶ παρ᾽ ἀκλήρῳ ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.

BER. ℂQuid ille: rurſus Amphytrio rogat quę ſit cõditio & ſtatus illius regis inferni. ⁋ Temperat: gubernat. ⁋ Populos leues. i. animas ſine corpore. ⁋ Eſt in receſſu, deſcribit theſeus locum ubi pluto regiam ſuã habet receſſus & ſeceſſus idem: locus remotus: & ſecretior eſt. ⁋ Tartari: dicitur tartarus a portu tarasſein: quod eſt turbare: ibi enim loc⁹ ſupplicii. ⁋ Grauibus: triſtibus. ⁋ Alligat, circũdat. ⁋ Latex, aqua eo quod lateat in uenis terrę: aliquando uinum ea ratione qd lateat i uua. Vir. leneos latices. Manat: fluit. ⁋ Diſcors: quia alter quietus, alter impetuoſus. ⁋ Similis quieto: quia nõ uidetur currere. ⁋ Deuehens: fluuio ſuo facit ſtygiã paludem. ⁋ Sacram ſtygia:

tryx Stryx interpretatur triſtitia uel mœſticia: hãc acherontis & terræ filiam dixerunt: ex eaq; & pallante natos eſſe zelum: & uictoriã. quoniam uero uictoria in bello gigãteo ioui opem tuliſſet: cõceſſum ei a ioue honoris: gratia: ut dii per matrem eius: hoc eſt per ſtygiam paludem iurarent: nec tale iuramentum fas eſſet uiolare: & ſi quis deorum uiolaſſe centũ annis a nectare abſtineret & numinis maieſtate eſſet priuatus. Vir. Stygiamq; paludem: Dii cuius iurare timent: & fallere numẽ. Hero. uero lib. vi. dixit ꝑ uera hiſtoria ſtygem paruam eſſe aquam in arcadia in ciuitate quæ dicit nonacris ex petra quadam profluentem: hæc eadem teſte Pli. li. ii. na. hi. Licet neq; odore neq; colore ſit abominabilis: illico pota: necat: & idem lib. xxxi. de eadẽ inquit. Piſciculos quoſdã generat: qui comeſti repente perimũt comedẽtes. Eſt & palus alia eodem nomine apud Mẽphim. quã ueteres ſtygam uocauere. ⁋ At hic: alius latex. ⁋ Fe-

herõ rox: ingenti tumultu acheron: alio nomine phlegeton infernalis fluuius, de quo Vir. Tenebroſa palus acheronte refuſo: & item ſub rupe ſiniſtra. Mœnia lata uidet triplici circundata muro. ⁋ Quæ rapidus flammis ambit torrentibus annis. Tartareus phlegeton: torquetq; ſonan-

lege/ tia. ſaxa Phlegeton: a potu phlego i quod eſt ardeo deducitur. ⁋ Inuius ubi non eſt uia ad redeundum. ⁋ Regia ad

uerſa: domus plutonis poſita ex oppoſito euntium illuc. Duplici uado duobus illis fluminibus. ⁋ Hic: i hoc loco. ⁋ Tyranni: plutonis. Pendent propter ſpecum inflexum & deſcendentem. ⁋ Hoc: intrant per illam cauernam qui deſcẽdũt ad inferos. ⁋ Vmbris: animabus. Campus: planicies in qua. Digerit ſcilicet pluto diuidit aĩas quę de nouo uenerũt: deſtinat eas in diuerſos circulos ſm earũ merita: uade tu aĩa huc & tu illuc. ⁋ Maieſtas, deſcri. ipſum plutonẽ. ⁋ Dira timenda. ⁋ Torua: horribilis. ⁋ Fratrũ ſpecimẽ, apparẽtiã & ſimilitudinẽ Iouis & neptunni fratrũ ſuorum ſpecimẽ a ſpeco uideo dicitur. ⁋ Magna pars: eſt ipſe ſolus ita terribilis: ut ipſe ſit pro maiori parte terribilitas illius loci. ⁋ Verane, interrogat Amphytrio an ſit uerũ quod dicit: tam tarde aĩas iudicari: & puniri tandiu cupitq; ſcire qui ſint iſti iudices qui condẽnant eas. ⁋ Rector ueri, i. ueritatis. ⁋ Atq; arbiter, quis eſt ille qui habet hoc officium iudicandi. ⁋ Non un⁹ reſpõdet theſeus ſunt plures. ⁋ Quæſitor: qui quærit ſcelera. apud nos dicit iudex maleficiorũ. ⁋ Sortitur. per ſortem extrahit. ⁋ Sic Vir. urnã mouet ille ſilentũ. ſolebãt litigantes apud iudices romanos nominatim i una urna poni: & eius cauſa pri⁹ audiebatur: qui prius ex urna per ſortẽ extractus fuiſſet: & hoc faciebant ꝓpter multitudinẽ litigantiũ: hanc cõſuetudinẽ ſeruari apud iferos dicit. ⁋ Iudicia: ſententias. ⁋ Sera: tarda: quia neceſſe eſt expectare donec ſors uenerit. ⁋ Gnoſi⁹, Minos: minos cretẽſis iudex iferni una cũ eo Radamãthus & Aeacus: de quibus ſupra dictum eſt. ⁋ Socer thetidis ideſt æacus pater pelei qui concubuit cũ thetide dea maris ex qua genuit Achillem.

ℂAlter quieto: ater nõ alter lege nãq; acheron unde ſcatet ſtyx limoſus eſt & piger: ipſa palus: ſtyx etiã ueternoſa eſt & cenolẽta formidabilis diis peierantibus ut canit poetarum doctor homerus in. e. odiſſe. καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅς τε μέγιστος ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι Acheron, circe alloquit Vlyxẽ DAN. ſic apud Home. in. x. odyſſeæ. ⁋ Phlegeton acherõtẽ iterluit & Cocytus q ex aqua ſtygis manat. Syli⁹. Hic acherõ ſanie: craſſo ueneno æſtuat & gelidã eructãs cũ murmure arenã deſcẽdit nigra lentus per ſtagna palude. ⁋ Sortitur: ſortitio apud athenienſes fiebat inſcriptis ſortibus literis alphabeti inde electi ad magiſtratũ aliquẽ uocabãtur grãmatici ut meminit iterpres ariſtophanis in prima comœdia Vlyxes apud Home. iqt. Volebã uidere aliorũ defunctorũ aĩas hic uidi Minoa clarũ iouis filiũ hñtẽ ſceptrum aureum iura dantẽ mortuis ſedẽtẽ, & multos circa ipſum i uidi oriona uenatorẽ cum baculo æreo in manu.

Tytium filium

Tytium filium terræ glorioſæ ſuperiacent eſt nouem iugera terræ, uultures illi ſeden.i. immergentes roſtra exenterabant epar, latonam temptauit: uidi tantalum ſenem cupiētē bibere & unda illudi, ficus dulces oliuæ floridæ, nuces, pomi, ſpargebant fructum deſuper quas ſenex porrectis manibus cum uellet tangere eas uentus tollebat in umbroſas nubes, uidi ſyſiphū precipitem.

BER. ¶ Vidi: probat quod dixit omnes puniri ſecūdum pacta ſua. ¶ Impotentis crudelis, qui ſeipſum moderari non potuit in ira. ¶ Scindi: lacerari uerberibus. ¶ Manu plebeia: quem ad modum in hoc mondo: cruciarunt plebeio: nunc apud inferos ipſi cruciantur a plebeis: & ita illis redditur uiciſſitudo malorum. ¶ Quiſquis eſt: qui fuit in uita potens & potentia ſua ſit uſus cū humanitate hic uel ad cœlum uadit uel ad campos eliſios. ¶ Incruentum: ſine cæde hominum. ¶ Permenſus: tranſiens: aut qui tranſiuit. ¶ Longa ſpatia longum iter. ¶ Loca: Elyſii: habitacula Elyſii campi. Elyſium campum ueteres putauerūt eſſe in medio inferni: in quo piorum animæ queſcerent poſt diſſolutionem earum corpore. Vir. Solemq; ſuum ſua ſydera norunt. Philoſophi dixerūt elyſium eſſe in inſulis fortunatis. Hora. Nos manet oceanus circumuagus arua beata. ¶ Petamus: arua diuites & inſulas: Reddit ubi cererem tellus inarata quotānis & imputata floret uſq; uinea, has Salu. ſcripſit carmine Homeri iclytas eſſe. Fuerunt etiam qui elyſium ſcriberent eſſe circum lunarem circulum ubi purior eſt aer. Vir. Aeris in cāpis. græcia poetis elyſeon hoc eſt a profectione: quod qui ſancte & iuſte uixerint ad eos proficiſcantur. ¶ Iudex futurus: quicunq; habebis poteſtatem in homines abſtine ſanguine humano quia in inferno punitur quiſcunq; crudelis. ¶ Taxantur: iudicantur: a tango fit frequentatiuum taxo quod ſignificat æſtimo a precio, a quo taxatio ſit æſtimatio, hoc enim tangendo.i. ponderando fieri ſolet. & taxatores dicuntur a ſenicis: qui alterutrum maledictis tangunt. tanxis ueteres pro tetigeris dixere. Caue ne meum taxis liberum, taxim etiam pro ſenſim. Pompo. Adoptare clandeſtino tacitus taxim perſpectaui. ¶ Modo maiore.i. maiore menſuram puniuntur. ¶ Certus: alia interrogatio amphytrionis ubi nam puniātur illi qui dant pœnās. ¶ Certus: deſtinatus ad hoc. ¶ Supplicia pœne interdum ſignificat ſupplicationem. Salu. in ſupplicijs deorum. Fert: dicit. eſt ne uerum ut puniantur illi qui peccauerunt. ¶ Rapitur: reſpondet theſeus. ¶ Ixionem tradunt phlegiæ filium a ioue in cœlum aſſumptum: & iunonem de adulterio auſum interpellare qd' cum ab uxore iuppiter intellexiſſet oppoſuiſſe illi nubem ſub iunonis effigie cum qua congreſſum ixionē centauros genuiſſe: deiectum deinde a ioue in terras: cum inter mortales gloriaretur ſecum reginā deorū habuiſſe rem: fulmine ictum, & ad inferos demerſum eſſe ubi rotæ plenæ ſerpentum allegatus aſſidue uolutatur. Oui. Voluitur ixion: & ſe ſequiturq; fugitq;.

Repetit. ſuoq; premit exemplo nocens.
Vidi cruentos carcere includi duces:
Et impotentis terga plebeia manu
Scindi tyrāni. quiſquis eſt placide potēs
Dominuſq; uitæ ſeruat innocuas manus:
Et incruentum mitis imperium regit:
Animoq; parcit: longa permenſus diu
Felicis æui ſpatia: uel cœlum petit,
Vel læta felix nemoris Elyſii loca.
Iudex futurus ſanguine humano abſtine:
Quicunq; regnas. ſcelera taxant modo
Maiore noſtra. Am. certus incluſos tenet
Locus nocentes, utq; fert fama: impio
Supplicia uiclis ſæua perpetuis domant?
The. Rapitur uolucri tortus Ixion rota
Ceruice ſaxum grande Siſyphea ſedet.
In amne medio faucibus ſiccis ſenex
Sectatur undas. abluit mentum latex.
Fidemq; cum iam ſæpe decepto dedit:
Perit unda. in ore poma deſtituūt famē.
Præbet uolucri Tityus æternas dapes.

¶ Tortus: tormētatus. Ceruice: ſyſiphus æoli filius iſthmon hoc eſt illam ſtricturam terræ quę eſt inter mare ionium & ægeū: latrociniis occubabat: tandē occiſus a theſeo apud inferos truditur: & hac pœna afficitur: ut grande ſaxum ſupra montē portare coactus: cū ad apicem & culmen deduxerit: continuo ad ima relaxetur. ¶ Dicente Oui. lib. xiii. me. Aut petis, aut urges rediturū ſyſiphe ſaxum. ¶ Ceruice ſyſiphea: i. collo ſyſiphi. ¶ In amne medio, Tātalus fuit iouis fili' ex plote nympha: qđ ille fatet apud Senecā in thyeſte. Magne diuorū parens noſterq; quamuis pudeat. Hunc dicit Euſebius libro de temporibus regem fuiſſe phrygiæ: & cum deos hoſpitio ſuſcepiſſet: filium eius pelopem comedendum eis appoſuit: mētitus alias eſſe carnes: a quibus epulis dei omnes: excepta cerere. abſtinuerunt, quę illius comedit humerum. ob quod facinus cum iuppiter ad infernū detruſit atq; hoc ip ſo ſupplicio damnauit. ut uſq; ad inferius labium limpidiſſima diuerſaret aqua: ſed tunc quoq; cum ad potum inclinaretur fugaciſſima. ¶ Inſuper & inclinari arbores redolētibus pomis uſq; ad os ei' ſtatuit: quæ omnia fugiebāt, dum ea fame, uel ſiti capere conaretur. de illo Oui. iiii. meta. ¶ Tibi tantale nullæ. Deprehēduntur aquæ quæq; eminet effugit arbos. Idē lib. ii. de ſine titulo. Quærit aquas in aquas & poma fugacia tētat. ¶ Tātalus hoc illi garrula ligua dedit quo fit ut inter odorata poma. & aquas poſitus, fame & ſiti pereat & ut dicunt poetæ. ¶ Fuit hic tantalus Agamemnonis & Menelai auus: a quo patronymicum deducitur tantalides. Fuit alius tantalus corinthiorum rex adeo pius ut dicatur a poetis menſis deorum accubuiſſe: alius fuit filius tyeſtis & Merope atrei fratris coniugis quem Atreus occidit & patri comedendum appoſuit. ¶ Senex: tantalus. ¶ In amne medio: in mediis aquis. ¶ Siccis: ſitibundis. ¶ Latex: aqua. ¶ Fidem ut crederet tantalus eam poſſe capere. ¶ Decepto ſcilicet tantalo. ¶ Perit: fugit. ¶ Præbet: uolucri. ¶ Titius fuit iouis filius ex Elara filia orthomeni: quam iuppiter iunonis iram extimeſcens in ſpecu ſub terra abſcondit: ob quod ex illa Titius natus dictus eſt a poetis terræ filius, dicente Virgi. lib. vi. æneí. Necnon & tyton terræ omnipotentis alumnum: cernere erat: hic cum Latonæ uim inferræ uellet: ab apoline ſagittis confoſſus apud inferos magno cruciatu demergitur: ut Ouidi. lib. i. De ponte ſic in conſumptum tyti ſemperque renaſcens: Non perit ut poſſit ſæpe perire iecur: huius magnitudinem corporis nouem iugerum dixerunt poetæ. Tibulus: porrectuſq; nouem tytus per iugera terræ. Aſſiduas atro uiſcere paſcit aues. Volucri: vulturi. ¶ Aeternas: quia quando conſumptum eſt ſemper renaſcitur. DAN.

¶ Taxantur: plectuntur ſcelerati & preſſius tanguntur in īferno q̄ hic apud nos: eſt enim proprie taxare preſſius crebriuſque q̄ tangere: unde proculdubio id inclinatum eſt: ut meminit Gel. in. ii. noctium atticaꝝ: Sicuti uexa-

re eſt diſtrahere ui: & motu maior uehere quod uerbum non eſt leue contra Cornutum Virgilio maſticem. ¶ Ixion: non fuit filius phlegiæ ſed frater ſi uera ſcripſit Euſtachius theſſalonicenſis. Diodo. tradit filium fuiſſe Anthionis & Melites.

nu amantis. ¶ Genæ: oculi concaui: & intra frontem fixi. aliquando genæ pellicula dicitur quæ oculos tegit. aliquando maxillæ. ¶ Conto: partica longa. ¶ Hic onere uacuus cum tranſuexiſſet multas animas quas habebat: reuerſus eſt ad ripam. ¶ Repetebat: retro nauigabat. ¶ Cedente turba: omnibus dantibus locum. ¶ Siſte properantem: gradum noli o temerarie ultra uenire. ¶ Nauitam: charontem. ¶ Domat ſcilicet uerberādo ipſum: æneas iuuit cum ramo aureo. iſte pacis uero uiolentia utebatur. ¶ Cimba: populorum capax quæ trāſuehit tot animas uix potuit ſuſtinere unum. ¶ Sic Vir. Gemuit ſub pondere cimba. ¶ Succubuit: quaſi demerſa eſt. ¶ Bibit idest ab utroque latere recipiebat aquas. ¶ Titubante. uacillante: modo in unam partem modo in aliam. ¶ Tunc quando tranſiuit hercules: ea mōſtra quæ erāt illic cœperunt ualde timere. ¶ Cētauri: hercules centauros nuptiarum cum ebrii eſſent hyppodamē Pirrhithoo auferre uolētes acri bello ſuperauit. ſunt autem qui non hoc dic ſolum cum centauris pugnaſſe herculem uelint: ſed etiam alias. Nā cum euritus centaurus ab Oeneo calydoniæ rege: forte hoſpitio ſuſceptus fuiſſet: Deianiram eius filiam ſimul ac uidit: petiuit ſibi dari uxorem. Oeneus ꝗuis illā herculi ſpoponderat uim tamen centauri timens: huic ſe eam traditurū promiſit quapropter orto inter herculem & Euritum bello nuptiarum die: ab hercule centaurus ſuperatus eſt. ¶ Lapithe: ab aliis laphire nominati a laphita apollinis filia iuxta othrin mōtem theſſaliæ habitantes: cum centauris bella gerentes qui uicinum montem pelion tenebant: Sed demum pulſi primo ab ixione deinde a pirrithoo filio ad ethicas uenere. Laphitis uero campeſtria conceſſerunt. Fingunt centauros eſſe ſemiequos, ſed ueritas eſt: eos eſſe genus durum & agreſte: & primum pugnaſſe cum equis. cum ante equis uehi Bellorophon & frenis & ephitiis uti peletronius inueniſſet. Hic igitur eſt datus fabulæ locus & a ſtimulando calcaribus equo centaurus appellatus eſt: propter quod & hyppocentaurus: hoc eſt equi ſtimulator eſt dictus. ¶ Succenſi, inflammati ad bella. ¶ Multo mero: ebrietate. ¶ Lernæus labor: idest idra de qua ſuperius diximus. ¶ Fœcundo: quia abſciſo uno capite naſcebantur tria. ¶ Sinus receſſus. ¶ Poſt hæc. ſcilicet monſtra. ¶ Auari: inſaciabilis. ¶ Ditis Plutonis: dis pluto appellatur hoc eſt diues: nam terrenam uim omnem atq; naturā ſui diti patri dedicatam putabant: quod diuitiæ omnes e terris oriantur: & in terras recidant. Claudianus ſemperq; tenemus: quæ ſuperi tenuere ſemel.

BER. ¶ Vrnaſq;: dictum eſt ſupra de filiabus danai: quæ maritos ſuos prima nocte interfecerunt. iſtæ ſunt apud inferos hac pœna damnatæ ut ſemper aquas cribris perforatis hauriant. ¶ Fruſtra: quia non poſſunt in eis continere aquā. ¶ Errant. cadmeides filiæ cadmi de quibus dictū eſt superiꝰ: ſicut agaue furens filium pentheum interfecit: eo modo apud inferos furentes uagantur: nec ullā requiem habent. ¶ Terretq;: phineus fuit arcadiæ rex qui ſuaſu harpalices uxoris: filios occæcauit: cuius ſceleris magnitudine permoti dii: oculis eum priuarunt: atque illi harpias obiecerunt auium genus dirum: ac rapax: quæ illi dapes & reliqua omnia fœdebant. Harpiæ monſtra fuerunt qualia deſcribit Virgi. ¶ Triſtius haud iſtis monſtrum: nec ſæuior ulla Peſtis: & ira deum ſtigiiſq; ſeſe extulit undis. ¶ Virgineis uolucrum vultus fœdiſſima uentris: proluuies: uncęq; manus: & pallida ſemper: ora fame. ¶ Menſas phi. i. phinei. phineus a quo phineus. ¶ Nunc ede. ¶ Amphytrio dicito theſeu intellexi conditiones: nunc autem uellē ſcire quomodo hercules natus meus pugnauerit: & ſecum traxerit cerberū. ¶ Ede idest demonſtra. Edo ab e & do: e in compoſitione aliquando auget: ut eluceo. i. ualde luceo. aliquando habet uim præpoſitionis extra ut emito. extra emitto edo ſimiliter promo dicitur qui: & naſcuntur in lucem promuntur: progigni ponitur. Hora. Mœcenas atauie ædite regibus. eodem modo edere manifeſtare dicimus. ¶ Patrui, Plutonis fratris patris ſui iouis. ¶ Munus ſcilicet cerberum. ¶ Ferale reſpondet theſeus deſcribens ingreſſum ad regiam plutonis: ut quid ibi geſtum ſit demonſtret. ¶ Ferale lethiferum: ueteres feram mortem dixerunt unde feralis & ferale deducitur. Segne fretum idest pigrum. Stupente unda: aqua non ſe mouente. ¶ Hunc ſeruat: hanc deſcriptionem charontis ſumit a Virg. qui hunc portitorem dicit obſeruare tria inferni flumina ſeu paludes. hoc eſt acherontem ſtygem & cocytum: quin & defunctorum animas ad aliam ripā uehere: quem ſqualoris eſſe terribilis fingit: oculos habere igneos amictum ſordidum magnam caniciem: remo uelisq; ad animas tranſportandos uti. ¶ Pauidos manes: animae trementes. ¶ Geſtat: tranſuehit cimba. ¶ Impexa: inornata ¶ Nodus cohercet: ligat. Imitatio Virgiliana: humeris nodo ſuſpendit amictum. ¶ Deformem ſinum: ueſtem ſordidam. Sinus aliquando ueſtis lata eſt muliebris. Ouid. Indue regales laodomia ſinus. aliquando dicitur portus. aliquando pro complexu: ut iacet in ſi-

Vrnaſq; fruſtra Danaides plenas ferunt.
Errant furentes impiæ Cadmeides.
Terretq; menſas auida Phineas auis.
Am. Nunc ede nati nobilem pugnā mei:
Patrui nolētis munus, an ſpolium refert?
The. Ferale tardis imminet ſaxū uadis.
Stupente ubi vnda ſegne torpeſcit fretū:
Hūc ſuat amnē cultu: & aſpectu horridꝰ,
Pauidoſq; manes ſqualidus geſtat ſenex.
Impexa pendet barba. deformem ſinum
Nodus coercet. concauæ ſqualent genæ.
Regit ipſe conto portitor longo ratem.
Hic onere uacuā littori puppi applicās:
Repetebat undas. poſcit Alcides uiam
Cedente turba. dirus exclamat Charon:
Quo pergis audax? ſiſte ꝓperātē gradū.
Non paſſus ullas natus Alcmena moras
Ipſo coactum nauitam conto domat.
Scāditq; puppē. cymba populoꝶ capax
Succubuit uni. ſedit: & grauior ratis
Vtrinq; Lethen latere titubato bibit.
Tunc uaſta trepidāt mōſtra, cētauri truces,
Lapithæq; mlto bella ſuccēſi mero,
Stygiæ paludis ultimos quærens ſinus
Fœcunda mergit capita Lernæus labor.
Poſt hæc auari Ditis apparet domus.

DAN. ¶ Squalidus ſenex: charon eſt aer infernalis: quia animę ſunt aeriæ: ideo finxere poetæ eſſe portitorem animarū: & ideo. ¶ Squalidus: quia inferni ſqualidus eſt & reter. magiſter nauis lingua ægyptia dicitur charon.

¶ Hic ferus:

Hic ſæuus umbras territat Stygius canis,
Qui terna uaſto capita concutiens ſono,
Regnum tuetur. ſordidum tabo caput
Lambunt colubri. uiperis horrent iubæ.
Longuſq; torta ſibilat cauda Draco.
Par ira formæ. ſenſit ut motus pedum,
Attollit hirtas angue uibrato comas,
Miſſumq; captat aure ſubiecta ſonum.
Sentire & umbras ſolitus, ut propior ſtetit
Ioue natus, antro cedit incertus canis,
Et uterq; timuit. ecce latratu graui
Loca muta terret. ſibilat totos minax
Serpens per armos. uocis horrendæ fragor
Per ora miſſus terna: felices quoq;
Exterret umbras. ſoluit a læua feros
Tunc ipſe rictus. & cleoneum caput
Opponit, ac ſe tegmine ingenti clepit.
Victrice magnum dextera robur gerens:
Hac nunc: & illuc uerbere aſſiduo rotat.
Ingeminat ictus. domitus infregit minas.
Et cuncta laſſus capita ſubmiſit canis:
Antroq; toto ceſſit. extimuit ſedens
Vterq; ſolio dominus: & duci iubet.
Me quoq; petenti munus Alcidæ dedit:
Tunc grauia monſtri colla permulcens manu
Adamante texto uincit. oblitus ſui
Cuſtos opaci peruigil regni canis
Componit aures timidus: & patiens trahi:
Herumq; faſſus: ore ſubmiſſo obſequens
Vtrunq; cauda pulſat anguifera latus.
Poſtquam eſt ad oras Tænari uentum. & nitor
Percuſſit oculos lucis ignotæ. bonos
Reſumit animos uinctus: & uaſtas furens
Quaſſat cathenas: pene uectorem abſtulit.
Pronumq; retro uexit, & mouit gradu.
Tunc & meas reſpexit Alcides manus:
Geminis uterq; uiribus tractum canem
Ira furentem: & bella tentantem irrita
Intulimus orbi. uidit ut clarum æthera.
Et pura nitidi ſpatia conſpexit poli,
Oborta nox eſt. lumina in terram dedit.
Compreſſit oculos. & diem inuiſum expulit.
Aciemq; retro flexit. atq; omni petit
Ceruice terram. tum ſub Herculea caput
Abſcondit umbra. denſa ſed læto uenit
Clamore turba frontibus laurum gerens:
Magniq; meritas Herculis laudes canit.

BER. ¶ Hic ferus: ad cuſtodiam domus Plutonis erat cerberus: qui cum ſentit Herculem: cœpit horribiliter latrare, at Hercules inuoluit pellem leonis circa ſiniſtrum brachium: & dextra corripuit clauã. ¶ Tabo ſanie: & facit aliam deſcriptionem ipſius canis q loco pilorum ſerpentes habet: & pro cauda etiã unũ alium ſibilantem ſerpentem. ¶ Lãbunt: inuoluunt ¶ Par: ſimilis: terribilis forma & ira. ¶ Irtas: rigidas. ¶ Angue uibrato motis ſerpẽtib⁹. ¶ Captat: auſcultat & explorat. ¶ Subiecta: aure poſita in terra: qa a longe uenientẽ eo mõ ſentimus. ¶ Miſſum, ſonũ de lõge miſſuz. ¶ Vmbras: aias quæ ſunt leuiores corporibus. ¶ Incertus: canis dubi⁹ an fugeret an ſtaret. ¶ Vterq;.ſ. Hercules & canis: ẽt fortes uiri timẽt naturalia quanto magis debent timere ea quæ ſunt pter naturam. ¶ Graui. horrendo. ¶ Exterret: fœlices vmbras anima quanto magis infœlices. ¶ Tunc ipſe Hercules ſoluit ab humeris ſuis feros rict⁹ ora horribilis leonis cleonei. Et clepit: tegit ſe aduerſus cerberum. clepere eſt tegere: inde clypeus dicitur. (Clepere) ¶ Robur: clauam. ¶ Rotat, flectit illũ canem acriter verberando. ¶ Infregit minas depoſuit iram: & factus eſt humilis. ¶ Laſſus: fatigatus verberibus. ¶ Submiſit, inclinauit tanquam victus. ¶ Cuncta: quia tria habebat. ¶ Antro: & dedit aditum Herculi. ¶ Vterq; dñs. pluto & pſerpina inferoꝝ reges. ¶ Solio, ſede regali facta de vno tm ligno cõcauato: (Soliũ) ſoliũ integrũ appellare & ſolidum. vnde ſolã terram dicimus, alii dicunt ſoliũ ſedem eſſe regis e ligno in qua ob tutelam corporis ſui ſederet. & dictum a ſedendo. Curtius. Reginã in ſolio viſam uehementer admiratus alias quando vas dicitur in quo homines in balneis vel domi ſedentes lauabantur. Marti. Nõ vis i ſolio prius lauari. Nunq̃ huic ſiue uas in quo defuncti ſepeliuntur. Pli. Cũ & defuncti ſeſe multi fictilibus ſoliis condima lucre. Quidam a ſolo deduci

volunt quod in his ſoli ſederent: ideo ſolia ſternere dicebantur q̃ ſoli ſternium habebant. ¶ Et duci iubet ſcilicet cerberum: quia timebat. ¶ Me quoq;.ſ. theſeum qui illic detentus erã in carcere: quia fueram cũ pirrithoo ad rapiẽdum pſerpinam. ¶ Tũc grauia, poſtq̃ Pluto dedit cerberꝫ, & me Herculi: ille cœpit canẽ blãdiendo illi: & iniecit collo unam cathenam: & ſecũ attraxit. ¶ Grauia: horrentia. ¶ Pręmulcens, leniter manu tangẽs. Mulcere eſt ꝓprie delinire quaſi mollicere. vnde mulſum, & aqua mulſa dicitur. (Mulcere) Vincit: ligat inde vinculum ligamen. ¶ Adamãte texto .i. coniuncto: hoc eſt dura cathena: Adamas lapis pcioſus mirę duriciei d quo Pli. logt. (Adamas) Nullo mõ põt rũpi: niſi ſanguine hirci: & cũ poetę volũt dicere aliq̃ rẽ durã & ifrãgibilẽ adamãtinã appellãt, & ab a qd ẽ ſine, & domo q̃ſi indomitus. ¶ Oblitus ſui .i. ſuaꝝ uiriũ & dñe illi. obliti ſui q i periculis neſciunt quid faciãt. ¶ Peruigil: q nũq̃ dormiebat. ¶ Opaci regni: obſcuri iferni. ¶ Faſſus: q̃ſi ꝯfeſſus & mõſtrans ſe victũ ab Hercule. Ore ſumiſſo, capite iclinato ſubſeq̃bat Herculẽ: & blandiebat illi cauda viperina: more canũ q vtrũq; lat⁹ cauda pcutiũt blãdiẽdo alicui. ¶ Poſtq̃ ſed qñ venit ad exitũ iferni, & vidit pmã lucẽ voluit retrocedere: & reſumpſit vires priores: & q̃ſi Herculẽ retraxit: ſed ipſe illi opitulans inuitũ traxit ad ſupos. ¶ Tenari mõtis laconici. ¶ Lucis ignote: erat lux illi incognita cũ i iferno ſp ſint tenebræ. ¶ Pronũ: qa via illa pendet i deſcenſu. ¶ Mouit gradu: de loco vbi erat firmus pedibus. ¶ Geminis .ſ. meis & herculis. ¶ Irrita: ſine effectu: rata dicimus firma: & cũ effectu cõtrariũ ẽ irrita, vnde Vir. Irrita tela appellat: q̃ miſſa nõ feriũt ¶ Oborta: nox vt vidit lucem clauſit oculos, & declinauit caput ad terrã: & orta ſibi nox ẽ: qa nõ potẽs tolerare lucẽ faciebat ſibi obſcuritatem oculis clauſis. ¶ Compreſſit: clauſit. ¶ Expulit .ſ. clau. ocu. ne videret diem inuiſum.

DAN. ¶ Stygius canis: cerberus ex echidna & Typhaone genitus tribus latrat faucibus ad hoſtium regiæ ditis patris volentibus ingredi cauda & auribus blanditur. neminem permittit exire. Heſio, & Maro diſcordant, uorat carnẽ & oſſibus ſuperſedet ideo quaſi τοχρτσοβοροσ nuncupatur. ab Hercule ligatus eſt adamantina cathena & tractus ad ſupera: quacunq; trahebatur ſpumæ a rictibus cadẽtes cedere in aconitum. Alexander imperator habuit canem hoc nomine congredientem leonibus ut ſcribit Iulius pollux. ¶ Aciem: viſum. ¶ Petit: toto capite inclinatur in terram. ¶ Tunc: quando inclinabat ſe Hercules faciebat vmbram: & ille ſequebatur. ¶ Denſa: ſed læto iam dat locum ſequenti ſcenæ. ¶ Denſa: charus. ¶ Laugæ. coronã ex lauro.

CHORVS.

Saphici hendecaſyllabi.

Natus Euryſtheus properante partu
Iuſſerat mundi penetrare fundum.
Deerat hoc ſolum numero laborum,
Tertiæ regem ſpoliare ſortis.
Auſus eſt cæcos aditus inire.
Ducit ad manes uia qua remotos
Triſtis, & ſylua metuenda nigra.
Sed frequens magna comitante turba,
Quantus incedit populus per urbes
Ad noui ludos auidus theatri,
Qualis Eleum coit ad tonantem,
Quinta, cum ſacrum reuocauit æſtas,
Quanta, cum longe redit hora noctis,
Creſcere, & ſomnos cupiens quietos
Libra phœbeos tenet æqua currus.
Turba ſecretam Cererem frequentat.
Et citi tectis properant relictis:
Attici noctem celebrare Myſtæ.

BER. Natus Euryſtheus. In fine oium actuum chorus inducit laudans facta, ita ibi nũc habetur cõcelebrans fortitudinem Herculis qui uicit omnia monſtra: in terra reſtabant ea quæ ſunt in inferno quo ipſe iuit & rediuit cum uictoria. Verſus eſt ſapphicus, & hẽt. v. pedes. Primus Trocheus: ſecundus ſpondeus: tertius Dactylus: duo ultimi trochei. ¶ Natus Euryſtheus. Homerus ſcri. cum Iuppiter diem quo Hercules proditurus in lucem erat: ita prædixiſſet: qui cæteris imperaret: cogitaſſe iunonẽ id de Hercule dici quapropter impetraſſe primo a Ioue: ut id iureiurando affirmaret: deinde miſſa lucina quæ dea parturientium erat diſtuliſſe Herculis ortum & uxoris Sthelenii quæ ſeptimo iam menſe pregnans erat partum acceleraſſe: ex quo natus eſt Euryſtheus qui Micenis. xlv. annis imperauit ſemper infeſtus Herculi: ob id frequenter impellens eum ad congrediendum cũ monſtris facile ſic periturum Herculem ſperans. ¶ Fundum infernum. ¶ Deerat reſtabat hoc ſolum: quia omnia alia ſuperauerat. ¶ Tertiæ: forcis regem Plutonem regẽ inferni quæ fuit tertia ſors inter tres fratres. ¶ Nigra: obſcura. illa triſtis uia eſt metuenda propter obſcuram ſiluam per quam eſt eundem. ¶ Sed frequens: ſcilicet illa via valde frequentata: per eam multi quotidie ad inferos traduntur. Frequens modo crebrum ſignificat: ſiue de loco ſiue de re animata dicitur: ut frequens ſenatus ideſt creber copioſus. multus item frequentes domus frequentes aræ: hoc eſt crebræ multæ: aliquãdo quod ab aliis frequentatur: ut frequẽs locus frequens templum in quo multi cõueniunt. & quod multi frequentant. Qualis. declarat iſtam multitudinem per comperationem ludorum olympicorum qui fiebant in honorem Iouis olympici apud Piſam & Helidem arcadiæ oppida id gymnicum certamen erat quod quinto quoq; anno fieri ſolebat vnde olympias dicta ẽ ſpacium quinq; annorum. & exinde tempora olympiadibus computare cœperunt. ut Olympiadis primæ vel tertiæ: Olympia vrbs eſt inter oſſam & olympum montes, & olympia olympiorum etiam ludi erant ipſi. ¶ Incedit: vadit ad ſpectandum. ¶ Populus: multitudo. ¶ Ad lu. noui theatri: noui ſpectaculi, theatrum dici poteſt a nobis uiſorium ſeu ſpectaculum ex quo eminus turba ludos ſpectare poteſt: & apud Romanos ædificium fuit interdum mira luxuria ædificatum: ut Pli. lib. xix. na. hiſto. ¶ Heleum: tonantem. Iouem heleum a ciuitate helide. ¶ Coit ideſt conueni. Alii legunt currit & male: quia verſus non ſtaret. ex con & eo: ſic Ouidi. libro. iiii. Faſtorum. Mille manus coeunt. ¶ Quinta æſtas: quintus annus. Reuocauit reduxit. ¶ Sacrum: ſubſtãtiue ideſt Iouis feſtum. ¶ Quanta ſcilicet turba: frequentat ſecretam Cererem: celebrat cerealia. de his ſacris ſuperius diximus. ¶ Myſtæ: ſacrificantes Cereri appellabantur: Myſticum dicunt græci omne id quo in arcanis Deorum ſacris utimur. qualia erant bacchi, & Cereris orgia: quæ noctu clam & a ſolis mulieribus celebrabantur: ſed tamen inde illis ſacris pollutis. uiri quoq; ad ea accedere ſoliti erant & baptæ huiuſmodi uiri dicebantur quod tincti, furatiq; ſacris inter eſſent inſtar mulierum, baptim enim inficere: tingere: & fucare dicitur. ¶ Myſteria arcana ſacra appellabantur. hinc in prouerbio eſt: non ſine myſterio fieri dicimus, quod occulta aliqua quaſi ſacrorũ ratione perficitur. ¶ Attici: athenienſes. nam ea ſacra apud athenas fiebant per decẽ milliaria ad Eleuſim. ¶ Citi ueloces: quia cum facibus accenſis currebant. ¶ Tectis relictis: quia ea ſacra celebrabantur per agros. ¶ Cum longe redit hora noctis. ¶ Cupiens: ſcilicet nox. ¶ Creſcere: quia creſcente fiunt longiores ſomnii. ¶ Libra ſignum cœleſte per quod ſol tranſit: & tũc eſt æquinoctium: quia ſol libratus eſt: & ẽ per unũ diem ſolũ, ideo dicit tenet currus phœbeos: ideſt ſolis.

DAN. ¶ Tum ſupericonſtrue ſic textum & mendatum ſub herculea cupit abſcõdi umbra: ita legit antiquiſſimus codex & ſuadet metrũ & ſenſus etiã quadrat ut ſit: cupit cerberus abſcõdi ſub umbra Herculis ne cernat lucẽ. niſi dicas herculea umbra deſuper abſcondit caput cerberi qd non probo. ¶ Natus Euryſtheus: inuidia Iunonis contra Herculem natus: Euryſtheus ſeptimo menſe. Iuppiter indignatus claudit cœlum Euryſtheo properante partu: qa natus eſt citra nonũ menſem timente Iunone ne Hercules prius naſceretur. Natus Euryſtheus ſeptimum carmẽ Sapphicũ penthametrũ. redeunti ab inferis Hercule occurrit chorus cũ tripodio & cantu Myſtæ: Myſtæ daduchi. i. geſtantes facẽ dicebantur: ſacerdotes Cereris facibus diſcurrentes qbus ad filiã indagandã uſa eſt ceres ad extremã vſq; laſſationẽ debacchabãt. ¶ Papinius: Tuq; actea ceres: curſu cui ſemp anhelo uotiuã taciti laſſamus lampada myſtæ. erant autẽ hæc ſacra cõia cum baccho: ideo generoſius poeta bacchum ex aditis cereris egredientem inducit. & Ouidius. Ipſe ſuos ludos vuæ cõmetor habebat. Quos cũ tedifera nũc habet ille dea. ſcelerati arcebantur procul ab his ſacris voce præconis. Tranquillus. Eleuſinis ſacris quorum imitatione impii voce præconis ſummouent intereſſe auſus nõ eſt, baptæ eius ſacerdotes

non ſunt

Tanta per campos agitur ſilentes
Turba. pars tarda gradiens ſenecta,
Triſtis, & longa ſatiata vita.
Pars adhuc currit melioris æui,
Virgines non dum thalamis iugatæ,
Et comis non dum poſitis ephebi,
Matris & nomen modo doctus infans,
His datum ſolis, minus vt timerent,
Igne prælato releuare noctem.
Cæteri uadunt per opaca triſtes.
Qualis eſt nobis animus remota
Luce, cum mœſtus ſibi quiſq; ſenſit
Obrutum tota caput eſſe terra?
Stat chaos denſum, tenebræq; turpes,
Et color noctis malus: ac ſilentis
Otium mundi: uacuæq; nubes.
Sera nos illo referat ſenectus.
Nemo ad id ſero venit, vnde nunquam
Cum ſemel venit, potuit reuerti.
Quid iuuat durum properare fatum.
Omnis hæc magnis vaga turba terris
Ibit ad manes. facietq; inerti
Vela Cocyto, tibi creſcit omne,
Et quod occaſus uidet: & quod ortus.
Parce uenturis. tibi mors paramur.
Sis licet ſegnis. properamus ipſi.
Prima: quæ uitam dedit: hora carpſit.
Choriambici uerſus.
Thebis læta dies adeſt:
Aras tangite ſupplices:
Pingues cædite uictimas.
Permiſtæ maribus nurrus
Solennes agitent choros.
Ceſſent depoſito iugo
Arui fertilis incolæ,
Pax eſt Herculea manu
Auroram inter: & heſperum,
Et qua ſol medium tenens
Vmbras corporibus negat,
Quodcunq; abluitur ſolum
Longo Tethyos ambitu,
Alcidæ domuit labor,
Tranſuectus vada Tartari
Pacatis redit inferis,
Iam nullus ſupereſt timor,
Nil ultra iacet inferos,
Stantes ſacrificus comas
Dilecta tege populo.

non ſunt dicti ea rõne quod fu carent iſtar mulieꝝ: ſed quod lauarentur quãdo initiabant. Ariſtophanes græcus comicus facundiſſimus πρωτονε χτοωαλαε ωαιειεμεβλαψ εν. & hæc ſacra appellantur theſmophoria, ut meīnit Gellius in. xiiii. quaſi legiferæ deę ſacra. θεσμοσ enim dicitur lex & φερω. fero. Ceres. n. prima dedit leges vt fingit latinorum princeps Maro. ⁋ Myſteria. Appollodo. tradit myſteria dicta a Myente quodam attico q venãdo periit: eandem dicunt etiam orgia ab ira Cereris cõtra Iouē: vt ait Euſebius theſmophoria fiebant ſic exta fumantia polenta. ſaidiaco. mala punica. trementia animaliũ corda. hederæ. papauera. & uinum quod vocant cyrona: qđ quidem vinum ceres cum nollet bibere oblatũ ſibi per hoſpitem bambinem, tandem ſolata veſte genitalia oſtendit hoc ſpectaculo mota dea bibit imbens inde datur cyrcon in ſacris. ⁋ Ephœbi: ſpacium iter puerilitatē & pubertatem vocat ephœbiã. Quin. appellat lubricũ ætatis qa illa ętas facile labitur in vitium.

BER. ℭ Tanta: adaptat comparationē: tanta eſt illa turba: quę uadit per illã viã ad inferos & quæ eſt iſta turba: ſunt alii ſenes: alii pueri alii infantes. ⁋ Iugatæ. i. nondum cõiunctæ matrimõio. ⁋ Ephœbi: ephœbus dictus: qđ iã ſit impubes hoc eſt ad annos pubertatis peruenit. Terent. Nã is poſtq̃ exceſſit ex ephœbis: hoc exceſſit ex ea ætate qua pubem primo emiſit. Hic ephœbia appellata eſt prima ætas adoleſcentiæ. ⁋ Comis depoſitis. i. reſecatis capillis qui intonſis ſeruabãtur pueris & in prima adoleſcentia illis reſecabant: & deo alicui conſecrabantur vt eſt apud Statiũ in ſiluis de crinibus carini ⁋ Modo doctus qui vix ſciebat pnunciare nomen matris. ⁋ His: ſolis infantibus eſt data vna fax, vt p has tenebras poſſent videre & minus timere hoc: eſt moraliter: qa ſunt puri ſine macula uitioꝝ. ⁋ Releuare: leuiorē facere. ⁋ Prælato: ante portato. ⁋ Cæteri: pter iſtos infantes. ⁋ Per opaca: obſcura. ⁋ Qualis: nūc dicit chorus qualis debeat eē aius euntiũ p illã viã. q. d. triſtes: quia vr̃ hr̄e totum pondus terræ ſupra ſe: ideo dicit qđ debemus ire tardius quã poſſimus. ⁋ Qualis: legēdũ eſt interrogatiue. ⁋ Obrutũ: demerſum: qa infernus eſt in centro terræ: qa qui uadũt ad inferos habent terrã ſupra ſe. ⁋ Stat: nõ mouet. ⁋ Chaos: illa ꝯfuſio. ⁋ Denſum: tenebroſum. ⁋ Silētis: qa ibi oia tacēt nõ ſunt venti ſtrepētes: nec aię vſum loquēdi habēt. ⁋ Vacuę nubes quę nõ faciũt pluuiam. ⁋ Illo: ad illũ locũ. ⁋ Ad id: eum locũ. ⁋ Vnde: a quo loco. ⁋ Quid iuuat: qđ oportet vt acceleremus mortē noſtrã opponēdo nos uariis picul is hoc nõ debemus facere: ſed viuere diutius quã poſſim⁹. ⁋ Durę: inexorabile. ⁋ Fatũ: mortem. ⁋ Faciet vel. nauigabit. ⁋ Cocyto: oēs. n. trãſibimus p illam viã. ⁋ Inerti ſtagnãti qa non mouet. ⁋ Tibi: o mors qcqd ē in mũdo creſcit: qa ut iqt Sal. Omnia orta occidũt, & aucta ſeneſcunt. ⁋ Parce uenturis. ſ. ad te. i. o mors noli nimiũ ppe rare: qa ſumus oino tui: & ad te veniemus. ⁋ Licet ſis ſegnis q̃uis ſis tarda: tñ quotidie currimur ad te. ⁋ Prima hora: in qua nati ſum⁹. ⁋ Carpſit: illã & icipit diminuere uitã nr̃am. ⁋ Thebis: iã reuertit ad principale ꝓpoſitũ de laudib⁹ herculis: digreſſio iſta conceſſa choro: mõ dicit ad thebanos ut faciãt ſacrificia: & diis gratias agãt q fecerunt ubiq; herculē uictorē, Verſus eſt glyconicus ab inuentore coriãbicus etiã a pede. Scãdit duob⁹ modis. Primo mõ ſpõdeo: & duobus dacty. Alio mõ facis unũ ſpõdeũ: & unũ coriãbũ: & unũ pirrichiũ. ⁋ Tãgite: ſacrificate qa ſacrificãtes manib⁹ aras tãgebãt. ⁋ Agitēt choros: choreas ſolebant in ſacris ſaltare ad lætitiã. ⁋ Et q̃ ſol mediũ: ab oriente & occidēte, & i meridie q̃ſita ē pax manu Herculis. ⁋ Vmbras negat. Eſt ciuitas Syene in cõfinibus æthiopiæ & ægypti. & teſte Pli. ſcđo na. hi. ſupra alexãdriã verſus meridiē. l. miliũ ſta. ac ut ſcribit Macrobius ſcđo ſup ſomniũ Sci. directe locata eſt ſub tropico eſtiuo. i. ſub cancro in extremo torride zonæ: quare cũ ſol ad cancrũ uenit i medio ſolſtitii die ſupra uerticē ciuitatis cadens nullã prius in ea umbrã efficit. Quod Lucan⁹ tetigit i ſcđo. ⁋ Vmbras: nuſquam mari flectēte ſyene: hoc eſt p dies ſolſtitii. ⁋ Tethyos: tethys uxor oceani: ſed ibi pro ipſo oceano ponitur.

DAN.

¶Stantes: datur locus ſequẽti ſcenę: ſedibat lætus Hercules de victoria Lyci. Sacrificus: & ſacrificulus appellatꝛ rex ſacrorum: a ſacro qd eſt deo dedico & ſacrū facio. ¶ Stãtes: horridas & incultas. ¶ Populo: frõde populi arboris: qua coronatus fuit uadens ad inferos: unde dixit dilecta.

BER.

HERCVLES. THESEVS. AMPHITRYON. MEGARA.

ACTVS QVARTVS.

Trimetri Iambici.

VLtricæ dextra fuſus aduerſam lycꝰ
Terrã cecidit ore. tũ quiſquis comes
Fuerat tyrãni, iacuit, & pœnæ comes.
Nũc ſacra pr̃i victor: & ſupis ferã,
Cæſiſq; meritas victimis aras colam.
Te te laborum ſocia, & adiutrix precor
Belligera Pallas: cuius in læua ciet
Ægis feroces ore ſaxifico minas.
Adſit Lycurgi domitor: & rubri maris
Tectam virenti cuſpidem thyrſo gerẽs,
Geminũq; numẽ, Phœbꝰ, & Phœbi ſoror,
Soror ſagittis aptior, Phœbus lyræ.
Fraterq;, quiſquis incolit cœlum meus,
Non ex nouerca frater. huc appellite
Greges opimos, quidquid Indorũ ſeges,
Arabeſq; odoris qdqd arboribus legunt,
Conferte in aras. pinguis exudet vapor:
Populea noſtras arbor exornet comas.
Te ramus oleæ fronde gentili tegat
Theſeu. tonãtẽ noſtra adorabit manus.
The. Dii conditores vrbis, & ſyluestria

VLtricę dextra. Iam reuertitur Hercules poſt mortem Lyci: & eſt principium quarti actus: in quo ponitꝛ furor Herculis, & ibi notãdū eſt qd in ſcena nunq̃ oſtẽditur mors: ſed narratꝛ ne forte ſpectatores terreantꝛ. Ibi quattuor pſone itroducuntur Hercules Theſeus Amphytrio & Megæra. Primo Hercules poſt victoriã de lyco vocat deos, & p̃parat ſacrū. ¶ Fuſus: mortuꝰ, Aliqñ fugatus, aliqñ iacens: & fuſus humi. ¶ Pœne: ſupplicii ¶ Belligera pallas: hãc dicũt poetæ Iouis filiã ſine matre: ita cū Iuppiter uideret Iunonẽ vxorẽ nõ ferentẽ filios percuſſo ſibi capite palladem armatam emiſit: dicẽte Lucano lib. ix. Hãc & pallas amãt patrioq; uertice nata eſt & Oui. li. faſtorum. iii. An qa de capitis fertꝛ ſine matre paterni Vertice cū clypeo pſiluiſſe ſuo hanc eandẽ Cice. li. de na. deorum. iii. belli fuiſſe inuentricẽ ac principẽ dixit. Hanc tortã oculis & armis inſignẽ: lõgãq; cū clypeo criſtalino ferre haſtã & pictū habuiſſe peplū dicũt poetę. Quia & virgo fingitꝛ: & ipſi virgini Gigas noie pallas Titani filius deorũq; inimiciſſimus vim inferre tentaret: illū virgo ſua uirtute pemit adeo q̃ iterẽpto ipſa poſtea pallas dicta eſt. Nã prius tritonia dicebatur: qa iuxta tritonidis paludẽ primitus cõperta: dr̃ q fluuius eſt Lybiæ. Alii autẽ eam uolunt a pallo uerbo græco dictã qd apud nos uibro, & cõcutio interptatꝛ: eo ꝙ haſtã uibrare cõſueuerit docueritq;. Fuit ẽt cognominata quaſi uim ipſa mineꝛ, ut eſt apud Cice. lib. ii. de na. deorum. Alii uero quaſi minuẽs neruos, eo qd q optimis artibus uerum laborẽ impendunt uires corporis minuere dicantꝛ. Nã ipſa eadẽ ſapientiæ dea. Et oium bonarum artiū inuentrix appellatꝛ: teſte Oui. li. iii. Fa. Egis nomẽ ipſius ſcuti palladis. ¶ Leua: ſiniſtra. Ciet: mouet. ¶ Ore ſaxifico: uultu meduſeo: i eo ſcuto erat caput meduſæ q̃ uertebat hoies in ſaxa. ¶ Adſit ly. i. bacchus q ſupauit lycurgū hic fuit rex thragū q Bacchū deū eſſe negabat ob qd dum conaretꝛ uites incidere crura ſibi amputauit. ¶ Rubri ma. hic primus idiam deuicit: unde dixit rubri maris domitor. i. Eurythrei græ. erythrõ rubrū dicũt unde teſte Soli. ab harenarum colore mare erythreū appellatum eſt. ¶ Virenti pãpineo: ut ſupra diximus. Geminũq; numen: gemini dei: ſed ꝓprie numẽ eſt dei uoluntas. Vir. Non hęc ſine numine diuū eueniunt. i. ſine uolũtate tractū ẽ anuo qd ueteres p uolo uſurpabant: nã ꝓprie nuere eſt ſigno capitis uolũtatẽ ſuã oñdere a q̃ nutꝰ ſignū, qd capite datꝛ: & uolũtas q̃ ex hmõi ſigno declaratꝛ: aliqñ numẽ p ptãte dei dr̃. Vir. Muſa mihi cas memora quo numine læſo aliqñ ponitꝛ p ipſo deo Vir. Spero eqdẽ medus: ſiqd pia nu-

Pallas

mina pñt ſupplicia hauſurum ſcopulis. ¶ Phœbus apollo: & ſoror Diana q̃ ob virginitatis amorẽ hoium cõſortiū dr̃ aufugiſſe & uenãdo ſiluas ac mõtiū ſaltus incolebat. Quare cū arcu & pharectra illã iceſſiſſe ferũt: quã virgines plures ſiti ꝓpoſito ſequebantꝛ: dicẽte Virgi. Qualis in europæ ripis: aut per iuga pindi. Exercet diana choros: quam mille ſecutæ hinc atq; hinc glomerãt horreades: illã pharectrã fert hũero. ¶ Phœbus ly. nam cytharam pulſans qua a Mercu. donatus fuerat muſis canẽtibus p̃erat. ¶ Frater, quia & ipſe Hercu. erat filius Iouis: unde fratres ſuos: ſed nõ ex Iunone natos. ¶ Appellite: admouete appropinquate. Var. exiſtimat proprie appellere dici: cum ex pelago, aut a flumineq; ad littus acceſſerit. Virgil. hinc me digreſſum ueſtis deus appulit. Appello etiam aplico. Terenti. Animum ad ſcribendum appulit. Appello appellas primæ coniugationis aliud ſignificat. ¶ Greges opimos: pingues opimus diues: pinguis dicitur: unde opima ſpolia dicũtur quæ dux duci rapit & opime aduerbium abundanter. ¶ Indorum ſeges: india regio eſt orientalis Aſiæ terminus: quæ ab indo flumine nomen aſſumpſit qui ſolus: teſte Herodo. lib. iiii. poſt nilum crocodilos producit ab oriente incipiens uſq; ad Aſiam ex occidentali parte protenditur ex meridiana uero uſq; ad indicū mare, ex ſeptẽtrione uero uſq; ad caucaſum hæc regio aromatū ferax eſt. ¶ Arabes: arabia regio eſt iudea ab ægypto determinans hãc apud Ptolæmeum: in Geographia triplicem inuenimus. ſ. fœlicẽ quę ea eſſe uidetur quam Pli. palam eſſe dixit inter trigim & uephratem in Arabia fœlici ciuitas metropolis in monte ſita eſt Saba ita appellata a potu ſebe in quod eſt ſacrificare: quia thus mittit quo in ſacrificiis utuntur. ¶ Odoris: ideſt odoratis ferentibus aromata. ¶ Legunt col. ¶ Vapor: fumus. ¶ Fronde gen. i. patria gẽtẽ appellamus nationem interdū familiã inde gentiles dñr oliua arbor athenienſium qa in certamine palladis & neptuni nois urbi nata dr̃ olina p pallade: quod ſignū erat pacis. ¶ Dii cõditoris. Sitꝛ theſeus lętus de uictoria Herculis inuocat deos o dii conditores: ſcilicet urbis thebanæ.

Appellare

¶Vltricę dextra ſcanditur metro iambico trimetro Euripido, quarta eſt epitaſis huius fabulæ. Hercu. incipit modo inſanire dum de lyco ſuperato rem diuinam facit. primo agitur de furia Hercu. deq; iis omnibus quæ geſſit furens: deinde chorus hoc deplorat infortunium eo in loco lugeat æther &c. ¶ Aegis ſcri. Honoratus ægida dici loricam ex ære quando hominis pectori coheret, cum uero diuinum pectus operit: appellari ægida: ad quod pulchræ canit Martia. Dum uacat hæc Cæſar poterit lorica uocari: Pectore cum ſacro ſederit ægis erit: ꝓprie tamen & peculiariter datur ægis palladi meduſeo capite inſignita: idcirco meduſea dea ab eodem Mart. denominata eſt. Ipſa meduſeæ quo tumet ire deæ. DAN

BER. ℭ Antra ceti: & tu qui coſlis .i. habitas antra .i. ſpelūca ceti cretis vbi cadmus interfecit illum ſerpentem qui erat in fonte ad quem mittebat ſocios hauſtum aquas & eos omnes interficiebat: quare cognita cadmus eum confundit & eius dētes ſeminauit ut rē totā Oui. exequitur cetum appellauit propter magnitudine nam cete maiores piſces ſunt in mari: non ouū ſed animal parturiētes qđ nulli ex prauis accidit præter q̄ renæ Virgi. immania

Cete cete. inde ceteri piſcatores dicūtur: ut Varro teſtatur & etiam qui vēdunt & quę colis itē: ſupple. ⁋ Aquas dirces. ⁋ Dirce vxor lyci thebanorum regis nō iſtius quem nunc occidit hercules qui cum prius Antiopam haberet vxorem, quæ a Ioue cōuerſo in formam ſatyri grauidata fuerat illam velut adulteram lycus dereliquit: & dircem ſuperinduxit hæc ſemel i ſuſpitionem abducta ne cum ea lycus cōcubuiſſet ipſam antiopam: in carcerem fecit quæ inſtante partus tēpore & agente Ioue uincula rupit ac in mōte cytherone pariens natos expoſuit: quos paſtor inueniēs pro ſuis educauit ſed tractu tempori a matre recogniti & in vltionē iniuriarum inducti lycum interfecerunt: & thebanorum regno occupato. ⁋ Dircem nouercam indomitoq; taurorum caudis diſtrahenda alligarunt qui cum vſq; ad locum limpidiſſimi fontis illatam traxiſſet: poetę fingunt in fontem ſui nominis conuerſam fuiſſe: quia dixit Ouidi. in Ibin. Perq; feros montes tauro rapiente traharis. Vt tracta eſt cōiunx imperioſa lyci. Larem regis aduenę .i. domū cadmi q de tyro urbe phœniciæ venit. ⁋ Ex pia: amphytrio mouet ut prinſq̄ incipiat ſacrificiū ſeipſum mundet. expia: purgate. ⁋ Capitis inuiſi: odioſi a verbo paſſiuo inuideor. Ci. diis hoībuſq; iuſſus. ⁋ Libare: ſacrificare. ⁋ Ipſe cōcipiam præces: reſpondet Her. ſapiēter Amphytrioni qui ſuadebat illi ut quietem oraret a Ioue. ⁋ Nullus mihi. ⁋ Polum cœlū. An traho frango ut p uim intrem.

Trucis antra Ceti, nobiles Dirces aquas,
Laremq; regis qui aduenæ Tyrium colis:
Date thura flammis. Am. nate manantes prius
Manus cruenta cæde: & hoſtili expia.
Her. Vtinam cruorem capitis inuiſi deis
Libare poſſem. gratior nullus liquor
Tinxiſſet aras. victima haud vlla amplior,
Poteſt magiſq; opima mactari Ioui,
Q uam rex iniquus. Am. finiat genitor tuos
Opta labores. detur aliquando otium,
Quieſq; feſſis. Her. ipſe concipiam preces
Ioue: meq; dignas. ſtet ſuo cœlum loco,
Telluſq; & æther, aſtra inoffenſos agant
Æterna curſus. alta pax gentes alat.
Ferrum omne teneat ruris innocui labor:
Enſeſq; lateant nulla tempeſtas fretum
Violenta turbet. nullus irato Ioue
Exiliat ignis. nullus hyberna niue,
Nutritus agros amnis euerſos trahat.
Venena ceſſent. nulla nocituro grauis
Succo tumeſcat herba: non ſæui ac truces
Regnent tyranni. ſiquod etiamnum eſt ſcelus
Latura tellus: properet. & ſiquod parat
Monſtrum, meum ſit. ſed quid hoc? mediū diē
Cinxere tenebræ. Phœbus obſcuro meat.
Sine nube vultu. quid diem retro fugat,
Agitq; in ortus? unde nox atrum caput
Ignota profert? vnde tot ſtellæ polum
Implent diurnæ? primus en noſter labor
Cœli refulget parte non minima Leo,
Itaq; totus feruet: & morſus parat.
Iam rapiet aliquod ſydus. ingenti minax
Stat ore: & ignes efflat: & rutilat: iubam
Ceruice iactans. quidquid Autumnus grauis:
Hiemſq; gelido frigida ſpatio refert:
Vno impetu tranſiliet, & verni petet.
Frāgetq; Tauri colla. Am. quod ſubitū hoc ma(lū eſt?
Q uo nate vultus huc: & huc acres refers?
Acieq; falſum turbida cœlum vides?
Her. Perdomita tellus. tumida ceſſerunt freta.
Inferna noſtros regna ſenſere impetus.
Immune cœlum eſt. dignus Alcidæ labor.
In alta mundi ſpatia ſublimis ferar.
Petatur æther. aſtra promittit pater.
Quid, ſi negaret? non capit terra Herculem.
Tandemq; ſuperis reddit: en ultro vocat
Omnis deorum cœtus. & laxat fores,
Vna vetante. recipis & reſeras polum?

ignis: nullū fulmen. ⁋ Mōſtrum me ſic .i. contra me. ⁋ Sed quid. Dum ita loqueretur Hercu. eum furia exagitare cœpit vnde inſanienti videbant multa falſa q̄ in textu. ⁋ Vn: ex q̄ cā. ⁋ Ignota, quia i medio die nō naſcit nox. ⁋ Diurnę: q̄ ſolent eē nocturnę. ⁋ Rutilat: vibrat unde rutilantia ſydera dicimus quia uidentur mouere radios ſuos. ⁋ Quicquid uidet: quod ille leo velit facere vnum ſaltum nam in zodiaco ſunt xii. ſigna & tria ex ipſis habet quelibet pars anni inter taurum & leonem ſunt omnia ſigna quæ faciunt hyemem: ideo dicit quod faciet vnum ſaltum ita magnum quod ſaliet uſq; ad taurum. ⁋ Autumnus grauis: quia tempus eſt læthiferū: vt Iuuenalis. Quod themiſum ægros autumno occiderit vno. ⁋ Vno impetu. vno ſaltu. ⁋ Tauri verni: nam ſignum tauri ad quod ſol decimotertio Calendis Maii tranſit ut Virgil. in georgicis. Candidus auratis aperit cū cornibus annum. Taurus. ⁋ Falſum cœlū: propter quod dixerat Hercules ſe videre leonem & ſolem obſcuratum. ⁋ Perdomita loquitur ex furore Hercules ſuperaui omnia monſtra quæ in terra & mari & inferis: reliquum eſt ut accedā cœlum. ⁋ Immune: intentatum viribus meis: appoſitiue labor dignus alcide. ideſt Hercule. ⁋ Sublimis: leuat᷑ a terra. ⁋ Mūdi: cœli. ⁋ Pater Iuppiter. ⁋ Quid ſi quaſi ſi nolet dare mihi cœlum ego rapiā per uim quia a terra non capit me: nō ē capax mei. ⁋ Tandem: poſt multos labores. ⁋ Reddit. ſcilicet me. ſ͞m Platonicā diſciplinam qui teſtabatur omnes animas deſcēdiſſe de cœlo ⁋ En. ecce fantaſiā repenti nam uidebat deo ipm uocare ad cœlum unā tamen Iunone nouerca uetante. ⁋ Cœtus: turba. ⁋ Laxat: aperit. ⁋ Recipis uertit ſermonē ad ipſam iunonē uis ne recipere ſponte me: aut ui. ⁋ Recipis: ſcilicet me o Iuno. ⁋ Et reſeras aperis

HER.

¶ Cōtumacis mūdi.cœli ſupbi:& idignātis me recipere. ¶ Dubitaẜ ēt videbaẜ her.qd iuno tardaret ſibi aperire: ideo minaẜ.i.tu ſtas in dubio an dēas apire. ¶ Vincla ſat. catenā diſſoluā loqẜ ſm opi.poetaꝝ q dīnt ſaturnū a ioue regno pulſum apud iſeros relegatū fuiſſe dicēte Oui.li.i. meta. Poſtq̄ ſaturno tenebroſa i tartara miſſo : ſub ioue mūdus erat ſubiit argētea ples.

plus:ulcinius. ¶ Sæua the.vallata circūdata ēt videor vi dere furiā thyſiphōe ad cuſtodiā Plutōis adeſſe cū face lo co cerberi rapti a me porta.iferni. ¶ Vacātē ſine cuſtode. ¶ Sed ecce:uide aliā fantaſiā herculis:uidebaẜ illi videre filios lyci:& ſui erant ꝓprii quos miſerabiliter interfecit. ¶ Reddēt pr̄i.lyco quē interfecit & illi factā uos comites ad vmbras.

An contumacis ianuam mundi traho?
Dubitatur etiam? vincla Saturno exuam:
Contraq; patris impii regnum impotens
Auum reſoluam. bella Titanes parent
Me duce: furentes. ſaxa cum ſyluis feram.
Rapiamq; dextra plena Centauris iuga.
Iam monte gemino limitem ad ſuperos agam.
Videat ſub oſſa Pelion Chiron ſuum.
In cœlum olympus tertio poſitus gradu
Perueniat: aut mittatur. Am. infandos procul
Auerte ſenſus pectoris ſani parum:
Magni tamen. compeſce dementem impetum.
Her. Quid hoc? gigantes arma peſtifera mouent.
Profugit & umbras Tityus: ac lacerum gerens
Et inane pectus: quam prope a cœlo ſtetit.
Labat Cithæron. alta Pallene tremit.
Marcentq; Tempe: rapuit hic pindi iuga.
Hic rapuit Oethen: ſæuit horrendum Mimas.
Flammifera Erinnys uerbere excuſſo ſonat.
Rogiſq; adustas propius: ac propius ſudes
In ora tendit. ſæua teſiphone caput
Serpentibus uallata poſt raptum Canem:
Portam uacantem clauſit oppoſita face.
Sed ecce proles regis inimici latet:
Lyci nefandum ſemen: inuiſo patri
Hæc dextra iam uos reddet: excutiat leues
Neruus ſagittas: tela ſic mitti decet
Herculea. Am. quo ſe cæcus inuergit furor?
Vaſtum coactis flexit arcum cornibus:
Pharetramq; ſoluit: ſtridit emiſſa impetu
Arundo: medio ſpiculum collo fugit
Vulnere relicto. Her. cæteram prolem eruam:
Omneſq; latebras: quid moror? maius mihi
Bellum Mycenis reſtat, ut Cyclopea
Euerſa manibus ſaxa noſtris concidant.
Huc eat, & illuc aula diſiecto obice.

¶ Auū : patrē patris mei iouis. ¶ Impii: crudeẜ vel in me uel in patrē ſuū. ¶ Impotēs: crudele cœlū. ¶ Titātes:gigātes de qb⁹ diximus qd auſi ſōt manib⁹ reſcindere cœlū. ¶ Iuga colles plena cētauris de qb⁹ iīdē dictū ē. ¶ Agā:faciā. ¶ Limitē:iter. ¶ Mōte g.vno poſito ſupra aliū. ¶ Chirō cētaurus quē ſaturnus cōuerſus i equū ex phillire genuit ut Vir.li.ii. geor. Talis & ipē iubā ceruice effudit eqnā: Cōiugis aduentu pnix Saturnus & altū: Pelio hinitu fugiēs ipleuit acuto:nā cū eā nympham cōprimeret ops eius uxor ſupuēit: & ipē i equū cōuerſus ē hic chirō fuit iuſtiſſimus & magni achillis pceptor. Peliō mōtē theſſaliæ : ſicr oſſa & olympus eius regionis ſunt montes. ¶ Tertio gra. nā oſſa ſub pelio ſupra peliū.iii.gradu olymp⁹. ¶ Perueniet : p ſe aut mittaẜ p uim. ¶ Infandos:ipios qa contra deos. ¶ Auerte:remoue iqt amphy.redarguēdo her.qd licet magnanimi ſit appeteẜ cœlū i; iſto mō uelle iſani hois ē. ¶ Cōpeſce: reprie. ¶ Quid hoc her.nō audit patrē ſed iſanies clamat re pēte ex fantaſia ſeſe uidere gigātes pugnātes ꝯtra deos,& tytiū de quo ſupra eſt dictū:rupiſſe vīcula & ab iferis rediſſe. ¶ Inane: ſine iocinore qa vulẜ illū corro ſerat. Prope.ſ.pugnādo ſupra illos mōtes. ¶ Cytherō mōs iuxta thebas. ¶ Pallene ciuitas ē archadiæ de q̄ Pli.li.iiii.na.hi, eſt alia i macedonia quā pr̄iā por thei fuiſſe ſeri. Vir.iiii.geo. h nūc æmathiç portus patriāq; reuiſit pallenē. ¶ Alta i mōtib⁹ ſita ē ibi ꝯgregati ſunt gigātes pugnaturi cōtra Iouē. Marcēt:pdiderūt ſuā amœnitatē. ¶ Tēpe de qb⁹ diximus neutri gn̄is:& idecli nabile:hētq; tm̄ pl'ale. Pindi mōtis theſſaliç. ¶ Hic alius gigas. ¶ Oetheā mōtē q eſt iter theſſaliā & macedoniā fa moſus morte & ſepulchro Herculis:de quo Pli.li.xxi.na. hi.hellebori fertilis eſt. ¶ Erynnis : facit i pl'i erynnes ſūt furiæ iſernales. ¶ Horrēdū: p horrēda:qa furiæ armatç ſunt facibus & ſerpētib⁹. ¶ Sudes:palū ligneū:hoc ē facē ſuccēſā ex ifœlici igne rogi vbi cōburūẜ cadauera. ¶ Pro

Pallene

¶ Neruus:corda arc⁹. Excutiat:emittat. ¶ Quo ſe:ea q̄ ſunt crudelia nō fiūt i ſcœna : iō nūc Amphytrio: qūo hercules accepit ſagittas : declarat. Quo i quā ptē. ¶ Cœcus: qui nō cognoſcit qd agat. ¶ Inuergit:uertit. ¶ Coactis:q̄ſi iul' iūctis. ¶ Arūdo ſagitta. ¶ Fugit:tranſiuit. ¶ Eruā : iſanies Hercules itez iqt. ¶ Eruā : extrahā ex latebris oēm plē lyci: & oēs latebras & loca abdita pſcrutabor : ne aliquez ex eo gn̄e relīq̄ poſtea itomicenas q̄ pr̄ia erat euriſthei ut ei⁹ domū quoq; deſtruā q mihi tot mōſtra ſupāda iperauit. ¶ Cyclopeia ſa. magna mœnia micenaꝝ poetæ qn̄ volunt dicere rē bn̄ fabricatā dīnt eam arte cyclopū factā. Sic Vir.i.vi. æn. Mœnia celſa vides cyclopū educta caminis, Cyclopes aut erāt uiri gigātes q i ſicilia iuxta ætnā degentes vnicū i medio frōtis hēbāt oculum,fuerunt & alii tres famuli vulcani i Lipare q ioui fulmia fabricare dicebāẜ:quoꝝ noia Virgi. uno verſu ōſcribit: Brōtes ſteropeſq; & nudus mēbra pyragmon. ¶ Aula : regia euriſthei. ¶ Diſiecto : fracto peſſulo:& obſtaculo.

¶ Vicla ſa. Appollodor⁹ ait ſaturnum alligari p annū laneo vinculo : & ſolui ad diē ſibi feſtū.i.menſe decēbri atq; ide puerbiū deos lāeos pedes hr̄e Verr⁹ flaccus dīc ſe ignoraẜ cām cur ſatur. i compedib⁹ ſit: phyſici aſſerūt ſpma i utero aiantū i vitā grādeſcere qd dū i lucē exeat molli b⁹ naturæ viculis detineẜ: ſed hic alr̄ accipiẜ ligatus ſatur. ¶ Bella ti.pa.manifeſto teneẜ iſania her.q copiat p illis pugnare ꝯtra quos ſemel defendit cœlū:gigātes.n.iteremit her.cū cœlū ꝓpugnaret ut ſeri. Theo.p qd ſign̄aẜ virtute ſolis ſpiritū oculi tenebraꝝ. Tēpe ſyla i theſſalia p quā labiẜ peneus arboꝝ dēſitate & viridi ſolo amœniſſima: odoris florib⁹ & roſaꝝ varietate ſuauiſſima: qualē Ouid.lepide circū ſeri. in primo meta. Marcent.i.putreſcunt: eſt.n.marcere putreſcere quoniā q̄ attenuanẜ macie facile putreſcunt inde Marcor ut placet Var.& Papi.appellat liberum patrem marcidum:marcidus edomito bellum referebat ab æmo.

DAN.

¶ Poſtea:

Rūpatq; poſtes, columen ipulſum labet.
Procumbat oïs regia. hic uideo abditum
Gnatū ſceleſti pr̄is. Am. en blādas manus
Ad genua tendens uoce miſerāda rogat.
Scel⁹ neſandū, triſte, & aſpectu horridū:
Dextra precantē rapuit, & circa furens
Bis ter rotatum miſit/aſt illi caput
Sonuit/cerebro terra diſperſo madet.
At miſera paruum protegens natum ſinu
Megara furenti ſimilis e latebris fugit.
Her. Licet tonātis profuga cōdaris ſinu:
Petet undecūq; temet hæc dextra, & feret
A. Quo miſa pgis? quā fugā, aut latebras
Null⁹ ſalutis hercule īfēſo ē loc⁹. (petis?
Amplectere ipſum potius, & blāda prece
Leuire tanta. Me. parce iā cōiux precor:
Agnoſce Megarā/natus hic vultus tuos:
Habituſq; reddit/cernis, ut tēdat manus?
Her. Renuo nouercā, ſequere/da poenas
Iugoq; p̄ſſum libera turpi Ionē. (mihi,
Sed an̄ matrē paulū hoc mōſtrū auferā.
Me. Quo tēdis amēs? ſāguinē fūdes tuū?
Am. Pauefactus īfans igneo vultu patris
Perit ante vulnus/ſpiritū rapuit timor.
In coniugem nunc claua libratur grauis.
Perfregit oſſa/corpori trunco caput
Abeſt: nec vſq̄ ē cernere hoc audes nimis
Viuax ſenectus/ſi piget luctus, habes
Mortem parată pectus in tela indue:
Vel ſtipitem iſtum, cæde mōſtroꝝ illitū.
Cōuerte falſum: ac nomini turpem tuo
Remoue parētē: ne tuæ laudi obſtrepat.
T. Quo te ipe gēitor morti obuiū igeris?
Quo pgis amēs? pfuge, & obtectus late.
Vnūq; manibus aufer Herculeis ſcelus.
Her. Bn̄ hēt, pudēdi regis excīſa ē dom⁹.
Tibi hunc dicatum maximi coniux Iouis
Gregem cecidi/vota perſolui libens
Te digna, & Argos uictimas alias dabit.
Am. Nō dū litaſti nate/conſuma ſacrum.
Stat ecce ad aras hoſtia/expectat manū
Ceruice prona/præbeo: occurro, iſequor:
Macta, quid hoc eſt? errat acies luminū.
Viſuſq; mœror hebetat? an uideo Hercul̄
Manus tremētes? uultus in ſomnū cadit.

BER. Poſticula

¶ Poſtes: valuas ianuaꝝ dicti qd̄ ſtēt poſt oſtia. Vir. Belli ferratos rupit ſaturnia poſtes: poſtica & p diminutionē poſticula ē oſtiū ipm. Apu. p q̄dā breuē poſticulā itrouocat me: poſticū āt eſt oſtiū i poſteriore pte ediū ueteres ēt appellauerūt uicinū hitātē i poſteriore pte domus: poſticū & oia q̄ poſt nos ſunt poſtica dixerūt: ſic q̄ ſunt an̄ antica dn̄r. Columē: ſūmitas tecti a culmis paleaꝝ qa antiq faciebāt tecta de culmis paleaꝝ. ¶ Labet: ruat labare ruere & repēte cadere Vir. Labat ariete crebro ianua: a quo fit labaſco Terē. labaſcit uictus vno ūbo. ¶ Procūbat cadat ad terrā. ¶ Gnatū i abditū filiū lyci abſcōſū. ¶ En diximus q̄ ea q̄ videnť crudelia nō repn̄tanť i ſcœna: tū hic amph. ondit q̄ſr her. filios interfecerit. ¶ Tendēs: porrigēs ille paruus fili⁹. ¶ Horridū: terribile ad aſpiciēdū: accepit manum pueri & ter circūcirca uoluit & illū illiſit parieti. ¶ Rotatū: circūcirca volutū. ¶ Illi: pueri. At miſera uidēs megæra filiū iterfectū cū altero fugit: ſed eā ſeqť her. ¶ Furēti. ſiſis q̄ſi iſana & furiata ex dolore. ¶ Petet: inuadet. ¶ Et feret: auferet: licet cōfugias i cōplexū Iouis: ego te idē eripiā. ¶ Parce: ſiſtit megera ex uerbis Am. & ſe cōuertit ad her. ¶ Hitus: forma tibi eſt ſiſis: ē .n. hit⁹ corpis diſpō: vť piguis vť macer. ¶ Reddit: repn̄tat. ¶ Teneo. no. hēo in manus meā nouercā: putabat her. eam eē Iunonē. ¶ Seq̄re. ſ. alios moriaris ēt tu. ¶ Da: ſuſtine. ¶ Mihi: cā mea. ¶ Iugo: turpi mr̄imonio q̄ſi ſeruitute. ¶ Libera. ſ. morte tua. ¶ Mōſtrū: appellat illū filiū mōſtrū ¶ An̄ ma. anteq̄ iterficiam te. ¶ Tuū: ſāguinē filii tui q ſanguis ē tu⁹. ¶ Pauefactus: amphy. declarat qd geſtū ſit/dicēs qd̄ puer mortuus ē ex timore: an̄q̄ percuſſus. ¶ Igneo: pleno furore. ¶ Spm̄: vitā. ¶ Libratur: eleuať. ¶ Claua, ſtipes quē geſtabat. grauis: magni pōderis. ¶ Truncus, pprie corpus ſine capite. Virg. iacet igēs littore trūcus. ¶ Nuſq̄ qa ita triſtū fuerat qd̄ n̄ videbať. ¶ Cernere poſtq̄ oia ſūt pfecta am. loqť ad ſeipm̄ dicens. o am. nimis uixiſti ut uideres tātā calamitatē tuoꝝ ſ; ſi piget luctus ſi non uis pati iſtū: potes ēt tu mori & ita cōuertit ſe ad Herculē, ut ipm̄ quoq; interficiat. ¶ Indue: uade cōtra tela herc. ut pectus trāſfigar. ¶ Vel. ſti. clauā. Illitū cæde: tīctū ſāguine. ¶ Conuerte. ſ. o Hercules. ¶ Falſum, non ueꝝ: qa Iuppiter eſt verus parens: ideo dicit ac turpem in decoꝝ tuo noi tuę excellentię. ¶ Ne loquiť de ſeipſo in tertia pſona. ¶ Obſtrepet: ſit cōtrarius: & infamia tuis laudibus & ita dicēdo occurrebat her. ut ipm̄ quoq; iterficeret: ſed theſ. eū retinet dicens o Amphytrio plus ſatis eſt q̄ Hercules filios & vxorē interfecerit: fuge ne addat ēt hoc ſcelus: ut interficiat patrē. ¶ Bn̄ hēt: dictum ē q̄ncūq; cōſecuti ſumus uotū noſtrū credebat Her. ſe totā familiam lyci deſtruxiſſe. ¶ Cōiunx io. Iuno hic ſeruat decoꝝ: qd tanq̄ furens nō firmat ppoſitū: qa ſupra dixerat ſe interfeciſſe Iunonē: nūc aūt dicit qd̄ illi ſacrificiū peregit. ¶ Te digna: tibi conuenientia qa tu es nimiū crudelis & delectaris ſemp imanitate. ¶ Argos ciuitas: i plurali ē gn̄is maſculini: ibo argos & ibi mactabo ēt euryſteū tanq̄ uictimā. ¶ Nōdū li. ſacrificaſti. ¶ Cōſuma: pfice: un̄ uiꝗ ꝯſumatū appellamus pfectum/& eſt pprie qcqd ad finē ducere & primæ cōiugationis ē verbū. ¶ Stat, loquiť de ſeipſo. ſtare dicimus victimas q̄n ſponte ante aras ſtant ſine vinculo: & eo modo eas dicimus placere deo aliter non ſacrificabantur. ¶ Inſequor: uolo omnino q̄ interficias me. ¶ Quid, hoc eſt dum iſta loqueretur amphitrio cœpit Hercules oculos flectere ſomnum, & totus tremebat: quod uidens ipſe Amphitrio ita miratur dicēs ne erat mihi uiſus quod uideam Herculem trementem. ¶ Acies luminum oculorum meorum. ¶ Mœror: mens dolor. ¶ Ebetat, obtenebrat.

¶ Inuergit, in proprie dictum eſt ſi quidem & iouergere conuerſa manu in ſiniſtram uinū ita fundere: ut patera conuertatur, eſt aūt uerbū ſacrorum ad inferos pertinentiū de quo poeta frontiq; inuergit uina ſacerdos, & uergere eſt aliquādo uertere. ¶ Rotatum: miſit in meo uetuſtiſſimo codice lego miſſitat & ſane quidem ut conueniat ſignificatum. Verbi cū frequentia participii ut ſit & furens. ſ. Her. miſſitat circa puerum rotatū bis & ter. cōis tn̄ trecētoꝝ textuū lectio habet miſitat illi caput &c̄. Pauefactus: miſerādus amphytrio maluit iā mori ſenex infortunatus q̄ tot calamitatibus ſuperuiuere ut qui uideat inſaniam filii i cædem nepotis & nurus ſanguinariam ideo fruſtra impediente Theſeo Herculi fit obuius & ut ipſe pariter occidatur. DAN.

BER. ¶ Ceruix. collum. ¶ Submiſſo: capite inclinato. ¶ Labat: cadit. ¶ Ornus igens arbor & ſeruat ſimilitudinem. ¶ Moles: ingens rupes decidens ex montibus, q̄ poſt magnitudine quaſi portum faciat in mari: ita Hercules grauis cadebat in terram. ¶ Viuis, appropinquans amphytrio inquit es ne uiuens O nate: nam idem furor q interfecit tuos teipſum quoq; pemit. ¶ Leto. morti. ¶ Sopor eſt: videt quod dormit: quia ſtertebat. ¶ Reciprocos: qa ſpūs ibat & redibat: ut ſit p eandē viam per nares & os. ¶ Motus: ſtrepitus. Spiritus flatus Herc. ¶ Agit. ducit. ¶ Detur tē. dimittamus eum dormire: ut forte furor cædat. ¶ Vix. violentia. ¶ Morbi: furoris. ¶ Victa, pulſa. ¶ Leuet. alleuiet. ¶ Remouet imperat am. ſeruis ut arma Her. dormiēti ſubmoueāt ne forte exporrectus iteꝝ inſanies illa repetat.

EBR. Lugeat æther, introducitur chorus inuitās omnes: & imprimit elementa ad luctum qđ Her. in tantam inſaniam deductus fuerit deinde rogat deum ſomni ne excitet nili prius liberatus ſit a furore. Verſus eſt anape. ab anape. pede. conſtat. iiii. pedibus recipit etiam dacty. & ſpon. & multotiens inuenies ſine vllo anape. ¶ Lugeat æther. i. cœlum doleat: eſt enim lugere ꝓprie in luctu eſſe. Eſt aūt luctus dolor cum fletu: quem ex morte coniugis chariſſimi cōcipimus; vnde apud Liui. ſcrib. ii. bello pu. poſt cladem illam cānenſem: patres conſtruiſſe ne fœmine vltra. xxx. dies in luctu eſſent hoc eſt ne lugubri habitu perſeuerarēt. ¶ Patres, Iuppiter. ¶ Ferax: fertilis a ferēdo. ¶ Mobilis inſtabilis. ¶ Tu q. ſ. ſol. Qui ſun. ſpgis. ¶ Pertra. regiones & plagas: tu q illuminas maria & terras. ¶ Decoro, pulchro. ¶ Feruide ri. calide ſol. ¶ Tecum, reddit rationē quia debeat lugere her. tecum vidit obitus occaſum & ortus. ¶ Vtraſq; domos, oriētem & occidentē. ¶ Monſtris, ſcilicet liberate animum her. a tanto furore. ¶ Tuq; ſomne, uertit ſe ad deum ſomni. eſt enim ſomnus modo deus ſomni ſic Marti. Et quia nulla venit tu mihi ſomne veni. Modo quietem ſignificat Virg. mors hominum facilis dulcisq; ſimilima ſomno. Malorum, domitor quando quis dolore eſt affectus dormiendo curaꝝ ſuaꝝ obliuiſcitur. ¶ Melior pars, quia qñ dormit̄ nihil male agit. ¶ Volucres habēs alas fingūt eum alatum qa ſubito venit. ¶ Genus aſtræ. filia aſtrę, q̄ fuit teſte Arato aſtræi filii titani ex aurora filia quā ob diligentiſſimam

equitatem iuſtitiam appellatam dixit, nā eſt terras habitaret, vt inquit Oui. Nōdū vt ſanos rabies nudauerat enſes. Nec cōſanguineis fuerat diſcordia nota hāc ferūt propter hoium ſcelus euolaſſe ad ſuperos dicente Ioue. Vltima cœleſtum terras aſtrea reliquit hic ideo ſomnū filius iuſtitiæ appellat quia dormiendo nō peccamus. ¶ Languide, q ſomnolenti languidi & torpentes efficiuntur. Duræ mortis inexorabilis quæ fle ctī nō poteſt: ideo frater mortis quod quies ut iquit Maro eſt ſimillima morti. ¶ ¶ Veris, qui ſomniant aliquādo vident vera, & multotiens falſa: futuri auctor nuncius futuri boni, & interdum mali. ¶ Pater o ſumme pater qui ſeruas quodāmodo omnia in vita qa ipſe ſomnus alit digeſtionem facit & vires reparat. ¶ Portus: refugium vitæ qa cōfeſſi ſumus: quieſcimus in te. ¶ Lucis: laboꝝ qui fiunt in die ſic Virg. ſub nocte ſilenti, lenibat curas: & corda oblita laboꝝ. ¶ Noctis: eo quia in nocte dormitur. ¶ Qui par. equalis diuitibus, & pauperibus ideo iuſtus. ¶ Lenis ſuauis. ¶ Pauidū læti, timens mortem ſomnus eſt vna res per quam diſcimus non timere quæ eſt conſimilis ſomno. ¶ Longa: quia mors dormitio æterna & ſomnus eſt tanq̄ mors. ¶ Alliget: vt tantum dormiat donec digerat furorem. ¶ Artus indo. membra Herculis q̄ non poſſunt vinci ab vllo. ¶ Præme tene. ¶ Graui tor. maxima pigritia ne ſe leuaī poſſit. ¶ Linquat. ſ. ſopor. ¶ Curſum motū & gradū quē hēbat prius.

¶ Macta, perſiſtit i met. nāq; præmiſſum eſt nōdum litaſti: conſuma ſacrum, mactare verbum perpetuum ſacrorum: eſt enim magis augere ſacra propterea fiunt ut augeatur fortuna ſalus & reliqua id genus, inde macte virtute & macmentum malus augmentum teſte Pompe. ¶ Moles non eſt ſimplex hic locus & ſenſus intelligit de fundamento in mari iaciundo q ſolebat compactis tabulis & cōtignationibus quibuſdam ſuperſtrui poſtea ſubductis tabulis magna ui cadens in aquam querebat ſibi viam & ſic ſua mole & grauitate firmabatur vt meminit Horatius. ¶ Lugeat: carmen nouum metro pindarico dimetro anapeſtico ſcriptum habet & præſefert inſani & mobilis vulgi opinionem quæ modo Herculis dementiam cōmiſerat atq; deplorat modo filioꝝ eius nefariam occidionem modo cupit Her. reſipiſcere & ſui ſceleris penitentia torqueri, mō eodē ſemp inſanire vt in ſceleris defenſionem excuſetur furor. DAN.

Et feſſa ceruix capite ſummiſſo labat.
Flexo genu iam totus ad terram ruit:
Vt cæſa ſyluis ornus, aut portus mari
Datura moles/uiuis? an leto dedit
Idem, tuos qui miſit ad mortem, furor?
Sopor ē reciprocos ſpiritus motus agit.
Detur quieti tempus, vt ſomno grauis
Vis victa morbi pectus oppreſſū leuet.
Remouete famuli tela, ne repetat furēs.

ANAPÆSTICI, AD ONII DVO. CHORVS.

Lugeat æther: magnuſq; parens
Ætheris alti, telluſq; ferax:
Et vaga ponti mobilis vnda.
Tuq; ante omnes, qui per terras:
Tractuſq; maris fundis radios:
Noctemq; fugas ore decoro:
Feruide Titan/obitus pariter
Tecum Alcides vidit, & ortus.
Nouitq; tuas vtraſq; domos.
Soluite tantis animum monſtris:
Soluite ſuperi/rectam in melius
Flectite mentem. tuq; o domitor
Somne laborum, requies animi:
Pars humanæ melior vitæ,
Volucer matris genus Aſtreæ,
Frater duræ languide mortis:
Veris miſcens falſa: futuri
Certus, & idem peſſimus author:
Pater o rerum, portus vitæ,
Lucis requies, noctiſq; comes,
Qui par regi, famuloq; venis:
Placidus feſſum: leniſq; foues
Pauidum leti genus humanum
Cogis longam diſcere mortem.
Preme deuictum torpore graui,
Sopor indomitos alliget artus.
Nec torua prius pectora linquat:
Quam mens repetat priſtina curſum.

¶ En fuſus

En fuſus humi ſæua feroci
Corde uolutat ſomnia.non dum eſt
Tanti peſtis ſuperata mali.
Clauæq; graui laſſum ſolitus
Mandare caput,quærit uacua
Pondera dextra,motu iactans
Brachia uano,nec adhuc omnes
Expulit æſtus.ſed,ut ingenti
Vexata noto ſeruat longos
Vnda tumultus,& iam uento
Ceſſante tumet.pelle inſanos
Fluctus animi/redeat pietas,
Virtusq; uiro,uel ſit potius
Mens ueſano concita motu.
Error cæcus,qua cœpit,eat.
Solus te iam præſtare poteſt
Furor inſontem proxima puris
Sors eſt manibus neſcire nefas.
Hunc Herculeis percuſſa ſonent
Pectora palmis,mundum ſolitos
Ferre lacertos uerbera pulſent
Victrice manu.gemitus uaſtos
Audiat æther.audiat atri
Regina poli,uaſtiſq; ferox
Qui colla gerit uincta cathenis
Imo latitans Cerberus antro.
Reſonet mœſto clamore chaos.
Latiq; patens unda profundi.
Et, qui melius tua tela tamen
Senſerat æther.
Pectora tantis obſeſſa malis
Non ſunt ictu ferienda leui.
Vno planctu tria regna ſonent,
Et tu collo decus,ac telum
Suſpenſa diu:fortis arundo:
Pharetræq; leues:date ſæua fero
Verbera tergo/cedant humeros
Robora fortes/ſtipeſq; potens
Duris oneret pectora nodis.
Plangant tantos arma dolores.
Non uos patriæ laudis comites
Vlti ſæuo uulnere reges:
Non Argiua membra palæſtra:
Flectere docti fortes cæſtu:
Forteſq; manu:iam tamen auſi
Telum Scythici leue Corithi
Miſſum certa librare manu.
Tutoſq; fuga figere ceruos.
Non dumq; feræ terga iubatæ.
Ite ad Stygios umbræ portus.

BER. ¶ En fuſus iacēs dum diceret chor⁹ has pces hercules forte ſomniabat ſeſe mouens q̄ſi arma q̄reret. ¶ Volutat uerſat i mēte. ¶ Nōdū tātus furor mūdi ceſſit. ¶ Mādare cōmittere. ¶ Graui pōderoſæ. ¶ Pōdera .i.ipſam clauam ponderoſam. ¶ Vano qa illā nō iueniebat. ¶ Eſtus:furorē ai. Sed ut ponit ſi̇̄itudinē qn̄ mare iactat̄ a uentis & illis ceſſantibus nō tn̄ ſubito ceſſat motus undaꝝ:ſic ille furor herculē adhuc agitabat. ¶ Vexata:agitata. ¶ Noto uē.meridionali. Sed ſit:corrigit qd dixerat : ut reſtitueret̄ uerus ſenſus herculi ſed potius nūc eſt optādū,ut remaneat in furore qa ſi peccauerit facile erit ignoſcēdū:cū in furore ne ſiat qd faciat. ¶ Concita ꝑturbata. ¶ Motu ue.furore. ¶ Cecus q nō pmittit eū agnoſcere erratū ſuū. ¶ Eat:perſeueret.

MAG ¶ Solus furor inſania. ꝑſtare facer̄ iſontē ſine culpa. ¶ Sors ꝑ ſimilis cōditio. ¶ Puris manibus inuiolatis:quę nō cōmiſerunt aliqd malū. ¶ Neſcire: nefas ignorare ſcelus ſuū: hoc eſt qui peccāt per inſaniā ſunt ſimiles.nunc uero chorus mutans ꝓpoſitū uocat herculē penitentiā:ut pcutiat pectus tantis uerberibus ut ſtrepitus audiatur in terra mari.& cœlo. ¶ Mundū:cœlū : qa ſuſtinuit cœlū loco athlātis:ut diximꝰ. Victrice manu.ſ.herculis: qui uictor ubiq; fuit. ¶ Atri re.ꝓſerpina regina obſcuri iferni.iuncta ligata ab ipſo her.Imo ꝓfundo qn̄ ifernus ē in cētro terre. ¶ Chaos: cōfuſio ifernalis ſed ꝓprie eſt elemētoꝝ ipſa cōfuſio cuius imaginē apud inferos finxit Vir.Reſonet ꝑ uerbera herculis. ¶ Profundi:maris. ¶ Et qui qa in aere interfecit aues ſtymphalidas:iō ęther ſenſerat eius tela. ¶ Senſerat aet.hic uerſus admōicus. ¶ Pectora,quę fecerūt tanta mala. ¶ Leui : paruo immo graui. ¶ Tria:cœlū:mare:& iferuꝰ, plāctu uno percuſſione unius her. ¶ Et tu:cōuertit ſermonē ad arma herculis qd iuuēt uerberare ipſum. ¶ Arūdo:ſagitta & ſingulare ꝑ plurali. ¶ Decus ac te.eſt appoſitio.i.ornamētū & defenſio:geſtabat her.

DAN. ¶Quercus: arbor in manu Iouis unde templū Romæ Iouis fugatal inſigne ſublimi quercu . ſic dicta a grauitate unde querquera febris frigida cum tremore dicit̄ hæc de qua meminit quercus habebat ſpolia rapta ab antiquis regibus græcorum ſuſpendere ſpolia poſtibus templorum conſueuerunt ueteres ut apud Homerum in templo palladis & apud Virg. in octauo. Captiui pendēt currus &c. & ſilius italicus de templo cauens ſtructo a Didone. ¶Auſpicari: hic ſceptra accipere. & primos attolere faſces. Regibus omen erat auſpicari ē auſpitio aliquid incipere & aliquando trahit̄ ad malam partem ut apud Plinium. Homo infeliciter natus a ſuppliciis uitā auſpicatur inuētor cuius extitit thyreſias thebanus ide auſpicium capitur pro ductu & pricipio quod a ſolo duce capitur. ¶Trino latratu: quaſi cerberi latratu. ¶Superſtitio: ut teſtatur. in Terentiū Donatus proficiſcit̄ ſuperſtitio a timore ideo falſa religio eſt . nam ſuperſtites dicimus diu uiuentes qui frigeſcētes in inſaniam cōuertūtur & fiunt ſtupidi. ¶Liberos fratris: nō deſunt qui uelint unum tantūmodo tantalum trucidaſſe. hic phiſtiſtenē & tātalum: liberi numero multitudinis dumtaxat dicunt̄ filii & filios & filiā caliſtratus putat nepotes & pronepotes intelli. Aulus Celli. ex auctoritate Sempronii affirmat Gracchum commendaſſe liberos ſuos populo cū unum tantum uirilis ſexus eodem tēpore haberet filiū. ¶Vitta: faſciola qua ligātur crines uiere ueteres uincere dixerūt hic uietores qui religant lagenas factas Gel. teſtimonio Acci uieta dixit mollia uietas molā & cultrū inſtituit in ſacrificiis pmetheus qui primus bouē imolauit. Limitem ſidus trahens: prodigioſa lampas ſignū imitentes ſceleris: ſcribit eſſe genus Lampadis quam dicunt βολιδεα quæ perpetuo ardēs longiorē trahit limitē qualis apparuit cū lacedęmōii claſſe uicti gręciæ imperium amiſere: ſiue referas ad ſolē: qui cœperit caligare. & propter horrorem ſceleris tenebrari: quod quidē non probo.

BER. ¶Conſtat ſibi, non perdit animū ſed minabatur diis. Itaq; poſt hæc omnia parata ſine ulla mora aſſiluit aras. ut occideret pueros primo dubitās quē pri⁹ occideret: & facit ſimilitudinem de tigri quę iter duos iuuēcos dubitat in quē prius debeat irruere. ita faciebat atreus demū decreuit incipere ab illo q̄ habebat nomen aut tātali. ¶Capita: pueros illos. ¶Deuota: deſtinata. ¶Iræ: uindictæ ſuę. ¶Perfunctus: qui fecerat. ¶Iubatus: fecit Atreus: ſicut leo in medio armentu q̄n proſternit aialia maiora feſſus uadit ad minora. ¶Iubat⁹: i qui habet iubas crines pēdētes a collo. ¶Armenia: uerſus oriētem. ¶Incubat: iſtat ¶Rictus: roſtrū aſperſum ſanguine: licet amplius nō fameſcat: tamē nō ceſſat a cede: ¶Exegit: pertrauſiuit. ¶Vtrunq; : ſcilicet pectoris & tergi: quare gladius penetrauerat ad aliā partem: & ita erant duo foramina. ¶O ſæuū: exclamat chorus audiens tātam crudelitatem: ſed reſpondet nuncius ꝙ ſunt multo peiora, ꝙ illos lacerauit & coquit: ut daret comedendos fratri thyeſti apparuerunt multa prodigia. uidebatur ignis nolle coquere illos: fumus non aſcendebat, ſed diffundebatur per totam

Auo dicatur/Tantalus prima hoſtia eſt.
C.Quo iuuenis animo, quo tulit uultu necem?
N.Stetit ſui ſecurus/& non eſt preces
Perire fruſtra paſſus/aſt illi ferus
In uulnere enſem abſcondit,& penitus premẽs
Iugulo manum commiſit/educto ſtetit
Ferro cadauer/cumq; dubitaſſet diu
Hac parte,an illa caderet,in patruum cadit.
Tunc ille ad aras Pliſthenem ſæuus trahit.
Adiicitq; fratri.colla percuſſa amputat.
Ceruice cæſa truncus in pronum ruit.
Querulum cucurrit murmure incerto caput.
C.Quid deinde gemina cæde pſunctus facit?
Puero ne parcit?an ſcelus ſceleri ingerit?
N.Sylua iubatus qualis Armenia leo
In cæde multa uictor armento incubat
Cruore rictus madidus,& pulſa fame
Non ponit iras,hinc,& hinc tauros premens
Vitulis minatur dente iam laſſo piger.
Non aliter Atreus ſæuit,atq; ira tumet.
Ferrumq; gemina cæde perfuſum tenens
Oblitus in quem fureret infeſta manu
Exegit ultra corpus.at pueri ſtatim
Pectore receptus enſis in tergo exiit.
Cadit ille,& aras ſanguine extinguens ſuo,
Per utrunq; uulnus moritur.Ch.o ſæuũ ſcelus.
N.Exhorruiſtis?hactenus non ſtat nefas.
Plus eſt.Ch.an ultra maius,aut atrocius
Natura recipit?Num.ſceleris hũc finẽ putas?
Gradus eſt.Ch.quid ultra potuit? obiecit feris
Lanianda forſan corpora,atq; igne arcuit?
N.Vtinam arcuiſſet.ne tegat functos humus,
Ne ſoluat ignis/auibus epulandos licet
Feriſq; triſte pabulum ſæuis trahat,
Votum eſt ſub hoc, quod eſſe ſuppliciũ ſolet,
Pater inſepultos ſpectet o nullo ſcelus
Credibile in æuo,quodq; poſteritas neget.
Erepta uiuis exta pectoribus tremunt.
Spirantq; uenæ corq; adhuc pauidum ſalit.
At ille fibras tractat,ac fata inſpicit.
Et adhuc calentes uiſcerum uenas notat.
Poſt quam hoſtiæ placuere/ſecurus uacat
Iam fratris epulis/ipſe diuiſum ſecat
In membra corpus amputat trunco tenus
Humeros patens:& lacertorum moras:
Denudat artus durus:atq; oſſa amputat.
Tantum ora ſeruat:& datas fidei manus.
Hæc ueribus hærent uiſcera:& lentis data
Stillant caminis.illa flammatus latex
Querente aheno iactat.impoſitas dapes

BER. domum:ſol obſcurat⁹ eſt. ¶ Natura recipit: quaſi di cat: nihil peius poſſet dici nec fieri. ¶ Gradus: prin cipium non finis. ¶ Licet: multo melius fuiſſet quod dediſſet comedendos feris. ¶ Pabulum: appoſitio eſt. ¶ Sub hoc regno atrei. ¶ Eſt uotum: ſolent time re alii ne ſepeliãtur ſed ibi poteſt optari: quare mai⁹ facinus eſt factum. ¶ Sup plicium ſcilicet relinquere in ſepultos eſt uotum deſi deriũ ſub hoc atreo. ¶ Ex ta: iteriora: ecce magnum ſcelus qđ uiuis adhuc pue ris ille pertractabat illis inteſtina quaſi notare & conſiderare uellet tanquã extiſpitia. ¶ Vacat rimatis interioribus puerorum ſe curus & intrepidus prepa rat corpus illorum ad co medendum fratri. ¶ Mo ras, ea quibus brachia con iunguntur tergo: tantum ſeruauit ora: & manus in fidem: datas: nam Thye ſtes dederat filios tãquam obſides fratri. ¶ Hæc: par tem aſſauit partem eliſſa uit. ¶ Latex inflammat⁹: aqua calida. ¶ Quærente lamentante: quare uideba tur murmure qri. ¶ Tran ſiliit: uidebatur recedere. ¶ Stridet: quaſi gemitum faciens. ¶ Piceus: niger. ¶ Rectus: i altum ſicut ſo let. ¶ Phœbe, o ſol. ¶ Qui obſcuratus es. ¶ Patiens: quare toleraſti hæc mala. ¶ Pater: Thyeſtes come dit filios ſuos ore funeſto & miſerando. ¶ Vnguen to: ſolebant unguentari a quis odoriferis diſcumben tes. ¶ Grauis: plen⁹. ¶ Pe ribit: quare poſtea ſcies. ¶ Verterit: quanuis ſol oc ciderit & nox tegat iſta ſce lera: tamen detegentur. ¶ Obuium: cum deberet ire ad occidentem: ideo ob uius ſibi nam facta eſt nox ab oriente. ¶ Obruat: ab ſcondat. ¶ Nouis: quales non ſunt ſolite. ¶ Alieno: tempore lucis. ¶ Patefiẽt: q̃re ſcies filios comediſſe.

DAN. ¶ Tigris animal uelocita tis tremendæ. hyrcania & india fert. hyrcani tigrim ſagittam uocant inde a ue locitate & amnis. & ani mal dictum eſt: a partu po ſito truculentum ualde & aſperum. Ganges fluuius per in indiam fluit nouem alueis appellatur phyſos a ſacra ſcri. & circuit totã terram euilath: & genera pigmẽtorum trahit de fon te paradiſi, ut refert diuus Hieronymus ſcribens ad ruſticum Gallum mona chum. inde Cangeticus de clinatur. Truncus ideſt ſi ne capite, ut ait Virgilius. Iacet ingens littore. ¶ Di citur aũt truncus re neceſ ſaria priuatus. Seneca ap pellat iferius œdipum trũ cum cum eſſe tantum cæ cus. ¶ Silua iubatus: co mę in collo dẽſæ & criſpio res leoni precipua genero ſitas ita quidem omnium eſt animalium generoſiſſi mus: terretur tamen criſta & cantu gallorum & maxi me ignei, in Armenia & af frica precipuæ magnitudi nis leonem tractare fuit an no carthaginenſis. Dam natuſq; eſt. Comparat⁹ leo ni Armento irato profa num Atrea: ut leo non con tentus iuuencorum cæde ruit etiam in Vitulos ſic: Atreus cui non ſat fuit ge minos trucidaſſe tertium letho addidit: eodem impe tu rapitur Diomedes con tra troas fractos ipſe etiã feſſus ita Homer⁹ i. ε. Ilia dos de leone loquens furi bundo & idomito cui ipm comparat Diomedẽ. του μενδε ωενουρσ εν: εμεs τοδε τουαρσ αμυνει, αλ λακατεσtας μονσ δευε ται. ταδε ρυμαφοβει ται. &c. ¶ Fibris: iecino rum uenæ ſiue radices. Pli nius: Murium iecuſculis fi bræ ad numerum dierum lunæ congruere dicuntur. Virgilius: Nec fibris reges datur ulla renates. etiam in herbis fibrę ſunt. Idem: Et amaris intiba fibris: fa ciebat ergo extiſpicinam in iecinoribus puerorum. ¶ Verubus, ut torreret cõ ſeruat enim ãte bus dictio ueru ꝓprie oβελον a græ cis a uertendo dictum Ho merus i. α. Illiados μιſτυ λον τ' αρα ταλλα και αμ φοβε λοισι επειραν. ¶ Flammatus latex: lixa uit ueteres lixatis tm̃ carni bus ueſcebant. Ouidius de obſide iouis. patim feruen tibus Atris mollit aquis.

¶ Quo

Tranſiluit ignis:inq; crepitantes focos
Bis,ter,regeſtus,& pati iuſſus moram
Inuitus ardet/ſtridet in veribus iecur.
Nec facile dicā,corpa: an flāmæ gemāt.
Genuere piceus ignis infumos abir.
Et ipſe fumus triſtis,ac nebula grauis
Non rectus exit/ſeq; in excelſum leuat.
Ipſos penates nube deformi obſidet.
O Phœbe patiens fugeris retro licet:
Medioq; ruptum merſeris cœlo diem,
Sero occidiſti/lancinat gnatos pater:
Artuſq; mandit ore funeſto ſuos.
Nitet fluente madidus vnguento comā,
Grauiſq; vino.ſæpe præcluſæ cibum
Tenuere fauces,in malis unum hoc tuis
Bonū eſt Thyeſta: qđ mala ignoras tua.
Sed & hoc peribit/verterit curſus licet
Sibi ipſe Titan:obuium ducens iter:
Tenebriſq; facinus obruat tetrum nouis:
Nox miſſa ab ortu tēpore alieno grauis.
Tamen uidendū eſt/tota patefient mala.

¶ Anapæſtici,ꝑter vnū & alteꝝ adoniū.

CHORVS.

QVo terraꝝ,ſuperumq; parēs,
Cuius ad ortus noctis opacæ
Decꝰ oē fugit/quo vertis iter?
Medioq; diē ꝑdis olympo?
Cur phœbe tuos rapis aſpectus?
Non dum ſeræ nuntius horæ
Nocturna uocat lumina ueſper.
Non dum Heſperiæ flexura rotæ
Iubet emeritos ſoluere currus.
Non dum in noctem vergente die
Tertia miſit buccina ſignum.
Stupet ad ſubitæ tempora cœnæ
Non dum feſſis bobus arator.
Quid re æthereo pepulit curſu?
Quæ cauſa tuos limite certo
Deiecit equos?nunquid aperto
Carcere Ditis uicti tentant
Bella gigantes?nunquid Tityus
Pectore feſſo renouat ueteres
Sancius iras?num reiecto
Latus explicuit monte Thyphoeus?
Nunquid ſtruitur via Phlegræos
Alta per hoſtes?& theſſalicum
Threſſa premitur Pelion Oſſa?
Solitæ mundi periere uices,
Nihil occaſus,nihil ortus erit.
Stupet Eoos aſſueta deo

BER. QVo terraꝝ: ſcribitur chorꝰ hic verſu anapeſtico de quo diximus ſupra turbine magno. ¶ Dolens quærit quare ſol fulgerit & vices rerum mutentur: & ne fedeat chaos cum nox venerit i meridie timet ne ſit finis mundi. ¶ Sol patens: quare omnia calore ſuo in terris generantur & ſuperis dat lucem. ¶ Decus: ſidera quæ ſunt ornamenta noctis. ¶ Qua fugit, quare illa obſcuratur veniēte ſole. ¶ Flexura: inclinatio rotæ euntis ad occaſum. ¶ Heſperiæ hiſpaniç: quare vltima terraꝝ eſt hiſpania verſus occidētē. ¶ Emeritos: qui cōplenerint curſum ſuum. ¶ Nondū ſolebāt antiqui diuidere tēpus ꝑ vigilias ſicut nos per horas: quatuor in die: & nocte q̄tuor vigilias habebant, omnibus tribus horis mutabantur, & ſic erāt duodecim horę noctis & duodecim diei. ¶ Bucina, tertia vigilia quæ per bucinā dabatur ſicut nunc per campanam. ¶ Nunquid, interrogatiue vidiſti gigantes q̄ velint renouare bella ꝯtra deos. ¶ Carcere ditis: plutonis vbi dñr eē ligati. ¶ Tytius: gigas. ¶ Sancius: vulneratus. ¶ Typheus: gigas poſitus ſub æthna nunc explicuit latus ſuum: vt fugeret. ¶ Phlegreos: pugnaturi gigantes contra deos olim congregati ſunt in phlegra valle theſſaliæ vbi poſuerunt tres montes vnū ſupra aliū pelion oſſam & pindum. ¶ Threſſa: ablatiui caſus ō thracia. ¶ Solite: conſuete: vt primo dies poſtea nox ſit. ¶ Genitrix aurora q̄ ſolebat eſſe miniſtra ſolis & frenabat æquos ſuos q̄n recedebāt ab oriente nunc ſtupet. ¶ Roſcida: plena rore: q̄re tunc cadit ros. ¶ Deo: ſoli. ¶ Eoos: orientales.

DAN. ¶ Quo terrarum: Octauum carmen quod ſcribitur metro pindarico anapeſtico dimetro ſic. ¶ Quo terraꝝ: ſuperumq; parēs: obſtupeſcit chorus inopiam ſiderum caliginem quæ horribile facinus atrei teſtabatur. ¶ Bucina: inſtrumentum æneum ad dandum ſignum a buca vel potius a mugitu bouis ſiquidē grçci βουκανιστηριον nominant bucinā: & bucinatorē ipſum βουκανιστιν dicunt: in duodecim tabulis ſcriptum eſt. Solis occaſus veſpera eſto inde prima fax: deinde cōcubina: mox intēpeſta, quæ non habet idoneum tempus rebus gerendis: præterea in finitione diei: inclinatio mediæ noctis eſt initium diei: deinde gallicinium: poſtea conticiniū: mox diluculum: poſtremo mane. ita diuiſerūt noctis & diei ſpacia. auctor Var. i li. rerum humanarum, quas partes ſectatores Chriſti tranſtulerūt in ſacrificium, veſperos: cōpletoriū: & matutinū. veterum mos fuit ad bucinā illas diſtinguere. vnde Seū. in prohemio li. vii. declarat. Albutii declamatoris dicacitatem improbans inquit. Sæpe declamante illo ter bucinauit. Ergo tertia bucina: tertia diei pꝰ cum ordine imitando quem dixi.

BER. ¶ Graues um, luna alit & auget ponderoſos humores, indicio ſunt conchilia accipiētia incrementum & plenitudinem ab ea: nec mirum cum ſit omniū ſyderum nouiſſima & proxima terram a quæ ſordidos & ſpiſſos uapores exhaurit. præterea infra eam nihil eſt niſi mortale & caducū: ideo graues vmbras reſpectu ſui in flexus qui grauis eſt & denſus: aut graues rigore noctis quā radiis accenſam ſolaribus illuminat, vt ait Theodoſius. ¶ Deforme chaos: ne prima rerum initia in cæcam illam profundamq; inanitatem reuoluantur χασκειν græci dicunt hiare inde χασμα hiatus & chaos: confuſus hiatus. ¶ Secat zonas: ambitioſe loquitur cum vnam tantum ſecet torridam, ſcilicet prima zona inter auſtralem polum, & circulum antarcticum frigida, ſecunda interiacet antarcticum circulum & tropicum hiemalem habitabilis. tertia eſt inter tropicum hyemalem & ſolſtitium æſtiuum qui aliter & tropicus æſtiuus hanc ſecat ſol inhabitata. Quarta inter tropicum æſtiuum & circulum arcticum hæc quā nos incolimus. Quinta poſita eſt inter circulum arcticum & polum arcticum item rigida, & inhabitabilis. ſolam mediam quæ eſt inter duos tropicos ſecta a zodiaco per obliquum, ut facile cerni poteſt in ſphæra materiali: zonas autem dixit Seneca quia hæc media eſt zone iacentis iter equinoctialem & tropicum hyemalem & alterius inter eundem & tropicum æſtiuum.

BER.

Tradere frenos genitrix primæ
Roſcida lucis. peruerſa ſui
Limina regni. neſcit feſſos
Tinguere currus, nec fumantes
Sudore iubas mergere ponto.
Ipſe inſueto nouus hoſpitio,
Sol auroram uidet occiduus:
Tenebraſq; iubet ſurgere. nondum
Nocte parata non ſuccedunt
Aſtra, nec ullo micat igne polus.
Nec luna graueis digerit umbras.
Sed, quidquid id eſt: utinam nox ſit.
Trepidant noſtra pectora magno
Perculſa metu: ne fatali
Cuncta ruina quaſſata labent.
Iterumq; deos: hominesq; premat
Deforme chaos. iterum terras,
Et mare: & ignes: & vaga picti
Sydera mundi natura tegat.
Non æternæ facis exortu
Dux aſtrorum ſæcula ducens
Dabit æſtatis: brumæq; notas.
Non phœbeis obuia flammis.
Demet nocti luna timores.
Vincetq; ſui fratris habenas
Curuo breuius limite currens.
Ibit in vnum congeſta ſinum
Turba deorum.
Hic, qui ſacris peruius aſtris
Secat obliquo tramite zonas,
Flectens longos ſignifer annos.
Lapſa uidebit ſydera labens:
Hic, qui nondum uere benigno
Reddit zephyro uela tepenti.
Aries præceps ibit in undas.
Per quas pauidam uexerat Hellen.
Hic: qui nitido taurus cornu
Perfert Hyadas ſecum geminos.
Trahet & curui brachia cancri:
Leo flammiferis æſtibus ardens
Iterum e cœlo cadet Herculeus.
Cadet in terras virgo relictas.
Iuſtæq; cadent pondera Libræ.
Secumq; trahent ſcorpion acrem.
Et, qui neruo tenet hæmonio,

¶ Lumina: ingreſſum ſuum: quare de aurora ſolent egredi equi, vt faciant diem nunc ingrediuntur: ut faciant noctem. ¶ Tingere: dicit ſol ſtabulari & occidere in oceano. ¶ Sed quicquid: venit in deſperationē ſi ſit nox quare apparerent ſydera vel luna: ſed dubitat ne ſit finis mūdi. ¶ Tegat: occultet & cōfundat omnia elementa. ¶ Picti: propter ſtellas. ¶ Vaga: ſtellarum aliquæ ſunt fixæ aliquæ errantes: ideo dicit vaga. ¶ Dux aſtrorum: ſol appellatur. ¶ Notas: ſigna. ¶ Pruinæ: quando dies ſunt breuiſſimi. ¶ Non phœbeis: non erit amplius luna quæ compleat curſum in vigintinouem diebus. ¶ Obuia: oppoſita: quare ſumit lumen a ſole. ¶ Timores, quando eſt nox obſcura homines timent ire. ¶ Vincet: nam Luna citius peragit curſum ſuum q̄ Sol ideo uincet fratrem. ¶ Habenas: curſum. ¶ Curuo limite: per curſum zodiaci qui eſt circulus flexus. ¶ Ibit: amplius non erit ordo in cœlo: ſed omnia confundentur. ¶ Hic qui: cœlum eſt rotundum quinq; zonis diuiſum: quid Virgili. in georgi. recte deſcribit has interſecat zodiacus per tranſuerſum ferens ſigna hoc eſt planetas vnde circulus ipſe appellatur ſignifer. Hic incipit denumerare ſigna zodiaci. aries qui principium eſt anni: & hic dicitur fabuloſe fuiſſe qui hellem & phriſum adamantis filios vltra helleſpontum dicitur trāſfretaſſe. ¶ Vela: quare tempore veris nautæ incipiunt nauigare. ¶ Ibit in vndas. cadet de zodiaco in mare. ¶ Hic taurus hæc eſt quem dicimus in Hercule furente propter Iouem poſitum in aſtra quod in bouem ſit fabuloſe conuerſus. ſeptem ſtellas habet in fronte quæ ſubucule appellantur. ¶ Perfert hyadas ſtellas quinq; quæ filia Athlantis fuiſſe dicuntur in cœlum tranſlatæ in ore Tauri collocatæ fuerunt dicente. Ouidi. lib. vi. faſtorum: Poſtera lux hyades taurinæ cornua frontis: euocat, & multa terra madeſcit aqua: nam cum oriuntur & occidunt tempeſtates & pluuias faciunt. ¶ Geminos: hi fuiſſe dicuntur fratres Caſtor & Pollux. ¶ Curui cancri: cancrum inter aſtra locatum fabulæ aiunt: quoniam Herculē aliis auxiliantem & hydriam de frōte nerayda auferentem ſaliens in pede percuſſerit, aliter Iunonis beneficio inter aſtra locatus cancer: ꝙ cum Hercules contra hydram larneam conſtitiſſet: & ex palude pedem eius mordicus arripuiſſet. ab eo interfectus eſt propterea a Iunone inter duodecim ſigna conſtitutum fuiſſe. ¶ Leo: leonem aiunt in aſtra collocatum quod dominus ferarum & princeps exiſtimatur: nonnulli hoc amplius dicunt propter memoriam Herculis qui leonem ingentem inermis dicitur peremiſſe. ¶ Virgo: hic ad aſpectum Bootis conſtituta eſt inter Leonem & Libram, hanc fabuloſe Heliodus dicit filiam fuiſſe Iouis & Themidis iuſtam uocatam. ab aliis aſtrę quæ prius terras habitaſſe dicitur & ob ſcelera hominum ad cœlum fugiſſe: vnde dicit terras relictas ꝙ iterum per confuſionem rerum cadet in terras quas ipſe reliquerat. ¶ Scorpio: a Ioue inter aſtra locatum volunt quod Orion cum venaretur: & in eo exercitatiſſimum ſe eſſe confideret dixiſſe etiam Dianæ & latonæ ſe omnia quæ ex terra oriuntur interficere valere quare terram permotam ſcorpionem miſiſſe: qui eum interficere monſtratur: Iouem autem vtriuſq; animum admiratum: ſcorpionem inter aſtra collocaſſe: & ſpecies eius omnibus documentum eſſet: ne quis eorum aliqua re ſibi confideret: Dianam autem propter ſtudium Orionis petiſſe a Ioue: vt illi idem beneficium daret petenti: quod terræ vltro tribuiſſet: itaque eum conſtitutum: vt cum ſcorpius exoriatur occidit Orion: Scorpius autem propter magnitudinē membrorum in duo ſigna diuiditur quare effigiem noſtri Libram dixere quam Scorpius facit cum chellis ſuis: & reliquo corpore alıud ſignum ¶ Et qui neruo: hemōto: ideſt Theſſalico chiron centaurus qui inter cæteros centauros iuſtiſſimus Aſclepium, & Achillem nutriſſe exiſtimabatur, pietate igitur & diligentia effecit vt iter aſtra numeraretur, apud hunc Hercules cum diuerteret, & ſimul cum Chirone ſedens ſagittas conſideraret. fertur: vnam earum decidiſſe ſupra pedem chironis, & ita eum interfeciſſe. alii autem dicunt centaurum: miratum, ꝙ tam breuibus ſagittis tam magna corpora centaurorum interfecerit ipſum contendere arcum conatum. Itaque ex eius manu ſagittam prolapſam in pedem eius incidiſſe pro quare Iuppiter ei⁹ miſertus inter aſtra cōſtituit.

¶ Spicula

BER. ¶ Spicula ſagittã ſuã cadendo, nam ſagittis uſum fuiſſe volunt ꝓpea in formam ſagittarii formarũt. ¶ Pigram. poſt ſagittariũ ſequit̃ capricornus ad occaſum ſpectans: & totus in zodiaco circulo deformatus cauda toto corpore medius diuidit̃ ab hyemali circulo ſuppoſitus aq̃rii manu ſiniſtra: occidit preceps: exorit̃ aũt directus. Huius effigiẽs ſimilis eſt egipani: quẽ Iuppiter qḋ cũ eo erat nutritus in ſyderibus eſſe voluit ut caprã nutricẽ de qua diximus. Hic etiã dicit̃ cum Iuppiter titanas oppugnaret primus ob ieciſſe hoſtibus timorẽ q panicos appellat̃: vt ait Eratoſthenes. Hẽt cornua capræ in capite: & eſt forma humana: habet pedes caprinos vñ egloceros appellat̃: ergo capra dicit̃: ceras cornu q̃re hẽt cornua caprina: qñ ſol eſt in capricorno eſt ſolſtitiũ hyemale: i cancro æſtiuale. ¶ Pigram: quæ facit hoies pigros. ¶ Quiſqs eſt: dicitur aquaꝝ qui pedes hẽt in hyemali circulo defixos: manũ ſiniſtrã vſq; ad capricorni tergus porrigens: dexteram iubam pegaſi prope cõiungens ſpectat ad ortũ q cũ ita ſit figuratus neceſſe eſt corpore ꝓpe reſupinato videri. Effuſio aquæ peruenit ad eum piſcem q̃ ſolitarius figurat̃ aquarum plures Ganymedẽ eſſe dixerũt quẽ Iuppiter ꝓpter pulchritudinem corporis ereptũ parentibus deorũ miniſtrum feciſſe exiſtimatur. Itaq; oſtẽditur: ut aquã aliqñ ifundens. Egeſias autẽ dicit deucalionem fuiſſe quo regnante fuit diluuium. Vnde dicit ibi. Quiſquis es vł Ganymedes: vel Deucalion. Piſces hoꝝ alter notius alter boreus appellat̃: ideoq; vnus eoꝝ q borus dr̃ inter equinoctialẽ & ęſtiuum circulum ſub Andromede brachio collocatus: & arcticum polum ſpectãs conſtituitur. Alter autem eſt i zodiaco circulo extremo ſub ſcapulis non longe ab equinoctiali circulo collocatus ſpectans ad occaſum, vnde dicit. ¶ Vltima: quare ſunt vltimi in zodiaco. ¶ Monſtra: & in ſumma omnia confundentur ſimul quæcunq; monſtra ſunt i cœlo. ¶ Gurges, mare. ¶ Cõdens: abſcondens merget illa ſigna quę nunq̃ occidũt ſupra nos. ¶ Lubricus: anguis hic ẽ inter ambas arctos maximus flexuoſo corpore qui utranq; arturum ſemicingit hunc fœrecides dicit intra aſtra collocatum: eo q cum nuberet a Ioue Iuno diis offerentibus munera, terra quoq; obtulit aurea mala cum ramis: quibus in deoꝝ orto qui erat apud Athlantẽ plantatis: vt his quotidie virgines lætarentur: cuſtos conſtantius eſt orti heſperidum & ab Hercule interfectus: vt habẽt fabulæ & a Iunone inter ſydera collocatus. ¶ Fluminis: eſt ſerpens reuolutus in modũ fluminis: & inter ſinus hẽt ambas verſas. ¶ Cynoſura vrſa minor de qua Luc. Te ſegnis cynoſura ſubit: Tu ſica ꝓfundo mergere plauſtra putas. ¶ Frigida: quare ad polũ borealem poſita ẽ. ¶ Arctophilax: dicit̃ artos ſiue uerſe philax .i. cuſtos: vt Ci. li. i. de natu. deoꝝ. ¶ Referẽs verſus arati ait arctophilax vulgo qui dicitur eẽ bootes hũc archadẽ Caliſtonis filiũ fuiſſe dñt: ideo boote appellatum: qa arctio: q̃ plauſtrũ dicta fuit agitare dr̃. vnde ibi dicit cuſtos ſui plauſtri .i. vrſæ. ¶ Tardus: piger. ¶ Non ſtabilis: nunq̃ occidẽs vrſa fiet nũc mobilis quare ruet de gradu ſuo: & oĩa miſcẽtur. ¶ Nos querit̃ q iſte populus ſolus ſit ꝓpter quẽ tãta mala eueniãt. ¶ In nos: ꝓpter mala noſtra. ¶ Abeant: nimis eſt uitæ cupidus q nõ vult mori oĩbus aliis morientibus: itaq; non oportet vt lamentamur.

Pennara ſenex ſpicula Chiron:
Rupto perdet ſpicula neruo:
Pigram referens hyemem gelidus
Cadet Ægoceros frangetq; tuam
Quiſquis es, vrnam. tecum excedent
Vltima cœli ſydera piſces.
Monſtraq; nunquam perfuſa mari
Merget condens omnia gurges.
Et, qui medias diuidit vrſas,
Fluminis inſtar: lubricus anguis.
Magnoq; minor iuncta Draconi
Frigida duro Cynoſura gelu.
Cuſtoſq; ſui tardus plauſtri
Iam non ſtabilis ruet Arctophylax.
Nos e tanto niſi populo
Digni: premeret quos euerſo
Cardine mundus.
In nos ætas vltima venit.
O nos dura ſorte creatos:
Seu perdidimus ſolem miſeri:
Siue expulimus.
Abeant queſtus: diſcede timor.
Vitæ eſt auidus, quiſquis non vult
Mundo ſecum pereunte mori.

ACTVS QVINTVS.
Trimetri Iambici.
ATREVS SOLVS.

Equalis aſtris gradior: & cunctos ſuper
Altum ſuperbo vertice attingens polum.
Nunc decora regni teneo: nũc ſoliũ ꝓfis.
Dimitto ſuperos. ſumma votoꝝ attigi.
Bene eſt, abũde eſt, iam ſat eſt etiã mihi.
Sed cur ſatis ſit? pergã & implebo patrẽ
Funere ſuorum: nequid obſtaret pudor.
Dies receſſit. perge, dum cœlum vocat.
Vtinam quidem tenere fugientes deos
Poſſẽ, & coactos trahere: ut ultricẽ dapẽ
Oẽs viderent. quod ſat eſt: uideat pater:
Etiam die nolente diſcutiam tibi
Tenebras, miſeriæ ſub q̃bus latitant tuæ.
Nimis diu conuiua ſecuro iaces,
Hilariq; vultu. iam ſatis menſis datũ eſt

BER. Equalis: hic eſt initium quĩti actus vbi Atreus ſibi congratulat̃ feciſſe vindictam de fratre: & Thyeſtes cognoſcat ſe comediſſe filios. Sic ergo loqt̃ ſecũ Atreus videor: vt tangã aſtra vertice. ¶ Nunc decora. videor nũc hẽre regnũ antea nõ videbar rex cũ pateret tot iniurias. ¶ Solium ſedes eſt regia. ¶ Dimitto ſuperos nolo amplius fatigare deos votis meis: quare ſatis feci animo meo & vindictæ. ¶ Mihi hẽt emphaſim: quaſi mihi cupio crudeliſſima ſatis factũ eſt. poſtea emendat ſe & dicit adhuc volo q bibat ſanguinem ſuoꝝ & cognoſcat ſe comediſſe filios: non relinquam ipſum amplius in tanta lætitia in ꝯuiuio. ¶ Obſtaret: ſecurus erat in tãta eclypſi Atreus ridenſq; deos dicit dies receſſit: hoc eſt factæ ſunt tenebræ ne pudor impediret ad quidpiam ſcelus, nam de nocte nõ ſolemus tantum verecundari quantum de die, vt dicit Oui. lux inimica puellis: quæ ſolẽt de facili verecundari. ¶ Perge: exhortatur ſeipſum. ¶ Fugientes: qui videntur fugere propter tenebras. ¶ Diſcutiam: veniens dicit hęc verba: expellam tenebras luminibus, vt videat miſeriam ſuam.

DAN. ¶ Aequalis: Carmen nonum & quintus actus trimetro iambico conſtans: apponitur cœna coacta ante Thyeſtem coronatum & delibutum vnguẽtis: primo gaudet ſcelere Atreus iam eſt ſententia perfecta: deinde congratulatur Thy. regno reſtituto: poſtremo deſcribitur infauſtum illud & tragicum cõuiuium: proſpicit itaq; Atreus profuſi gaudii furore concitatus: æqualis grandior aſtris. ¶ Implebo pa. me pannario coco deuorabit filios pater. ¶ Reſupinus: aut ſupinus, ſtans aut melius reſupinus.i.mollis. Mart. Nuſquam delicie ſupiniores & Perſius. Latio quod honore ſupinus: reſupinus ergo ventre porrecto & erecta ſtans facie quod eſt mollium & lautorum inde reſupinare conuertere & perturbare. Iuue. Aulam reſupinat amici. ¶ Incubat: inſiſtit inniritur. ¶ Iacet: eructando ſe deum exiſtimans.

BER. ¶ Sobrio: nolo ipſum ebriũ, ſed ſobrium: vt cognoſcat malum ſuum: & poſſi. vehementius dolore. ¶ Turba: iubet famulos aperiri portam: vt capita filiorum, & manus patri oſtendat. ¶ Laxa: aperi. ¶ Intuens, volo videre quando pater intuebitur capita filiorum quos colores habebit vel paleſcet, vel rubeſcet. ¶ Rigeſcat, congelabitur cum ſanguis in magno dolore currat ad præcordia. ¶ Aperta: Atreus videt a longe fratrem & inter ſe loquiť omnia iſta. ¶ Incubat: ſedet ornatus purpura. ¶ Fulciens: ſuſtentans. ¶ Eructat: nam videtur oſtendere ſuperbiam ſuam qua videtur ſibi eſſe deum & regem regum. ¶ Vota: fecit pluſquam deſiderabam, ut guſtaret corpora filiorum: ſed ipſe comedit ad ſaturitatẽ. ¶ Ducit: bibit. ¶ Ne parce: dicit ad eum Atre. ſed Thy. non audit. ¶ Potu: caſus datiui: noli timere ꝙ tibi deficiet. ¶ Hoſtiaꝝ filiorum tuorum. ¶ Veteris miſcebo ſanguinem cum vino ne ipſe cognoſcat. ¶ Claudatur, finiatur. ¶ Scypho: poculo. ¶ Meum bibiſſet: occurrit ſibi Atreus vis facere tantam crudelitatem eſt ira quare bibiſſet meum & ego volo ꝙ bibat ſuum. ¶ Ecce: dat locum ſequenti ſcene: quare Thyeſtes ebrius cantabat. ¶ Menti imperat.i. nõ ſatis compos mentis ſue.

Satiſq; Baccho. ſobrio tanta ad mala
Opus eſt Thyeſte. turba famularis fores
Templi relaxa. feſta pateſiat domus.
Liber uidere: capita natorum intuens
Quos det colores: verba ꝙ primus dolor
Effundat. aut ut ſpiritu expulſo ſtupens
Corpus rigeſcat. fructus hic opis mei ẽ.
Miſerum videre nolo / ſed dum fit miſer.
Aperta multa tecta collucent face.
Reſupinus ipſe purpura, atq; auro incubat
Vino grauatum fulciens læua caput.
Eructat o me cœlitum excelſiſſimum,
Regumq; regem: uota tranſcendi mea.
Satur eſt capaci ducit argento merum.
Ne parce potu, reſtat etiam nunc cruor
Tot hoſtiarum, ueteris hũc bacchi color
Abſcondet. hoc menſa claudatur ſcypho.
Miſtum ſuorum ſanguinẽ genitor bibat.
Meum bibiſſet. ecce iam cantus ciet:
Feſtaſq; uoces: nec ſatis menti imperat.

ANAPÆSTICI THYESTES.

PEctora lõgis hebetata malis
Iam ſolicitas ponite curas.
Fugiat mœror, fugiatq; pauor,
Fugiat trepidi comes exilii
Triſtis egeſtas: rebuſq; grauis
Pudor afflictis. Magis unde cadas
Quam quo refert. magnum ex alto
Culmine lapſum ſtabilem in plano
Figere greſſum, magnum ingenti
Strage malorum preſſum fracti
Pondera regni non inflexa.
Ceruice pati: nec degenerem
Victumq; malis rectum impoſitas
Ferre ruinas. ſed iam ſæui
Nubila fati pelle, ac miſeri
Temporis omnes dimitte notas.
Redeant vultus ad læta boni.
Veterem ex animo mitte Thyeſten.
Proprium hoc miſeros ſequitur vitium:
Nunquam rebus credere lætis.
Redeat felix fortuna licet,
Tamen afflictos gaudere piget.
Quid me reuocas, feſtumq; uetas
Celebrare diem? quid flere iubes
Nulla ſurgens dolor ex cauſa?
Quis me prohibet flore recenti
Vincire comam, prohibet, prohibet.
Vernæ capiti fluxere roſæ.
Pingui madidus crinis amomo

BER. ¶ PEctora: ſcribiť verſu dimetro anapeſtico vt ſupra turbine magno. Hic eſt cãtus Thyeſtis qui erat in conuiuio: & reprehendit ſeipſum ꝙ non poterat lætari quãuis eẽt in regno: vnde neſcit cauſam & loquitur per modum dialogi intra ſe. ¶ Pectora, loquiť ad pectus ſuum. ¶ Hebetata: indurata pp longam cõſuetudinem malorum. ¶ Refert: pluris momenti eſt. ¶ Quã, quo ſupple itegꝛ cadas qñ homo hẽt malã fortunã, non tantum dolet q̃tum ſi fuerit in alto ſtatu & ad infimum veniat. ¶ Culmine: ſtatu magna res eſt & difficilis tolerare æquo animo malam fortunã cũ ceciderit ab alto. ¶ Plano: contrarium culminis, ſentẽtia eſt quando quis lapſus eſt de ſublimi gradu: eſt magnum.i. difficile poſſe pati. ¶ Preſſum grauatum. ¶ Strage: maloꝝ ingenti cumulo maloꝝ. ¶ Nõ inflexa: a ſimili de vno qui hẽt pondus in collo: opus eſt: ut ſe inclinet: ita eſt neceſſe hominẽ deiectum a ſtatu ſuo dolere. ¶ Nec degenerem: eſt quaſi eadem ſentẽtia: eſt impoſibile ꝙ non ſit dimiſſus. ¶ Sed iam: nunc non ſunt iſte cauſe in me ꝓpterea deberẽ lætari. ¶ Nubila. Triſtia. ¶ Veterem: thyeſtem vultum & triſticiam quã habebas in exilio. ¶ Propriũ: quando vnus ſolitus eſt pati multa aduerſa: & ſi illi rideat fortuna: timet tñ ſemper cadere in aduerſis. ¶ Vetas quare nõ dimittis me gaudere dolor cuius cãm nõ ſatis cognoſco. ¶ Vernæ roſæ: quæ ſolent tẽpore veris florere: erat conſuetudo antiquorum: vt coronati diſcumberent, & vnguentati quibuſdam precioſis aquis.

DAN. ¶ Scyphus: gen⁹ nauigii quo Herc. in hiſpaniam nauigauit a cuius ſimilitudine: teſte theodoſeo. ¶ Vas potorium, ſcyphus dicitur tributum Herculi quemadmodum cantarus libero patri, & cartheſiũ Ioui. ¶ Pectora: in carmine. x. metro pindarico anapeſtico dimetro ſic: pectora longis hebetata malis: exultat Thyeſtes gaudio Sardonico ob regnuꝫ reſtitutum ſibi: & ſeipſum alloquitur. ¶ Hebetata: obturata cotuſa: eſt enim hebes ſine acumine: vnde hebeo & hebero atq; hebeteſco quod proprie de oculis dicitur. ¶ Magis vnde cadas.

de cadas. Senſus eſt pluri- mum refert vnde q̃ quo ca das: eo enim grauior eſt dolor quãto altior eſt lap- ſus: & probatur: magnum ex alto & cætera. Stabi- lem in plano aptus in imis eſt locus. Amomo: vn- guento ex amomo quod di cunt metopion. eſt arbor in ætiopia ſtillans lachry- mam veluti reſinam quæ item in Africa iuxta tem- plum Ammonis iouis col ligitur inde Ammonium odoratiſſima ſpẽs de qua multa apud Plin. & Theo phraſtum lectitabis.

BER. ¶ Stetit: crines ſtant ere- cti propter timorem. Li bet: ex triſticia eſt mihi im- petus lacerãdi veſtes. In fauſtos: miſeros. Satu- ras: tinctas colore purpu- re. Fera: crudelis & eſt ſimilitudo a tempeſtate fu tura nautis. Inſtat: ci- to ventura. Quos tibi: reprehendit ſeipſum dicẽs ꝙ non opus eſt timere: vel ſi timendum eſt fruſtra fie ri cum iam ſit in poteſtate fratris. Magna volu- ptas: neſcit an ille lachry- mæ procedant ex timore vel ex voluptate ingenti quæ quandoque facit la- chrymas.

BER. FEſtum. Ingredi- tur Atreus locũ in quo erat thye- ſtes exhortatur- ꝗ eum ad la tandum, & bi bendum dicens ꝙ nunc ſi- bi videtur vere habere re gnum: ille autem reſpon det ꝙ ſatis ſatur eſt & læ- tus dum videat filios ſuos: Atreus ait videbis quam primum porrigitq; filii ſan guinem ad bibendum: & cum Thyeſtes leuaret pa- teram manu viſum eſt ſibi ferre ingens onus: poſtea Atreus iuſſit portare ca- pita filiorum illique dixit hic ſunt filii quos maxime deſiderabas videre & ſacia re aſpectu. Pari: ꝯcordi. Saties: ſacietas ſatis bi bi & comedi. Fœlici, ſci licet mihi. Cumulus: ar gumentatio. Hic, eſſe in genium poete dicit vnum intelligit aliud: noli habe- re vllam curã, ſunt in loco tuo & in cõplexu tuo vult dicere ꝙ hẽt eos in vẽtre: quare comedit ipſos. Ora.

Inter ſubitos ſtetit horrores.
Imber vultu nolente cadit.
Venit in medias uoces gemitus.
Mœror lachrymas amat aſſuetas.
Flendi miſeris dira cupido eſt.
Libet infauſtos mittere queſtus.
Libet & tyrio ſaturas oſtro
Rumpere ueſtes. ululare libet.
Mittit luctus ſigna futuri
Mens ante ſui præſaga mali.
Inſtat nautis fera tempeſtas,
Cum ſine uento tranquilla tument.
Quos tibi vultus, quos ue tumultus
Fingis demens? credula præſta
Pectora fratri. iam: quidquid id eſt,
Vel ſine cauſa uel ſero times.
Nolo infelix, ſed uagus intra
Terror oberrat, ſubitos fundunt
Oculi fletus. nec cauſa ſubeſt
Dolor: an metus eſt? an habet lachrymas
Magna voluptas?

ATREVS. THYESTES.

Trimetri Iambici.

FEſtũ diẽ germanæ cõſenſu pari (mea.
Celebremus. hic ẽ ſceptra qui firmet
Solidamq; pacis alliget certæ fidem.
T. Saties dapis me, nec minus bacchi tenet.
Augere cumulus hic uoluptatem poteſt.
Si cum meis gaudere felici datur.
A. Hic eſſe natos crede in amplexu patris.
Hic ſunt: eruntq; nulla pars prolis tuæ
Tibi ſubtrahetur, ora, quæ exoptas, dabo.
Totumq; turba iam ſua implebo patrẽ.
Satiaberis: ne metue. nunc miſti meis
Iucunda menſæ ſacra iuuenilis colunt.
Sed accientur. poculum infuſo cape
Gentile baccho. Thy. capio fraternæ dapis
Donum: paternis uina libentur deis:
Tũc hauriantur. ſed quid hoc? non vult manus
Parere, creſcit põdus: & dextram grauat.
Admotus ipſis bacchus a labris fugit.
Circaq; rictus ore decepto effluit.
Et ipſa trepido menſa ſubſiluit ſolo.
Vix lucet ignis. ipſe quin æther grauis
Inter diem: noctemq; deſertus ſtupet.
Quid hoc? magis magiſq; concuſſi labãt
Conuexa cœli, ſpiſſior denſis coit
Caligo tenebris noxq; ſe in noctem abdidit.
Fugit omne ſydus. quidquid eſt, fratri precor,
Gnatiſq; parcat. omnis in uile hoc caput

ſed poſtea quare vis videre ora & faciem eorum: oſtẽ- dam tibi. Turba: qua- re omnes dederat epulan- dos. Nunc: in hoc menti- tur quare non erant in cõ- uiuio cum filiis ſuis. Me is: ſcilicet natis colũt ſunt in vna menſa. Acciden- tur, euocabuntur, ſed in- terim accipe hoc poculum ſimulq; bibamus. Gen- tile: quod fuit gentis no- ſtre. Paternis: ſed prius volo libare diis nr̃is: quan do infunditur diis libatio dicebatur: bibam poſtea: ſed dum haberet in manu pateram ponderabat ni- mis: nec illam ſuſtinere po terat: & admotus bacchus vinum dum appropinquo labris meis non vult intra re os meum. Decepto: quare cum vult bibere ex- tra funditur. Rictus os: ſed proprie de beſtiis dici- tur os acutum. Trepi- do ſolo: tremit terra & mẽ ſa. Ignis: quare erant ac cenſæ faces. Conuexa: quod ẽ curuatum ſuperius vt cœlum. Coit: denſa tur & obſcuratur. Par- cat: non ſit in malum fra- tris mei: nec filiorum meo rum, de me autem nihil ro go. Vnde ſentiebat mur- mur? vnde hoc audio filios meos & non video.

DAN. ¶ Feſtum diem: Carmi- nis vndecimi funebre initi- um trimetro iambico in- ſcripti vbi Thyeſtes epu- lans vocat filios contra A treus propinans illorum ſanguinem vino commix- tum declarat nõ longe ab- eſſe capita quæ cerneret cum reliquum iam inteciſ- ſet in ventrem hinc odia re crudeſcunt graues iræ: hic aſperi & crudi clamores: hinc nefanda conuicia, & ſanguinariæ deteſtationes intumeſcũt inter geminos fratres homicidas adulte- ros crapulones gurgites: filioꝝ profundiſſimos om nemq; falſam dilectionem in peſſimam diſcordiam trahit diſtricta caſtrophe. Saties: ſatietas quintæ inflexionis vel potius per ſyncopem ſatias tertiæ: ut placet quibuſdam. Saluſt. Frumenti ex inopia graui ſatias facta. Terent. Nam vbi me forte ſatias cœpit:

& a ſatis detorquetur ad uerbio. ❡ Ora: capita vt ſit a parte denominatio totius: proprie tamen os eſt concauitas capitis in qua & lingua & dentes ſunt. ❡ Suſtines tantum nefas: conſternatus Thyeſtes nouitate ſceleris collabitur iunctis manibus voci ſtrabundus atq; in ipſam tellurem apoſtropham vertēs ſe ſuamq; familiam & ſtirpem deteſtatur cuius miſeriæ grauitatem elegantiſſime in electra proſequitur Sophocles tum in perſona ipſius electræ: tū in ipſo choro. φευ φευ. το. πανδε κδειε ποσταισι τοισπ αλαι προρρολον πεσοι κεν εφθαρται γενεσ: & cætera, & circa finem ipſius Tragœdiæ deplorat Cho. calamitatem domus Atrei & eius ſtirpis. ωσ περμα τρεωσ ωσ πολλαπαθον δειε λευτεριασ μολισ εξηλθεσ τηνο νορμιτελειωθεν.

BER. ❡ Styga: paludem inferni. ❡ Verti a fundamentis, vt omnes deſcenderemus ad inferos. ❡ Vterq;: ergo & frater. ❡ Siquis: ſi noſtri maiores & mali puniūtur apud inferos, nos debuimus puniri. ❡ Iaces: non moueris: tu ſola terra non moueris cum iam ſol & omnia ſydera fugerunt tanta ſcelera. ❡ Recipe: gaudebat Atreus de tanto dolore fratris petitque ut ora filiorum deoſculetur Thyeſtes autem ignorans adhuc ſe comediſſe illos: uidens tantum capita eorum rogat Atreum ut ſaltem ſepeliantur. ❡ Nulla, parentheſis eſt. ❡ Fratrem ſcilicet menō īpedio quin fruaris filiis tuis. ❡ Saluo: quare non perdendo odium potes hoc mihi dare. ❡ Genitor, ſcilicet ego. ❡ Perditurus: illos comburendo. ❡ Habes: Atreus dixit libenter dabo qđ reſtat, nam quod non eſt tu habes: vult dicere: ſcilicet in ventre. ❡ Sine exitu: ſine via ad exeundū. ❡ Luctatur: vult exire & non poteſt, da frater rogo te da illum gladium quo occidiſti filios meos: quare habet multum mei ſanguinis & aperiam ventrē me

Abeat procella redde iam natos mihi.
A.Reddam,& tibi illos nullus eripiet dies.
T.Quis hic tumultus viſcera exagitat mea?
Quid tremuit intus?ſentio impatiens onus.
Meumq; gemitu non meo pectus gemit.
Adeſte gnati,genitor infelix uocat:
Adeſte,viſis fugiet hic vobis dolor.
Vnde obloquunt̄?At.expedi amplexus pater.
Venere gnatos ecquid agnoſcis tuos?
T.Agnoſco fratrem.ſuſtines tantum nefas
Geſtare tellus?non ad infernam Styga
Te,noſq; mergis?rupta & ingenti uia
Ad chaos inane regna cum rege abripis?
Non tota ab imo tecta conuellens ſolo
Vertis Mycænas?ſtare circa Tantalum,
Auoſq; noſtros,ſiquis intra Tartara eſt,
Vterq; iam debuimus,hinc compagibus
Et hinc reuulſis,huc tuam immani ſinu
Dimitte vallem,noſq; defeſſos tege
Acheronte toto noxiæ ſupra caput
Animæ vagentur noſtrum,& ardenti freto
Phlegethon arenas igneas totas agens
Exitia ſupra noſtra uiolentus fluat.
Immota tellus pondus ignauum iaces?
Fugere ſuperi.Atr.at accipe hos potius libens,
Recipe hoſce citius.liberis tandem tuis
Diu expetitis:nulla per fratrem eſt mora,
Fruere:oſculare:diuide amplexus tribus.
T.Hoc fœdus?hæc ē gratia?hæc fratris fides?
Sic odia ponis?non peto incolumes pater
Natos ut habeam.ſcelere quod ſaluo dari,
Odioq; poſſit,frater hoc fratrem rogo.
Sepelire liceat,redde,quod cernas ſtatim
Vri,nihil te genitor habiturus rogo,
Sed perditurus.Atr.quidquid e natis tuis
Supereſt:habebis:quodq; non ſupereſt:habes.
T.Vtrum ne ſæuis pabulum alitibus iacent?
An belluis ſeruantur?an paſcunt feras?
A.Epulatus ipſe es impia natos dape.
T.Hoc eſt,deos quod puduit,hoc egit diem
Auerſum in ortus quas miſer uoces dabo?
Queſtuſq; quos?quæ verba ſufficient mihi?
Abſciſa cerno capita:& auulſas manus:
Et rupta fractis cruribus veſtigia.
Hoc eſt,quod auidus capere non potuit pater.
Voluuntur intus viſcera,& clauſum nefas
Sine exitu luctatur:& quærit uiam.
Da frater enſem,ſanguinis multum mei
Habet ille:ferro liberis demus uiam.
Negatur enſis.pectora illiſo ſonent

um vt exeant. ❡ Negatur: non vis dare apertam pugnis & planctu. ❡ Concuſſa: fracta. ❡ Illiſo: peruim immiſſo: ſuſtine: dum ſe uerberaret: reprimit: manum dicens: quid facis uerberando te quare etiam verberas filios quos intus habes: parce ſaltem mortuis. ❡ Suſtine: reprime. ❡ Vmbris, animabus filiorum. ❡ Caucaſi: qui mons eſt indiæ, ex eo latere quo ad ſeptētrionalem eſt contermina ſcythie, ut teſtis eſt Pli. libro ſexto naturalis hiſtoriæ ob quod dicit Serui. montem eſſe ſcytharum. ❡ Henyochus: populus iuxta colcos ferus in monte caucaſo: iſti quamuis ſint crudeles: nūquam fecerunt nec audierunt tale nefas. ❡ Procruſtes: latro famoſiſſimus in agro atheniens. hoſpites interficere ſolitus. ❡ Cecropiis: Atheníenſibus a cecrope rege. ❡ Modus: finis. ❡ Reponas: vindicas: te. ❡ Vbi quando. ❡ Hoc etiam: qđ factum eſt parum mihi videtur voluiſſem feciſſe maius: debebam his viuentibus dare tibi ſanguinem eorum.

DAN. ❡ Quodq; nō ſupereſt habes dolose Atrei reſponſio quæ prætendit maiorem doloris commotionē in fratre vbi cognouerit carnes filiorum ſuorum in fercula ſibi paratas & conditas in ventre proprio iacere, cuius quidem ſceleris nouitatem nequaquā ſibi perſuaſiſſet niſi ipſe Atreus aperte ſignificat vbi infra epulatus tu ipſe es &c. ❡ Pabulum proprium belluarum eſt: paſtus autem hominum Cicero cum oblectatione Solertiæ qui ē vnus ſuauiſſimus paſtus animorum ſolent tamen alternari, ut apud diuum Hieronymum pabulū aiæ pro euchariſtia corporis Chriſti legimus. ❡ Inhoſpitalis Heniochus. ❡ Coraxis vrbs in cholchia iuxta fluuium Antemōta clara varietate linguarum cōdita ab Amphito & Telchio Caſtoris & Pollucis aurigis a quibus orta eſt Heniochorum gens fera & immitis τανι habenæ dicuntur

ſuntur & ἔχω habeo inde ἡνίοχος auriga per.h. & auctores Strab.& Plini.in primo, Scribenda dictio. ⁋ Procruſtes: latro in hoſpites per quem impius in hermiona illud idem tortura genus ſubiuit cogente Theſeo quo ille hoſpites cuita ſuſtulit (ut tradit Plutarchus) ſuppoſito lecto hoſpites tendebantur: prominentia extra lectum brachia & crura mutilabat: quæ ſi minora erant lecto imparem magnitudinem ui trahebat nomen a mare inditum eſt latroni: quippe προκρούω eſt impello. Sceleri modus de ſenſus eſt: tunc modum impones ſceleri quando non facis ſcelus: non quando retribuas ſcelus pro ſcelere quaſi innuat peiora facere ſe debuiſſe: & hoc modo ex parte Atrei nullus erit finis ſceleris: quare ſequitur: hoc quoq; exiguum eſt mihi: eſt autem reponere vulgata iam ſignificatione reprendere & quodammodo reſarcire: vt Ariſq; reponimus ignem: ideſt rurſus ponimus & vllus ſi pudor eſt repone cœnã apud Martialem.

ℭ Verba: cupiditas vindictæ fecit me accelerare: & demittere multa crudeliora quæ voluiſſem facere. ⁋ Verba dare: eſt decipere. ⁋ Aggreſſi: congregaui manibus meis ignem, ut conquerentur. ⁋ Melius pater: niſi acceleraſſem vindictam feciſſem te interficere filios tuos. ⁋ Incaſſum: in vanum potuiſſem multa alia facere. ⁋ Scidit: lacerauit comedendo. ⁋ Neſciens: ignoranter. ⁋ Vota: audite me: quare res veſtra agitur: volo facere pro vobis vota non pro me, quare credo omnes mihi infenſos: ſed rogabo pro elementis ne mutetur ordo naturæ. ⁋ Proſpiciunt: habent reſpectum in vos & pro vtilitate veſtra. ⁋ Tu ſumme: rogat Iouem vt ducat nubes obſcuriores q̃ ſint & ventos & fulmina quæ comburant ipſum, & fratrem & tecta noſtra. ⁋ Minore fulmine, ſed mitte talia qualia miſiſti in gigantes,

Concuſſa planctu/ſuſtine infelix manum.
Parcamus umbris. tale quis uidit nefas?
Quis inhoſpitalis Caucaſi rupem aſperam
Heniochus habitans? quis ue Cecropiis metus
Terris Procuſtes? genitor en natos premo,
Premorq; natis. ſceleris eſt aliquis modus?
A. Sceleri modus debetur: ubi facias ſcelus:
Non ubi rẽponas. hoc quoq; exiguũ eſt mihi.
Ex uulnere ipſo ſanguinem calidum in tua
Diffundere ora debui: ut uiuentium
Biberes cruorem uerba ſunt iræ dara.
Dum propero: ferro uulnera impreſſo dedi.
Cecidi ad aras/cæde uotiua focos
Placaui/& artus corpora exanima amputans
In parua carpſi fruſta/& hæc feruentibus
Demerſi ahenis. illa lentis ignibus
Stillare iuſſi. membra, neruoſq; abſcidi
Viuentibus/graciliq; traiecto ueru
Mugire fibras uidi, & aggeſſi manu
Mea ipſe flammas. omnia hæc melius pater
Feciſſe potuit. cecidit incaſum dolor.
Scidit ore natos impio: ſed neſciens,
Sed neſcientes. Thy. clauſa littoribus uagis
Audite maria/uoſq; dii audite hoc ſcelus
Quocunq; difugiſtis. audite inferi,
Audite terræ. noxq; Tartarea grauis
Et atra nube, uocibus noſtris uaca.
Tibi ſum relictus. ſola tu miſerum uides.
Tu quoq; ſine aſtris: uota nõ faciam improba.
Pro me nihil precabor. ecquid iam poteſt
Pro me eſſe? uobis uota proſpicient mea.
Tu ſumme cœli rector ætheriæ potens
Dominator aulæ: nubibus totum horridis
Conuolue mundum. bella uentorum undiq;
Committe: & omni parte uiolentum intona.
Manuq; non qua tecta: & immeritas domos
Telo petis minore: ſed qua montium
Tergemina moles cecidit: & qui montibus
Stabant pares gigantes. hæc arma expedi:
Ignesq; torque: uindica amiſſum diem.
Iaculare flammas/lumen exemptum polo
Fulminibus exple/cauſa: ne dubites diu:
Vtrinſq; mala ſit: ſi minus: mala ſit mea.
Me pete. triſulco flammeam telo facem
Per pectus hoc tranſmitte/ſi natos pater
Humare: & igni tradere extremo uolo.
Ego ſum cremandus. ſi nihil ſuperos mouet:
Nullumq; telis impios numen petit.
Aeterna nox permaneat: & tenebris tegat
Immenſa longis ſæcla. nil Titan queror.

⁋ Tergemina moles: magnitudo illoꝝ trium montium ſuperimpoſitorum a gigãtibus videlicet oſſam: pelion & olympum. ⁋ Pares: ita magni ſicut montes. ⁋ Torq;: cum impetu mitte. ⁋ Amiſſum per diutum. ⁋ Fulminibus: quæ faciant claritatem in tantis tenebris. ⁋ Cauſa ſi dubitares quem deberes punire me: tamen protinus nus puta habere malam cauſam: & fulmine triſulco pete. dicitur Triſulcum fulmẽ quod tres habet angulos uel tres poteſtates, ſcindit: comburit: afflat. ⁋ Nunc credo: nunc puto filios meos eſſe natos ex me &c̃. ⁋ Reddo fidẽ thoris, amplius non curo non credo ꝙ concubueris cum vxore mea poſtquam fecit vindictam. ⁋ Natos parenti: appoſuiſti: ſcilicet comedendos. ⁋ Tangit: mouet & dat tibi pœnam. ⁋ Quod hauſeris: ideſt comederis. ⁋ Adiuuante matre: vxore mea quam ſtupraſti. ⁋ Lecto: morte. ⁋ Tuos putaſti: credo feciſſe ſimile mihi niſi putaſſes illos eſſe filios tuos. Liberis tuis: Atreus dicit nõ trado te puniendum diis: ſed filiis tuis quos habes in ventre & te crucient.

ℭ Clauſa littoribus: tremenda & horribilis oſtentatio: in qua rerum omnium clades & ruina mundi quæritur: aſcendens ad quatuor elementa: quod quidem oſtentandi genus in extrema calamitate demerſis relictum eſt. Sic apud Terentium. O cœlum, o terra, o Maria Neptuni: nec recedit a diſtricto iaculo tragici furoris. ⁋ Non qua immeritas domos: ſicut contigit ſemele quam leuioribus telis ſalutauit. ⁋ Si natos: pater ex naturalibus correlatiuis affectum mouet & pathos & per antiortum in re impia pietatem petit: nũc meos gaudet inhumanus Atreus dolores fratris pugnam quaſi proſperam ſibi ſucceſſiſſe ſententia.

Tragœdia ſecunda explicit.

Si perſeueras. Atr. nunc meas laudo manus.
Nunc parta uera eſt palma/perdideram ſcelus:
Niſi ſic doleres/liberos naſci mihi
Nunc credo caſtis nunc fidem reddo toris.
T. Quid liberi meruere? Atr. quod fuerāt tui.
T. Natos parenti? Atre. fateor, &, ꝙ me iuuat.
Certos. Thy. piorum præſides teſtor deos.
A. Quid cōiugales? Thy. ſceleſ qs pēſat ſcel'?
A. Scio quid queraris. ſcelere præreptο doles.
Nec: quod nefandas hauſeris tangit dapes.
Quod non pararis. fuerat hic animus tibi:
Inſtruere ſimiles inſcio fratri cibos.
Et adiuuante liberos matre aggredi.
Similiq; leto ſternere. hoc unum obſtitit.
Tuos putaſti. Thy. uindices aderunt dei,
His puniendum uota te tradunt mea.
A. Te puniendum liberis trado tuis.



TRAGOEDIÆ INTERLOCVTORES.

Oedipus. Nuntius. Antigone. Iocaſta.

TERTIA TRAGOEDIA DIMIDIATA, QVÆ INSCRIBITVR THEBAIS.

ACTVS PRIMVS.
Trimetri Iambici.

OEDIPVS. ANTIGONE.

CÆci parentis regimen, ac feſſi unicum
Patris leuamen nata, quā tanti eſt mihi
Genuiſſe, vel ſic, deſere in fauſtum patrem.
In recta quid deflectis errantem gradum?

ANT. ¶ Cauo: & cauus & cauũ dici poteſt frequentius tamen cauerna quam græci vocant χρατηρ. Pompeius refert a cauo dici cauum. ¶ Cauo: ideſt reptaculo & inanitate. ¶ Fœlix Ix agaue: exemplis miſeriam cumulat. Agaue etſi perempto pentheo culpã commeruit, furore tamen numinis excuſatur: ego mẽtis meæ compos peccaui & nocentes peperi: Iocaſta queritur vicem iniquam: & ſiniſtram ſui puerperii. aliter ab Homero dicitur: Epicaſta fuit filia Menœcei, vt teſtatur Euripides. ἔτικτε δὲ Ἰοκάστη με μενοικέως & in principio eadem Iocaſta ſic loquitur ἐγὼ δ' ἔπαις μὲν καλοῦμαι μενοικέως κρέων τε κασίγνητος Ἰοκάστην με. fuit ſoror creontis vt ait etiã in eodem loco κρέων δ' ἀδελφὸς μητρὸς ἐκ μιᾶς φύς. alii volunt filiam fuiſſe creontis Euſtachius conuenit cum Eurypide. Adraſtus, Talamonis filius ex Euronomia arguiorum regum: dictus eſt: ſi Plato. credimus quod non confecit rem thebanã, ſocer poli. venit thebas iam grandeuus & pallenti facie ſolus redit a pugna thebana: ut canit Papinius. Septemq; ſecum regna: locus de Euripi. per eadem Iocaſtã ſumptus eſt ὁ δ' εἰς Ἄργος ἐλθὼν κῆδος Ἀδράστου λαβὼν πολὺν ἀθροίσας ἀσπίδ' Ἀργείων στρατόν. ¶ Perge o parens: ſuaſus continet Antigones ad Iocaſtam pacandi belli inter filios, mox incurſum a fratribus ſuſpenſum & cohibitum interuentu ipſius Iocaſtæ. Eſt autem actus huius tragœdiæ tertius in trimetro iambico hypercatalectico poſitus & eſt tertiũ carmẽ. Colloquuntur Antigo. Iocaſt. nuncius apud Euripidem: Iocaſta fatetur ſe diremiſſe hanc litem ſed fruſtra iterum facto agmine & impetu. ἐγὼ δ' ἔριν λύουσα μονοδίκον λόγον νεῖν δ' ἔσο μεμφθεὶς ναυτὸν ἄγγελος &c̃. ¶ Petere qui fratrem: quicunq; volet fratrem occidere: ſiue is prior polini. ſiue etheo. fuerit me ante perimat, aut ſi quid poteſt in eo pietas, deponat arma ad preces meas: vel ſi impius a me incipiat locus ex duobus antithetis miſericordiam mouens. ¶ Præpetem: agilem

&velocem præpetes proprie aues aliſs auguria pro mittentes ſicut oſcines can tu tranſfertur abſolute dictio ad celerem volatum præpetibus pennis auſus ſe credere cœlo.

BER. ¶ Teſte: præſente. ¶ Vnũ ſed fient duo q̃re me quoq; interficient. ¶ Signa: uexil la. ¶ Micant: ſplendent ꝓpter aurum: incitat Antigo. matrem ut cito uadat collatis cõiunctis iam partibus dicimus collatis ſigni exercitus quando omnes pugnant: non autem pars: & eſt pugna integra Propinquat: proximo iam appropinquant inuicem. ¶ Præceps: uelox. ¶ Occupa: præueni antequam cõgrediantur. ¶ Fletibus: quare non plorarem niſi uiderem periculum. ¶ Hic agmen, exercitus tarde veniunt: quare vadunt ad ſce lus ſed duces, hoc eſt poli. & etheoc. accelerant tanquam cupidi ſanguinis. ¶ Quis me: Iocaſta optat portari prodigioſe ut cito currat ad filios. ¶ Inſane: magne. ¶ Quæ ſphinx: de hoc monſtro diximus ſupra. ¶ Stymphalis: de aui bus ſtymphalibus diximus in Hercu. furente. ¶ Subtexens: quæ ſolet obſcurare lucem ſolis. ¶ Pręcpetē: cito volantem. ¶ Harpya: de hoc mõſtro ſimiliter diximus in Hercu. furente. ¶ Seui regis: phinei regis archadiæ qui cum occidiſſet filios obcæcatus ē & ad pœnã eius miſſæ ſunt har piæ quę menſas eius tactu fedarent. ¶ Raptam, ſ. me Iocaſt. ¶ Duas acies, ſcilicet polyni. & etheo. ¶ Vadit: nuncius declarat celeri tatem ioca. & quid ipſa ege rit. ¶ Similis furenti: videtur iſana: immo etiam fue rit ex dolore. ¶ Excuſſa: miſſa. ¶ Parthica manu, parthi celeriter ſagittantis. ¶ Stringes leuiter percutiens: nam videtur ſaginare cœlum. ¶ Rectam: quare deſcendit recta via & facit ſulcũ igneũ. ¶ Deduxit: diſiunxit. ¶ Herere: cõſtiterunt & firmata ſũt. ¶ Iamq;: illi qui paulo ante concurrebant ad mortem mutuam. ¶ Depoſuerunt: arma. ¶ Hinc & hic:

Petat ante matrem tela qui fuerit pius
Rogante ponat matre/qui non eſt pius:
Incipiat a me: feruidos iuuenes anus
Tenebo/nullum teſte me fiet nefas.
Aut, ſi quod, & me teſte: committi poteſt.
Non fiet vnum. An. ſigna collatis micant
Vicina ſignis/clamor hoſtilis fremit.
Scelus in propinquo eſt/ occupa mater preces.
Et ecce motos (fletibus credas meis)
Sic agmen armis ſegne compoſitis venit.
Procedit acies tarda/ſed properant duces.
I. Quis me procella turbine inſanæ vehens
Volucer per auras ventus ætherias aget?
Quæ ſphinx: vel atra nube ſubtexens diem
Stymphalis auidis præpetem pinnis feret?
Aut quæ per altas aeris rapiet vias
Harpyia ſæui regis obſeruans famem?
Et inter acies proiecit raptam duas?
N. Vadit furrenti ſimilis, atq; etiam furit.
Sagitta qualis parthica velox manu
Excuſſa fertur. qualis inſano ratis
Premente vento rapitur. aut qualis cadit
Delapſa cœlo ſtella, cum ſtringens polum
Rectam citatis ignibus rumpit uiam.
Attonitu curſu fugit/& binas ſtatim
Diduxit acies/victa materna prece
Hæſere bella. iamq; in alternam necem
Illinc, & hinc miſcere cupientes manus
Vibrata tela continent dextra ſua.
Paci fauetur/omnium ferrum latet,
Ceſſatq;. telum vibrat in fratrum manu.
Laniata canas mater oſtendit comas.
Rogat abnuentis/irrigat fletu genas:
Negare matri qui diu dubitat: poteſt.

ACTVS QVARTVS.
Trimetri Iambici.
IOCASTA. POLYNICES.

IN me arma & ignes vertite: in me omnis ruat
Vnã iuuẽtus/quæq; ab inachio uenit
Animoſa muro: quæq; Thebana ferox
Deſcendit arce/ciuis: atq; hoſtis ſimul:
Hunc petite uentrem: qui dedit fratres uiro.
Mea membra paſſim ſpargite: ac diuellite.
Ego utrunq; peperi/ponitis ferrum ocyus?
Ac dico? & ex quo dexteras lege datis.
Date: dum piæ ſunt. error inuitos adhuc
Fecit nocentes. omne fortunæ fuit
Peccantis in nos crimen. hoc primum nefas

ex vtraq; parte. ¶ Ferrum latet, omnes depoſuerunt arma. ¶ Laniata, dat locum ſequẽti ſcenę, & quod geſtum eſt declarat. ¶ Negare dubitat: qui dubius eſt an debeat negare matri pacem. ¶ Poteſt. ſ. negare.

BER. IN me arma: hic eſt q̃rtus actus vbi Iocaſta loquitur ad utrũque exercitum quod in ſolam ipſam iacula mittant cum ipſa ſit cau ſa huius belli ꝙ peperit ta les filios: conuertit deinde ſe ad polyni. & etheo. ut de ponant arma. ¶ Inachio: ab argis vbi regnauit Inachus: ideſt iuuentus quę ue nit ab argis & the. vertice in me ignes. ¶ Diuellite ē hiſteron protheron quando id quod debet ſequi pręcedit: & econtra: hiſteron poſterius: protherõ prius ponitis: conuertit ſermonē ad filios, ideſt ad utrũq; poſtea ſeparatim. ¶ An: quaſi dicat deberetis citius q̃ dico deponere arma. ¶ Ex æquo: ſimul ꝙ eodē tempore. ¶ Piæ: ſine ſcelere. ¶ Error: ut augeat ſcelus ꝙ facturi ſũt diminuit ea quæ pręterita ſunt: huc uſq; habuiſtis diſcordiam ꝙ accidit ex mala origine veſtra: & eſt imputandum fortunę: quare neſciebam occidi. filium meum eſſe ſed nunc voluntarium facietis cum frater contra fratrem ſeuiat.

DAN. ¶ Harpyia ſæui regis: har pyiæ inimicæ phineæ regi in cœna quemadmodũ Apollodius rhodius in ſecundo argonauticon: eleganter cecinit. ἀλλὰ δ' εἰα νέφιον ἀφνω μέμασ αἱδ' ε σσαι. ἅρπυιαι στόματος χειρῶν ταμογαμφηλαῖ σιν συνεχέως ἥρπαζον. ¶ In me arma: inuida & edax vetuſtas huic tragœdiæ finem exedit: quo fit ut quarto actu finiatur & carmine, vbi ptinacia polynicis oſtenditur in fratrem necandũ odio in dies ferueſcente ad mutua vulnera & vertitur hic actus inter Iocaſtam pacem & amorem filiis ſuadentem. ¶ Et poly. filium in nefando perimendi fratris conſi lio perdurãtem: eſt autem metrum

metrum iambici quomodo ſuperius perge o parens &c̄. Sola inquit me utero. Induam ciuium & hoſtium tela. unde exierūt fratres: idem & filii mariti. Ioca.& polyn. colloquunt. Qui dedit fratres viros: curi. loquitur in hanc ſententiam σ τ ἔχουσ αμειδε ισυγχοι μώμενντ τοκνεα χμειτυντε μολυνε, λουσ βιανυο μασε &c̄. Date dextras: fidem pacis mihi facite dexterarum enim cōiunctione fides firmatur. ομοτησ δεξιασ.i.a commoditate dicta dextra quod ſit cōmodior corporis beneficio quam ſiniſtra: vnde fit vt dare dextram non ſolum ſit fidem facere ſed auxiliū ferre Virg. da dextram miſera conſecrata eſt fidei cui ſacerdotes velatis manibus rem diuinam faciebāt a.M.Attilio in palatio Romæ dedicata eſt ædes fidei.

Maius.ſ.ſcelus oſtendā vobis, ſcilicet quod me occidatis. Parens: de ſe loquitur in tertia pſona. Mediam: ego mater pono me mediam inter uos ne poſſitis concurrere. Proinde, ego ſi vultis. Bellum: refertur ad illud donate matri pacem. Tollite: remouete. Aut: ſi vultis facere bellum tollite me quę ſum mora belli. Cui dubitat & rogare vult alterutrū: ſed ad quem incipiat neſcit ſi prius cōplectar polyni.q reuertitur: an etheo.receſſurum demū ſtatuit prius oſculari polyni. Si pa. ſi voluerit ſeruare pacta alter etheoc.exulauit quemadmodum poly.& ita ſum ſolicita & dubia quē prius debeam complecti an pol. reuertentem: an etheo. diſcedentem. Alterna, facta viciſſim ad vtrunq; fratrem. Sic: niſi per diſcordiam. Longe: demum cōuertit ſe ad poli. Trementem: q̄ iam uibrabas contra fratrem. Coire: coniungere ſimul. Vinculo. ſcilicet galeæ: ſi uis ut te deoſculer, depōe galeā. Ora ut videam vultum tuum. Quo vultus, dum rogaretur a matre circumaſpiciebat dubitans de fratre: vnde mater dicit quo vertis vultū: noli timere quære ſi frater debet occidere te prius occidet me quare ego amplector te totam & tegā refers, uoluis. Acie, aſpectu. Obſeruas: multum aſpicis. Affuſa: circum te poſita. Redde: iā depoſuerat gladium vnde dicit mater loca. iterum ſuſcipe arma quare frater adeſt armatus. Capulo: manubrio enſis. Ingerat inuoluat ſe i lorum clipei. Dum: donec. Tu pone: vertit ſe mō ad etheoc. dicens tu qui primus negaſti regnum fratri & es cauſa belli prior depone arma. Si paris: ſi ſtatuiſti omnino gerere bellum nō peto pacem perpetuā: ſed inducias, ut vulgo dicunt treugam, paruum ſpacium temporis: ut vos poſſit cōplecti & oſculari. Suprema vltima quare non amplius deoſculator uos ſi bellum geratis. Prima quare non multis annis non vidi eum. Vtrunq; non pro me ſed pro vtroq; timeo. Qualibet mora, dicit quod in faciēdo ſcelere mora eſt bona. Optimum uin. quare melius ē in tam ſcelerato bello uinci q̄ uincere & ſuperſtes tanto ſceleri eſſe. Patiare: potius melius eſt pati damnum & mortem q̄ contra bonam famam & nomen virtutis aliquid cōmittere. Mater: ego Iocaſta de ſe loquitur in tertia pſona. Abiget: remouebit. Hinc: ex vtraq; parte. An patri, interrogatiue legendum: vellem eſſe cæca ne viderē ſcelera veſtra quemadmodum eſt pater oedi. Arcerem: repellerem. Hic ferrum, etheocles motus precibus depoſuit arma. Recliuis: quando haſta eſt appoſita alicui loco ſtat inclinata. Incubant: hærent. Ad te: conuertit modo preces ad polynicem dicēs iam te video antequam tā diu videre deſideraui. Penates, domus. Externi regis: adraſti. Tegunt: tenent. Non te quando volumus inducere compaſſionem dicimus facta quæ nō debuiſſent fieri & non facta quæ debent fieri vnde vbi oſtendit illud non eſſe

Inter ſcientes geritur, in ueſtra manu eſt:
Vtrum velitis, ſancta ſi pietas placet.
Donate matrem pace. ſi placuit ſcelus,
Maius peractum eſt, media ſe opponit parens,
Proinde bellum tollite, aut belli moram.
Sollicita cui nunc mater alterna prece
Verba admouebo? miſera quē amplectar pri⁹?
In vtranq; partem ducor affectu pari.
Hic abfuit ſed pacta ſi fratrum valent:
Nunc alter aberit, ergo iam nunquam duos:
Niſi ſic, uidebo. iunge complexus prior:
Qui tot labores: totq; perpeſſus mala:
Longo parentem feſſus exilio uides.
Accede propius. clade uagina impium
Enſem & trementem iamq; cupientē excuti
Haſtam ſolo defige, maternum tuo
Coire pectus pectori clypeus uetat.
Hunc quoq; repone, uinculo frontem exue.
Tegmenq; capitis triſte belligeri leua.
Et ora matri redde. quo uultus refers?
Acieq; pauida fratris obſeruas manum?
Affuſa totum corpus amplexu tegam,
Tuo cruori per meum fiet uia.
Quid dubius hæres? an times matris fidem?
Po. Timeo: nihil iam iura naturæ ualent:
Poſt iſta fratrum exempla, ne matri quidem
Fides habēda eſt. Ioc. redde iā capulo manum.
Aſtringe galeam. læua ſe clypeo ingerat:
Dum frater eſt armatus: armatus mane.
Tu pone ferrum: cauſa qui es ferri prior.
Si pacis odium eſt: furere ſi bello placet:
Inducias te mater exiguas rogat.
Ferat ut reuerſo poſt fugam nato oſcula:
Vel prima, uel ſuprema. dum pacem peto.
Audite inermes. ille te, tu illum times:
Ego utrūq;: ſed pro utroq;. quid ſtrictū abnuis
Recondere enſem? qualibet gaude mora.
Id gerere bellum cupitis, in quo eſt optimum
Vinci ueteris fratris infeſti dolos
Quoties neceſſe eſt fallere: aut falli a ſuis.
Patiare potius ipſe: quam facias: ſcelus.
Sed ne uerere. mater inſidias: & hinc:
Et rurſus illinc abiget. exoro: an patri
Inuideo ueſtro? ueni, ut arcerem nefas:
An ut uiderem? proprius hic ferrum abdidit
Recliuis haſtæ: & arma defixa incubant.
Ad te preces nunc nate maternas feram,
Sed ante lachrymas, teneo longo tempore
Petita uotis ora, te profugum ſolo
Patrio penates regis externi tegunt.

factum quod fieri debebat: ut mater ſolet parare thalamos filio & alia exequi: cum dixit vxorem.

DAN. ℂQuem amplectar: ab a dubitatiõe mouet pathos quã græci ἀπορητικὸν uocant ut apud Virgil. en quid ago: mouet etiam a materna pietate paulo ſuperius quod dicitur ab imagine ſicut apud Virg. & patriæ mouit pietatis imago &c. omnis autem pathetica oratio aut miſericordiam aut idignationem citat hoc omnis ſermo locaſta tendit ad miſeratioñe. ¶ Hic abfuit. polynices qui tres annos argis exulauit regnante Thebis etheocle quem etiam decet fratri uiciſſim regnum concedere ſi promiſſis manet federum. ¶ Hunc quoq;: depone inquit clipeus depone galeã quo pectus pectori. os ori admoueatur & eſt perifraſis galeę tegmẽ capitis &c. cuius inuentores lacedæmõii extitere pretus & acritus inter ſe bellantes clypeum inuenerunt primi. ¶ Inducias: loquitur de ſe in tertia induciæ pacis interualla ductæ donati teſtimonio in Terent. quaſi indicie quia in die fiant hic militis illius Scoma qd factus inducitis exiſtimabat noctu licere prædari: die vero quieſcere, quaſi percalleret ſcuti gerulus ille literas & donati legiſſet expoſitionem: inducias primus inuenit Lycaon: ſicut Theſ. federa affirmãtibus Plutarcho & Pli. ¶ An patri ſenſus, Creditis fortaſſe me veniſſe præcatũ uos ut arma deponeret potius q̃ ut optarem uos pugnantes expectare ſicuti pater veſter: cui inuideo. i. quem odio habeo ob hãc ſolam cauſam nõ quia optet cœcitatem hoc dixit: ſed ut probaret cauſam ſuam eẽ iuſtiorem qua adducti filii arma illico deponerent: iõ ſubdit uenit ut arcerem nõ ut uiderem nefas.

pro te ne quid mali accideret. ¶ Tantum ereptus, rogabam deos ut redderent mihi conſpectum tuum cum ille tantum mihi tolleret quantum daret: quare alter frater receſſurus erat in exilium cum tu ueniſſes. ¶ Dicit: nunc eſt verificatum oraculum dici qui mihi dixit quando videbis timebis. ¶ Triſte, video te ſed non quemadmodũ deſiderabã. ¶ Matri placet quamuis ita ſit iuuat etiã te videre modo tamen hac conditione ut recedat exercitus & non venias contra patriam. ¶ Redeant reuertantur. ¶ Quã pœne: q̃ſi vidi maius nefas quod poterat videre Oedipus: quare cœcus erat. Licet timere q̃uis non viderim tantũ ſcelus ut fratres cõgrediantur, tamen poſſum iudicari infœlix quod prope fui ut viderem. ¶ Per decem, rogat polynicem per labores quos ſuſcepit pro eo & per amorem quem habet in ſorores: & patrem ſuũ: cœcum ut deponat arma. ¶ Sorores: Antigonem & Iſmenem glorioſus amor parentum. ¶ Irati ſibi: ſibi inimici ſibimet: q̃re execauit ſe. ¶ Nullo ſcelere: nulla culpa quare peccauerat per ignorantiam. ¶ Exigens ſumens.

Te maria tot diuerſa, tot caſus vagum
Egere: non te duxit in thalamos parens
Comitata primos: nec ſua feſtas manu
Ornauit ædes: nec ſua lætas faces
Vitta reuinxit: dona non auro, & graues
Gazas ſocer: non arua, non urbes dedit.
Dotale bellum eſt: hoſtium es factus gener,
Patria remotus: hoſpes alieni laris.
Externa conſecutus: expulſus tuis.
Sine crimine exul. ne quid e fatis tibi
Deeſſet paternis. hoc quoq; ex illis habes.
Erraſſe thalamis: nate poſt multos mihi
Remiſſe ſoles: nate ſollicitæ metus,
Et ſpes parentis, cuius aſpectum deos
Semper rogaui: cum tuus reditus mihi
Tantum eſſet ereptutus aduentu tuo,
Quantum daturus. quando pro te deſinam,
Dixi, timere? dixit irridens deus,
Ipſum timebis. nempe, niſi bellum foret.
Ego te carerem. nempe, ſi tu non fores,
Bello carerem. triſte conſpectus datur
Pretium tui, durumq;. ſed matri placet.
Hinc modo recedant arma: dum nullum nefas
Mars ſæuus audet: hoc quoq; ẽ magnum nefas
Tam prope fuiſſe, ſtupeo: & exanguis tremo.
Cum ſtare fratres hinc: & hinc uideo duos
Sceleris ſub ictu: membra quaſſantur metu:
Quam pene mater maius aſpexi nefas.
Quam quod miſer uidere non potuit pater.
Licet timore facinoris tanti uacem,
Videamq; iam nil tale, ſum infelix tamen,
Quod pene uidi. per decem menſum graues
Vteri labores, perq; pietate inclytas
Precor ſorores: & per irati ſibi
Genas parentis: ſcelere quas nullo nocens
Erroris a ſe dura ſupplicia exigens

DAN. ℂLætas faces. v. faces ante nouam nuptam alligatas vitta ferebant antiqui cum ducerentur ad domũ maritalem: quod is numerus partus ſit naturalis & legitimus in. ii. q. apud Plutarc. Ariſtot. philoſophus memoriæ tradidit mulierem in ægypto uno partu quinq; pueros enixam eũq; eſſe finem dixit multiiugæ hominum partionis neq; pluris vnquam ſimul genitos cõpertum, & diuo Auguſto imperãte Ancilla ipſius peperit quinq; pueros in agro laurente ſed paucos dies uixerunt hoc legere eſt. ¶ Arma: ego intelligo hic generis inſignia & umbones factioſos ut armaq; fixit Troia. ¶ Externa conſecutus: quod ſocero carent euirili ſobole: iure hæreditario regnum cedebat in generos uel quod ad mouenda arma contra fratrẽ ab Adraſto illi latæ eſſent ſuppetiæ. ¶ Spes parentis: [Greek, illegible]. inde illud Virgili. Nate meæ uires &c. ¶ Nempe ſi facit bellũ ut te uideam quæ ſola cauſa thebas te compulit. ¶ Genas parentis: genę palpebrę oculorum ab Ennio dicuntur panditæ ſopigenas & chordæ relinquite ſonum. ¶ Rex ſit eſt vobis, decernatur alia via quam armis ſceptrum thebanum. ¶ Fruſtra. n. & temere bellũ geſſeritis peunte cauſa belli ergo ſuſtinebitis illud opus

Ariſto.

BER. ℂVitta: ut Plutar. refert ſolebat faſcia candida appendi inter utranq; ianuã quod a ſe non factum quæritur Iocaſta. ¶ Vitta faſcia. ¶ Reuincit ligauit. ¶ Dona habuiſti uxorem filiam adraſti ſed ſocer nõ dedit dotem vt ſolet fieri urbes aut aurum: ſed bellum nam cum exercitu ſuo promiſit te reducere in regnum. Sine crimine: quare nihil mali cõmiſeras propter quod deberes exulare. ¶ Nequit: vt haberes omnia mala quemadmodum pater tuus qui cum eſſet natus expoſitus fuit feris cum adhuc nihil mali feciſſet ita & tu ſine cauſa exulaſti. ¶ Thalamis: ex cõiugio patris. ¶ Remiſſæ redditæ. ¶ Poſt multos ſo. poſt multos dies. ¶ Metus: quare timebam ſemp

Hauſit neſandas mœnibus patriis faces
Auerte: ſigna bellici retro agminis
Flecte: ut recedas: magna pars ſceleris tamen
Veſtri peracta eſt. uidit hoſtili grege
Campos repleri patria, fulgentes procul
Armis catervas uidit equitatu leui
Cadmea frangi prata. & excelſos rotis
Volitare proceres, igne flagrantes trabes
Fumare: cineri quæ petunt noſtras domos:
Fratreſq; (facinus quod nouum, & Thebis fuit)
In ſe ruentes. totus hic exercitus,
Et populus omnis, & utraq; hoc uidit ſoror.
Genitrixq; uidit: nam pater debet ſibi.
Quod iſta non ſpectauit: occurrat tibi
Nunc Oedipus. quo indice: erroris quoq;
Pœna petuntur: ne, precor, ferro erue
Patriā: ac penates: ne ue iquas regere ex petis.
Euerte Thebas: quis tenet mentem furor?
Petendo patriam perdis: ut fiat tua.
Vis eſſe nullam? quin tuæ cauſæ nocet
Ipſum hoc, quod armis vertis infeſtis ſolum.
Segeteſq; aduſtas ſternis: & totos fugam
Edis per agros. nemo ſic uaſtat ſua,
Quæ corripi igne: quæ meti gladio iubes.
Aliena credis. rex ſit e vobis uter.
Manente regno quærite. hæc telis petes
Flammiſq; tecta? poteris has Amphionis
Quaſſare moles? nulla quas ſtruxit manus
Stridente tardum machina ducens onus.
Sed conuocatus uocis, & citharæ ſono
Per ſe ipſe turres uenit in ſummas lapis.
Hæc ſaxa franges uictor? hinc ſpolia auferes?
Victoſq; duces patris æquales tui?
Matres ab ipſo coniugum raptas ſinu
Sæuus cathena miles impoſita trahet?
Vt adulta uirgo miſto captiuo gregi
Thebana nuribus munus argolicis eat?
An & ipſa palmas uincta poſt tergum datas
Mater triumphi præda fraterni uehar?
Potes ne ciues lætus exitio datos
Videre paſſim? mœnibus caris potes
Hoſtem admouere? ſanguine, & flamma potes
Implere Thebas? tam ferum: & durum geris
Sæuumq; in iras pectus: & non dum imperas?
Quid ſceptra facient? pone ueſanos: precor:
Animi tumores: teq; pietati refer.
P. Vt profugus errem ſemp? ut patria arcear?
Opemq; gentis hoſpes externæ ſequar?
Quid paterer aliud: ſi feſelliſſem fidem?
Si peieraſſem? fraudis alienæ dabo

illud opus demoliri: quod ſuaui cantilena Amphyon architectatus eſt ut præclare meminit Papinius, & in arte Ora. dictus & Amphyon thebanæ conditor arcis: Saxa mouere ſono teſtudinis & prece blanda. ¶ Ducere quo vellet: & in Hercule furente commemorauimus Amphyon teſte Plinius inuenit primus muſicam.

BER. ¶ Hauſit: euulſit. ¶ Gregi. hoſtili turba hoſtium.

Cadm? ¶ Cadmea: thebana. ¶ Leui: aligi. ¶ Excelſos rotis: ſublimes in curribus: nam antiqui principes ſolebant pugnare in curru. ¶ Trabes magnas faces. ¶ Cineri ad cinerem comburentis noſtras domos. ¶ Fratres, ſcilicet vos: nam ceperatis conſerere manus niſi me interpoſuiſſem: quæ res etiā noua thebis vbi ſolita ſūt fieri multa ſcelera. ¶ Facinus eſt: parentheſis. ¶ Soror: Iſmene & Antigone. ¶ Debet ſibi, in hoc obligatus eſt ſibi: quod cœcos non potuit videre. ¶ Occurrat: vide patrem tuum qui erroris ſui voluit etiā pœnam ſumere quādo magis tu poteris iudicari dignus omni ſupplicio q̄ ſciēter committis tantum ſcelus. ¶ Ne precor, arguit ab vtilitate ſi patriam deſtruitis ¶ Nullam: dum uix patriam eſſe tuam illam nis eē nullam. ¶ Quinimmo: peius cum cauſa tua ſit iuſta & mercatur fauorē ab omnibus: in hoc ſolo haberis odio: quod patriam armis oppugnas. ¶ Solum: terram patriam. ¶ Aduſtas: ſternis, ideſt ſternis & comburis, ut illud Virgilii. ſubmerſaſque obrue puppes. ¶ Edis: facies. ¶ Fugā quare omnes fugiūt. ¶ Sic ſicut tu. ¶ Manente regno: icolumi ſtatu patriæ. ¶ Vter: vel tu uel frater. ¶ Petes inuades interrogatiue ad reprehenſionem. ¶ Poteris: ne eſſe tam crudelis vt velis deſtruere muros thebanos conſtructos ab amphione ſono cytharæ vt voluit Virgilius in Bucolicis iuſſit tyrios accedere montes. ¶ Quaſſare: concurrere. ¶ Moles: ingētia ſaxa. ¶ Nulla manus: ita ordinatur ducens tardum onus. ¶ Nullam manus: quare ſine opera manuū ædificata ſūt illa mœnia ſono cytharæ. ¶ Tardū: magnū & graue. ¶ Machina, inſtrumētū eſt quodcunq; ad faciendum aliqd vt puta ad trahendum ſurſum ſaxa. ¶ Duces: verbū eſt. ¶ Equales: ceues quemadmodum pater quod indignum eſt. ¶ Coniugum: maritorum ſuorum. ¶ Sinu: complexu per uim rapiantur ab amplexu uirorum ſuorum. ¶ Adulta: iā nubiles quod miſerandum eſt: vt virgines mixtæ aliis captiuis ducantur ancillæ nuribus argolicis. ¶ An & ipſa, forte & ego capiar in hoc bello. ¶ Et vehar. ideſt educar captiua. ¶ Victas, palmas, conſtructio eſt grȩca ponere participium prȩteriti cū accuſatiuo: ſi eſſet nomen adiectiuum eſſet ſinecdoche. ¶ Potes. q.d. ſuſtines ne tm ſcelus. ¶ Admouere appropinquare. ¶ Imperas: nondū regnas. ¶ Quid ſceptra: quid facies quādo rex eſſes. ¶ Tumores: ſuperbiam. ¶ Refer: vertere ad pietatem. ¶ Vt profugus: reſpondet polynices matri monſtrans cauſæ iniquitatem: dic mater quid equi eſt ut ipſe qui nihil peccaui: ſemper ſim exul: & frater qui feſellit fidem regnet in prima. ¶ Si uis: q̄ diſcedam ſaltem demonſtra locum ubi maneam. ¶ Habitet: indignatiue dicitur. ¶ Penſare: compenſare & permutare regnum cum uili caſa.

¶ Hic ne: mouet pathos ab æthate & ſexu ut ſuam tandem cum his confundens perſonam, firmam & pertinacem in filio iracundiam frangat. ¶ Vt profugus: ſuæ cauſȩ nimium blāditur polynices matris ſuā ſum introuertens a pietate ad fugam & exilium ſui: nam mater libentiſſime redeuntem polynicem videbat quando diuturniorem eius abſentiam ſæpius ſit conqueſta. Nunc uero præcabatur armis poſitis: ut recōciliaretur fratri a quo ſi regnum thebanum impetrare non poſſet alibi facile inueniret. DAN.

BER. ¶ Donum,qui datus:ſum tanquam donum uxori quare ſuſceptus ſum in domum ſuam.¶ Feram:tolerabo.¶ Arbitria:imperia & voluntatem uxoris fœlicis reſpectu ſui quare ipſa eſt in domo propria.¶ Dura:grauia. ¶ Thalami vxoris.¶ Lixa:tanquam mercenarius ſequar ſocerum ad raſtrum tanquam lixa qui eſt qui obſonia in exercitu parat.quem nos coquum appellamus.¶ Si regna,reſpondet Iocaſta mater, quod ſi habes tantam voluntatẽ regnandi iuuante Adraſto poteris tibi cõparare regnum. & enumerat aliqua loca opulentiſſima cõtra eum qui poterit gerere bellum. ¶ Vacare: carere cum datiuo intentum eſſe cum ablatiuo tantum carere.¶ Peti:inuadi. ¶ Hic,ex vna parte potes ire in prouinciam lidiam q̃ eſt in aſia:ubi eſt mons timolus ibi ẽ maxima copia vini, vnde tinolus fertilis baccho.¶ Iuga: colles. ¶ Qua parte: lata ſpacia ibi planicies ampla & fructifera. ¶ Et qua: & ibi in lidia eſt pactolus qui ducit harenas aureas. ¶ Mæandros: fluuius de quo diximus in Hercule furente. ¶ Aquas:errantes: quare non habet rectum curſuȝ: ſed tortuoſe fluit.¶ Lætis: fertilib⁹.¶ Ebrus: fluuius thracum celleberrimus: q Ariſtote.teſtimonio lib.ii. metaurorum:ex mõte pindo naſcitur. Ser. Vero ex Oeagrio fluuio patre Orphei qui etiam ex eodem monte pindo naſcitur:pro fluere dicit ꝙ Virg.tetigiſſe uidetur libro georgicoꝝ iiii.cum ait. Oeagrius hebrus:& quia odriſiii montes niues eum plurimũ augent.¶ Frigidiſſimuȝ:etiã reddunt:quare dicit Virg. in Gallo:Si amore extuantes frigoribus mediis hebrũ quæ bibamus nos tunc quoq; refrigerari non poſſe fuitq; illo proiectũ Orphei caput & Lira. ¶ Rapidus.i.velox.¶ Secat:diuidit.¶ Gargara:cacumina ſũt montis ide:ide quare de illis loquitur Virgil.Lucus in arce fuit ſumma.¶ Cereris:vbi eſt magna copia frumẽtis. ¶ Xantus,fluuius eſt troianus ut Virg.li.v.hectores amnes Xantum ac ſimoenta videbo.¶ Diues,ſolum pinguẽ terram.¶ Niuibus ideis, mons eſt & ſilua troianorum in phrigia:quam Home,lib.viii,iliados ferarum parentem dixit & locum continere quod gargarum vocant. Vnde etiam Scamander & ſimois flumina maiora fama q̃ natura defluunt:ut ſcripſit Pompo.lib.i.& etiam eodem nomine mons alius in creta dicente Ouidi.lib.Faſtorum.v. & creta nobilis ida.Virg.ſimiliter li.æneí.ii.iquit. Mons ideus vdi,vnde quę ab ida,paratus formanẽ per æ diphthongum ſcribuntur ut idæus.¶ Fauces,abydos heleſpõtum mare abydus ciuitas eſt heleſponti ex latere aſiatico de qua Virg.lib.geor.i.Oſtriferi fauces cantantur abydi & directe ex oppoſito ad Seſton depoſita iacet. ¶ Præmunt:inſtant vbi mare heleſpontum ſtrictum eſt ab vno latere abydos in alio ſeſtos ciuitas per medium ſunt fauces illius maris heleſpõti. Qua latus mare Ionium quod latium dicitur ab ionia vſq; Siciliã & eius partes eſſe volunt adriaticum archadicumq; & epyroticum.¶ Propior: uicinior, ſcilicet terra.¶ Latus:quo extẽditur.Syciam prouinciam aſiæ.¶ Tutam ſecuram propter multos portus.¶ Hęc regna:in his locis poteris tibi parare regnum exercitu tuo. ¶ Socer:adraſtus patrem: œdipum crede adhuc illud regnũ eſſe ſub patre tuo quẽ non debes infeſtare.¶ Reditus iſte, talis cum exercitu & ſcelere. Alieno crimine pſidia fratris etheoclis. ¶ Tuo:quare deſtrue patriam tuam:deo melius eſt ꝙ tu vadas ad noua regna ¶ Quin frater tuus etiam panit tibi auxilium. ¶ Comitatus:ſequẽs: arma tua militabat tecum.

Lixa

Orpheus

Pœnas?at ille præmium ſceˡerum feret,
Iubes abire,matris imperio obſequor.
Da,quo reuertar,regia frater mea
Habitet ſuperbus:parua me abſcondat caſa.
Hanc da repulſo:liceat exiguo lare
Penſare regnum/coniugi donum datus
Arbitria thalami dura felicis feram?
Humiliſq; ſocerum lixa dominantem ſequar?
In ſeruitutem cadere de regno graue eſt.
I.Si regna quæris,nec poteſt ſceptro manus
Vacare ſæuo/multa:quæ poſſunt peti
In orbe toto:quælibet tellus dabit.
Hinc nota Baccho Tmolus attollit iuga.
Qua lata terris ſpatia frugiferis iacent.
Et qua trahens opulenta pactolus vada
Inundat auro rura.nec lætis minus
Mæandros aruis flectit errantes aquas.
Rapiduſq; campos fertiles Hebrus ſecat.
Hinc grata Cereri gargara.& diues ſolum.
Quod Xanthus ambit niuibus idæis tumens.
Hinc:qua relinquit nomen Ionii maris:
Fauces Abydi Seſtos oppoſitæ premit.
Aut:qua latus iam propior orienti dedit.
Tutamq; crebris portubus Lyciam uidet.
Hæc regna ferro quære/in hos populos ferat
Socer arma fortis.has paret ſceptro tuo
Tradatq; gentes.hoc adhuc regnum puta
Tenere patrem/melius exilium eſt tibi
Quam reditus iſte/crimine alieno exulas:
Tuo redibis/melius vſus uiribus
Noua regna nullo ſcelere maculata appetes.
Quin ipſe frater arma comitatus tua
Tibi militabit.uade:& id bellum gere.
In quo pater:materq; pugnanti tibi

DAN. ¶ Penſare regnum hãc repulſo mihi finge data iam iam liceat permutare penſare & compenſare vt Canſores ſolẽt: modeſtinus ait cõpenſatio eſt debiti & crediti inter ſe cõtributio trahitur aũt a pẽſo quod teſte Marcel.ſignificat equatũr eo quia hinc inclinatione ſunt q̇ pẽduntur donũ ego coniugi datus donum coniugis exul maritus, nõ ero inferior vxore ſi regnabo non conueniunt coniuges vbi vxor marito eſſe ſuperior hic Epigrammaticus vates iſerior matrona ſuo ſit priſce marito, nõ aliter ſiunt fœmina virq; pares. ¶ Lixa: veteres dixerunt aquam lixam inde elixum quicquid aqua mollitur:hinc lixa qui aut lauandi aut coquendi cauſa exercitum ſequitur Marcel.ſcribit cuius auctoritas apud me pluris eſt quam amalthea capra.¶ De regno cadere,in ſeruitutem graue eſt, hinc illud Euripidis polynices ait nullus generoſus pauper μενσ γαρου δ'ευγενησ ανηρ, & phalaris ſcribens ad Democelem, hanc auream ſententiam proponit omnibus tyrannis vt ſe ſuſtineant in regno ne cadant, ωσπερ γαρ ιδειν εστι τασ τυραννιδασ πολλω λυσιτελεστερον εστι το μη τυρ αννησαι η τω τυραννω τυχα ταυτα ιδειν το μη καταλυθηναι την τυραννιδα οσ αρχει. ¶ Tmolus attollit iuga: tmolus nunquã aſſumit.i.inter.t.&.m,ut apud Stra.gręcũ codicẽ & euſtachiũ ſemp legimus:eſt aũt mons Cilicię

croco

eroco fertilis & vino. Mutianus auctor eſt teſtante Pli. hoies centum quinquaginta annos viuere in cacumine huius montis. Zantus: fluuius in phrygia cuius aquam teſtimonio Pli. potantium pecudum lanam efficit flauam etenim ξανθὸν dicit flauus: Sophocles in electra, ἐκ τοῦ σε ἐξ δι τωλιδο ξανθαισ ι σ ϖωλωισ & cætera.

qui non paſſus ſit multa mala. Nec quiſquam: aggrauat rem faciens argumentum a maiori ad minus: maiores habeant regnum iuſte: & affecti ſunt malis, quomodo facient qui regnabunt cum ſcelere. Illa, ſcilicet ſceptra. Rupta: fide & Etheocles, iſtos qui regnauerunt Thebis iam incipit eſſe miſer. Numero, ſcilicet fratrẽ inter iſtos. Et eſt tanti: tante eſtimationis: vt vellem eſſe rex & mori & dare pœnas, vt dederunt illi.

BER. Regna: cum ſcelere notabilis eſt ſentẽtia: melius eſt exultare ſine ſcelere q̃ tenere omnia regna cum culpa & crimine. Grauiora: nunc belli facit aliam ſuaſionem propter dubium euẽtum belli quare credis vincere forte perdes. Dices: habeo plures gentes: ſed hoc non facit uictoriam: quare: ut teſtatur Marcus Tullius: multotiens uidimus in gẽtes copias ſuperari parua manu. Præterea animaduerte. ſi habeas deos fauentes. Tam: eſt non erit honeſta uictoria, nec unquã lętaberis. Mars: deus belli qui ſemper dubius eſt. Impares: quamuis una pars ſit fortior altera. Exequat: equales facit. Cæca fortuna: quæ non poteſt cognoſci uel quæ nullum cognoſcit. nam malis non mœrentibus præmium donat & bene mœrentis relinquit. Fac fauiſſe: ponamus per caſum quod uiceris & habeas deos fauentes. Ceſſere: dedere locum. Et auerſi: fugientes in aliam partẽ. Frangenda: diminuenda quare non habebis lętitiam perfecta. Admittit: facit. Infœlix, nũc exul. Lugebis: ecce nõ poteris gaudere: nam interfecto fratre poſtea lugebis victoriam tuam. Infauſtas, infœlices parentes tuos ne habeant cauſam lugendi. Ne metue, dixerat polynices: ergo mater uis q̧ Etheocles nullas habeat pœnas malorum ſuorum: reſpondet Iocaſta: illum ſatis habiturum ſupplicia: nam malis regibus & præſertim q regnant thœbis regnum eſt pœna: q̃ teſtatur Cicero. in officiis commemorans ſupplicia Dionyſii Syracuſani & aliorum tyrannorum hoc ſi

Fauere poſſint, regna cum ſcelere omnibus
Sunt exiliis grauiora. nunc belli mala
Propone, dubias Martis incerti uices.
Licet omne tecum Græciæ robur trahas,
Licet arma longe miles: ac late explicet.
Fortuna belli ſemper ancipiti in loco eſt.
Quodcunq; Mars decernit, exæquat duos
Licet impares ſint: gladius: & ſpes, & metus.
Sors cæca verſat. præmium incertum petit,
Certum ſcelus. fauiſſe fac votis deos
Omnes tuis, ceſſere, & auerſi fugam
Petiere ciues. clade funeſta iacens
Obtexit agros miles, exultes licet,
Victorq; fratris ſpolia deiecti geras:
Frangẽda palma eſt. quale tu id bellum putas.
In quo execrandum uictor admittit nefas
Si gaudet hunc, quem uincere infelix cupis?
Cum viceris, lugebis. infauſtas, age,
Dimitte pugnas. libera patriam metu,
Luctu parentes. Pol. ſceleris, & fraudis ſuæ
Pœnas nefandus frater ut nullas ferat.
Io. Ne metue, pœnas & quidem ſoluet graues.
Regnabit: hæc eſt pœna; ſi dubitas, auo
Patriq; crede: Cadmus hoc dicet tibi:
Cadmiq; proles; ſceptra Thebarum fuit
Impune nulli gerere. nec quiſquam fide
Rupta tenebat illa, iam numeres licet
Fratrem iter iſtos. Po. numero, & eſt tãti mihi
Cum regibus iacere. Io. te turbæ exulum
Aſcribo: regna: dummodo inuiſus tuis.
Po. Regnare non vult: eſſe qui inuiſus timet.
Simul iſta mundi conditor poſuit deus
Odium, atq; regnum. regis, & magni: reor
Odia iſta premere. multa dominantem vetat
Amor ſuorum, plus in iratos licet.
Io. Qui vult amari languida regnet manu.
Inuiſa nunquam imperia retinentur diu.
Præcepta melius imperii reges dabunt.
Exilia tu diſpone. Po. pro Regno velim
Patriam: penates: coniugem flammis date.
Imperia pretio quolibet conſtant bene.

Turbe Iocaſta: videns filium obſtinatum reſpondet indignata dicens non habeo te pro filio, ſed in numero exulum. Aſcribo adiungo. Regna: habeas regnum dummodo habeas odium tuorum. Regnare: reſpondet polynices hoc non curo mater, qui timet odium non volunt regnare: dictum eſt tyrannice. Regis: ille qui comprimit odia & illos qui habent ipſum odio hic verus eſt rex. Multa. immo melius eſt haberi odio a ſuis q̃ amari: nam multotiens propter amorem ſuorum prohibetur rex facere multa quæ vellet crudeliter in ſuos ſubditos iratos ſibi. Qui vult, is qui amorem quærit timidus eſt, nec audet punire ſuos. Languida: timida. Inuiſa. Iocaſta reſpondet q̧ qui timetur a ſuis non poteſt diu regnare: vt teſtatur Cicero. Malus cuſtos eſt diuturnitatis metus: & ſi dices contrarium reſpondebo q̧ eſt ſtandum peritis in arte: qui regnauerunt ſciunt narrare conditiones regni: ſed tu non regnaſti: vnde eas non bene nouiſti melius diceres de ſtatu exulum quare exulaſti. Diſpone. guberna. Pro regno polynices dicit filios patriam vxorẽ & deos poſſe cõburere dummó regnare poſſit. Quolibet precio. cõterit quod velit regnum dum regno eſt bonum precium: & ita iſta fabula remanet imperfecta non eſt quintus actus nec chori interpoſiti. Cice.

DAN. Ombias martis incerti vices nitit Iocaſta artificio ſe polynicẽ ab armis cũ fratre ꝯferẽdis deterrere: primo ab ancipiti belli ipſius exitu ab imutata deoꝝ volũtate demũ ab ifœlici & nephãda uictoria q̃ nõ de ignoto ſed de fratre retulerit q̃.n. glia eſſe põt vbi peior reſtet uictoris & victi ꝯditio. κοινὰ χωνεύεσθαι λέγουσιν ἀντιφέρειν.

non credis cape exemplum aui tui lai & patris Oedipi: ſi non credis iſtis dicet tibi Cadmus conditor thebarum qui mutatus eſt in ſerpentem: & eius filii & nepotes. Gerere ſceptra, nullus vnquam potuit regnare thœbis

BER. I Te vm. Hæc tragœdia quę inſcribit̃ Hyppolitus iter alias ſentētiis grauibus verbis excultis ornata ē. Argumētū erit eiuſmodi Hyppolitus Theſei & Hyppolitæ amazonis vel Antiope: vt vult poeta fuit, qui dū cælibē ducēs vitā ſeſe venatu exerceret & cōſtanti aio ſpneret mulieres: a phędra nouerca abſente pr̃e amatus ē: cuius turpi deſiderio cū obtēperare noluiſſet: redeunte pr̃e adulterii et crimē nouerca obiecit. Quāobrē theſe. i furorē verſus de filii nece cogitauit. quod metuēs Hyppolitus cōſenſo curru fugā arripuit. Verū dū phocę: q̃ tū forte i littus exierāt equoꝝ ac rotarū ſtrepitu pteritæ ſeſe in mare repēte p̃cipitaſſent: exterriti eq currū cōtentis habenis p ſcopulos: ac ſaxa traxere tāto ipetu: ut cōpagibus diſſolutis ifœlicē iuuenē loris iplicitū diſcerpſerint. Vñ phœdra tacta dolore iteremit ſe: & theſe. poſtea penitētia duct⁹ mi̅to fleuit. diuidit̃ argumētū in. v. actibus. In primo deſcribunt̃ mores Hyppoliti & Phæ. nā Hyppo. itroducit̃ q caſtus erat & remotus a mulieribus intentus venationi: vnde ibi parās venationē, diſponit ſocios & canes ad venandū. In ſcdo actu ponitur attētatio ſtupri a phędra. In. iii. reuerſo Theſei ab inferis cū accuſatione phędræ. In. iiii. nūcius ō morte Hyppo. In. v. mors phędræ: & dolor theſei. Verſus eſt Anapeſticus & Pindaricus: vt vidimus i Hercule furēte. recipit ſpōdeū & dactylū q̃re ſūt ęquales in ꝑtibus. Cecropii athenienſes a Cecrope rege inuitat ad venandum. Sūma iuga: altiores colles interdum dicuntur trāſtra nauium, interdū cōiungunt̃ boues. Vagi, diſperſi vel errantes. Luſtrate: circū ite: inde dñr luſtratiōes urbis. Plāta, pede. Qua. ſ. parte. Carpaneto: lucus in agro athico.



TRAGOEDIÆ INTERLOCVTORES.

Hyppolitus. Nutrix. Theſeus.
Phædra. Chorus. Nuntius.

TRAGOEDIA QVARTA QVÆ INSCRIBITVR HYPPOLITVS.

ACTVS PRIMVS.

Anapæſtici: ſeu pindarici.

HYPPOLITVS.

Ite, vmbroſas cingite ſylnas,
Summaq; montis iuga, Cecropii.
Celeri planta luſtrate vagi.
Quæ ſaxa ſolo Carpaneto
Subiecta iacent / &
quæ Thriaſii
Vallibus amnis rapida currens

q cū in aliis tragœdiis cū maxime in hac vna mirabilē ſe pſtat in qua & figuraꝝ varietate: verboꝝ pōdere: ſniaꝝ acumine: totā materiā ita excoluit, adornauit, vt nihil ex arte p̃termiſerit qđ ad artificioſam cōpoſitionē ptineat: qs pudor: q̃ audacia: quæ ipietas: in filio pudico. in ꝑcaci nouerca: in credulo patre: age quanto artificio iſtiuſmodi pſonaꝝ affectus expreſſit q̃ diſſimili varioq; contextu hæc oia pſecutus eſt. vt oium tragœdiaꝝ cōcilia in huius opis ſcriptionē coactū fuiſſe videat̃, hęc igitur fabula cuius titulus Hyppolitus in qnq; actus diſpartita. primo venationis apparatū p Hyppoli. mox phędrę criminis ꝯfeſſionē ad nutricē, & nutricis cōſiliū. inde inocētis Hyppoliti calōnioſam declarationē ad Theſea patrē poſtea imetitæ mortis nūciū poſtremo Theſei lamētationes amaras ſup filii inocētia & miſerādū obſcœnæ nouercæ exitū cōplectitur Theſeus cōpoſito fœdere cū amazonibus iuxta phanū qđ vocant Orcomoſiō duxit hyppolitā in deliciis ſpectabili forma ex q̃ hyppolitū habuit filiū integerrimi atq; polutiſſimi corporis adoleſcētem forma mr̃i nō degenerē. Ex antiopia. n. ſuſcepit Demophoontē: ut tradit Pinda. thebanus. Hyppolita āt vita functa. Phędrā in vxorem ſumpſit infœliciſſimis auſpiciis q̃ in obſcœnos ac nefarios amores formiſſimi Hyppoliti collapſa eſt, cuius forma adeo: exarſit adeo æſtuauit vt negligēti ſcelus hyppolito ſuſpectas adulterii inſidias ſtrictis enſis expoſitiōe obtulerit. diſtractus itaq; iſons adoleſcēs æqs furibūdis creduli parētis pœnas luit cæteꝝ æſculapii opa & dianę auxilio reformatus i ſecretis deę ſedib⁹ recōditus ē vbi ignobilis uixit uirb⁹ uocitat⁹: cuſtodiuit nem⁹ ægyptiæ nymphę aricinę qđ ē iuxta veletras. xx. mil. paſſ. diſtās ab vrbe Ro. cautū poſtea ne æq ſubirēt illđ nemus. phędra laqueo ſe ſuſpēdit pœnitētia fci. pr̄ theſeus i amariſſimos cōqueſtus ſolut⁹ ē, ſꝫ iā declaratiōis ſumat̃ exordiū, hortat̃ Hyppo. miſtros & ſocios ad venationē. ſcribit āūt hoc carmē metro pidarico dimetro anapeſtico. Venatio primū fuit iſtituta a thebāis, mox trāſlata i phrygas ꝑppea fuerūt loca laconib⁹ & athenięſibus q grauiora ſp ſtudia ſectati ſūt. Ferūt albanos ad venādū canes hr̃e leonib⁹ fortiores: hoꝝ canū ꝓgenitores ex italia i Aſiā traiecit primus Hercules. Aucupii inuentor fuit Vlyxes qui armatas aues attulit greciæ: eſt itaq; venatio & aucupiū nō uſquequaq; culpabile modo pro tpe & loco id fiat.

DAN. Pœnas æquē: aut polynicē plus amas q̃ Etheoclē Iocaſta aut nouo modo terrorem terrore propellit: neq; eſt cōſentaneū vt q̃ velit filios eſſe cōcordes: ca ominet̃ alteri malū vt alter ſit ſoſpes. ergo iſtud cōminiſcit̃ ut efferueſcētē irā polynicis mitiget nō ut ita velit q̃ narrat de Eteocle: qbus eñ minis a dira regnādi cupidine non abſterret̃. ſperta p̃cio quolibet conſtant bene. Daniel. Euripides in Hyppolito inducit Venerē inuidia & odio graui excādeſcētē cōtra Hyppolitū quā nolit amare οσ αρμεϑυσ αωσαισ αμαζονοσ τοχοσ λεςει χαχισ τιν &c. hic alium ordinē ſectatus eſt Anneus Sene. vnus iter latinos & poematis tragici grauitate & eloquētia nequaq̃ cōtēnendus

Niue ry.

BER. ¶ Niue ry. mōtes ſūt ryphei i ſcitia a ppetuo flatu uētorū dicti: nā rypheo greçe dr̄ qd apd nos flo. Vir. iii. geo. Gēs effrena uirū rypheo tōdit euro: aſcēdite mōtes in qbus eſt uix ducta p uētos rypheos. ¶ Hac hac. p aliā ptē. ¶ Aln⁹ arboris. ¶ Texit: dē ſat. ¶ Iacēt: dñr loca plana iacere ſic ut mōtes ſurgere. ¶ Zephyrus, uētus tepidus ſpirās in uere q laxat & aperit terrā latine fauonius dr̄. ¶ Meander: fluuius de quo ſupra dixius: alius ē teſte Soli. q chariā diuidit. hic eſt i agro athenīēſi. ¶ Et ſte. alter aūt abundās: & pingues terras hēt. Aequales. planicie cāpoꝝ. ¶ Piger. q̄re p plāicīē labit. ¶ Amne ma. nō copioſo paucis aqs. ¶ Marathō: fuit ciuitas atticæ diſtans ab athenis paſſus circiter. x. milia ubi pſtigat⁹ fuit exercit⁹ darii pſaꝝ regis cū centū milibus peditū & x. milibus eqtū ab atheniēſib⁹ ſolū. x. milib⁹ armatis ductu milciadis: ut late deſcripſit Hero. li. vii. Saltus: loca ubi ſunt prata & arbores. ¶ Leuo ad manū ſiniſtrā. ¶ Comitate: fere cū ſuis puis fœtib⁹. ¶ Arcanā dur⁹: alii uadāt ad locū ubi mōs arcanā lapidoſus q ē i agro athyco. acarnania vo ps ē epiri teſte Pli. li. iiii. Quā achelous fluui⁹ ab etholia diuidit. ¶ Auſter: uētus meredian⁹: auſter uētus tepidus & notus dicit. ¶ Hymeti: dulcis pp mella: mōs eſt teſte Pli. li. iiii. in attica regiōe q teſte Soli. oium græcoꝝ mōtiū obtinet principatū & floribus ſemp ueſtitus. Oui. li. vii met. Vertit ſe de ſummo ſp florētis hymeti & Iu. de ſocrate ſene loquēs. Dulciꝗ ſenex uicinus hymeto: ex eodē monte marmoꝝ cruſtę & trabes marmorę cauabant: ut inqt Ora. in odis nō ebur neꝗ aureū mea renidet in domo lacunar. nō trabes hymetiæ pmūt colūnas, ultia reciſas aphrica. ¶ Calcet: pedibus. ¶ Aphidnas declinat aphidnę aphidnaꝝ in agro attico: ubi theſeus depoſuit helenā captā, ut Iſocrates dicit. Aphidnus uero fluuius eſt unus ē qnꝗ principalibus theſaliæ: ut refert Hero. lib. vii. Et tarde fluere dicit quouſꝗ illi ꝯmiſcet enipheus: dicēte Luc. lib. i. Iter gurgite rapto aphidnus nūquā celer niſi mixt⁹ enipheo.

¶ Vrget: inſtat ad aquas. ¶ Curuati: quare iminet mari. ¶ Si quē: ſi aliquis eſt qui gloriā uelit in uenatiōe ueniat in agros philippos ubi unus magnus erat ap. Philippi nomen loci. ¶ Metus: appoſitio eſt. ¶ Tacitus: aliqui canes erant: qui taciti appellabant & copula tenebant: unde dicit. Nitte abenas. i. funes. ¶ Lora: retinacula: ut fun⁹ & corigæ. ¶ Moloſſos acres: fortes canes ad perſequendum apros: moloſſa regio eſt europæ quæ poſtea epirus dicta fuit: ubi bonos canes naſci cū a multis refert, tum ab Ora. in epodo: nam qualis aut moloſſus: aut fulus laconica uis, paſtoribus auē per altas aure ſublata niues & Virg. iii. georg. Nec tibi cura canum fuerit poſtrema ſed una. Velocis ſparte catulos: acrēꝗ moloſſum paſce fero pigui canibus ſpartanis ſeu laconicis uelocitas laudatur: in moloſſis fortitudo. ¶ Creſſæ: canes de creta fœminini generis. ¶ Intenta. dū trahunt. ¶ Stricto collo, ubi eſt copula quę tenet collum. ¶ Propiore: uiciniore: ut habeas manum prope collum. ¶ Veniet: quādo erūt excitatæ ferę iſti dimittent. ¶ Nūc de. canes inclinati capite ad odorē qui ſagaces dñr. ¶ Captēt auras odorādo & ſequēdo ueſtigia ferarum odore. ¶ Luſtra. cubilia ferarum. ¶ Preſſo ro. ore iclinato ad terrā. ¶ Lux du. crepuſculū recedēte nocte, nā exeūt mane anteq̄ ſit lux ut recētia ueſtigia feraꝝ ſectent. ¶ Roſcida: humida. cū cadat ros mane. Alius uerſus hic eſt trimeter anapeſticus cōſtat ſex pedibus. ¶ Raras pla. retia rara. ¶ Teretes la. quare de funib⁹ fiūt rotūdis. ¶ Picta: ornata. ¶ Pinna ru. aliquo ornamento facto ut feræ timeant. ¶ Linea fune.

Verberat unda. ſcandite colles
Semper canos niue Riphæa.
Hac hac alii, qua nemus alta
Texitur alno/qua prata iacent,
Qua roriſera mulcens aura
Zephyrus uernas euocat herbas.
Vbi per glacies lenis Eliſſus.
Vbi Meander ſuper æquales
Labitur agros piger, & ſteriles
Amne maligno radit arenas.
Vos, qua Marathon tramite læuo
Saltus aperit, qua comitatæ
Gregibus paruis nocturna petunt
Pabula feræ uos, qua tepidis
Subditus auſtris, frigora mollit
Durus Acarnan. alius rupem
Dulcis Hymeti paruas alius
Calcet Aphidnas. pars illa diu
Vacat immunis/qua curuati
Littora ponti Sunion urget.
Siquem tangit gloria ſyluæ,
Vocat hunc Philipis. hic uerſatur
Metus agricolis uulnere multo
Iam notus aper. at uos laxas
Canibus tacitis mittite habenas.
Teneant acres lora moloſſos.
Et pugnaces tendant Creſſæ
Fortia trito uincula collo.
At Spartanos (genus eſt audax
Auidumꝗ feræ) nodo cautus
Propiore liga. ueniet tempus
Cum latratu caua ſaxa ſonent.
Nunc demiſſi nare ſagace
Captent auras, luſtraꝗ preſſo
Quærant roſtro, dum lux dubia eſt.
Dum ſigna pedum roſcida tellus
Impreſſa tenet. alius raras
Ceruice graui portare plagas,
Alius teretes properet laqueos.
Picta rubenti linea pinna

DAN. ¶ Marathon: cāpus marathoni⁹ & urbs ſic dicta a marathō milite caſtoris & polucis q p redimēda helena atticam obſedere: ut tradit Plutar. in theſeo. ¶ Aphidnas: lege aphidnas nona pidanas locus in attica ubi helena occultauit Theſe⁹ fratrib⁹ tindaridis: ſed illa idicauit academ⁹ cui uiuo honores ſunt habitia tidaridis a quo achademia atheniēſis dicta eſt licet Dicearcus uelit ab ecedemo torqueri in mutatis litteris qui metuit ſub Tindaridis aphidne celebrant morte Aliꝗ manu theſei ut ex hoc epigrammate colligitur. Hunc in aphidnæ a tractantem prælia terra. Auricomæ Theſeus helenæ ſucenſus amore, Strauit atrox: miſerumꝗ indigna morte præmet.

¶ Suniū: græce ſuniū pmontoriū eſt terræ atticæ & uilla nobilis quæ eiuſdē ſunii appellat, hæc inſula deſerta & aſperſa eſt longitudinis paſſuū. vii. miliū ꝓrumpēs in mari: ideo debet hēre multas feras: nam diu eſt ꝙ nullus huc acceſſit. ¶ Vacat: ceſſat. ¶ Immunis: quę nihil dedit nobis

Vano claudat terrore feras.
Tibi libretur miſſile telum.
Tu graue dextra, læuaqꝫ ſimul
Robur lato dirige ferro.
Tu præcipites clamore feras
Subſeſſor ages. tu iam uictor
Curuo ſolues uiſcera cultro.
Ades en comiti diua uirago.
Cuius regno pars terrarum
Secreta uacat. cuius certis
Petitur telis fera/quæ gelidum
Potat Araxem.
Et quæ ſtanti ludit in Iſtro.
Tua getulos dextra leones.
Tua creteas ſequitur ceruas.
Nunc ueloces figis damas.
Leuiore manu
Tibi dant uariæ pectora tigres.
Tibi uilloſi terga biſontes.
Latiſqꝫ feri cornibus Vri,
Quidquid ſolis paſcitur aruis.
Siue illud inops nouit Garamas.
Siue illud Arabs diuite ſylua.
Siue ferocis iuga Pyrenes.
Siue hyrcani cælant ſaltus.
Vacuiſqꝫ uagus Sarmata campis.
Arcus metuit Diana tuos.
Tua ſi gratus numina cultor
Tulit in ſaltus retia uinctas
Tenuere feras.
Nulli laqueum rupere pedes.
Fertur plauſtra præda trementi.
Cum roſtra canes ſanguine multo
Rubicunda gerunt repetitqꝫ caſas
Ruſtica longo turba triumpho.
En diua faues.
Signum arguti miſere canes.
Vocor in ſyluas/hac hac pergam,
Qua uia longum compenſat iter.

BER. ¶Claudat ua. ubi nõ opus eſt ut timeant illa: ſed potius laqueos & uenatores. ¶ Tibi li. uertit ſe ad aliũ. ¶ Leua & dex. utraqꝫ manu nam ita tenet uenabulum. ¶ Subſeſſor: inſidiator. ¶ Subſidere: eſt remanere: aliquãdo ſtare in inſidiis: unde ſubſeſſores dicunt. ¶ Præcipites: fugientes & perturbatas. ¶ Ages: inſequaris. ¶ Viſcera: ſolet captis feris extrahere illis uiſcera. ¶ Ades: iam facit notum ad dianã ut ſit ſibi propitia. ¶ Virago: diana uenatrix. ¶ Comiti. ſ. mihi qui ſequor ſtudium tuũ. ¶ Vacat: ſeruit. ¶ Pars ſecreta: loca deſerta i qbus habitãt feræ. ¶ Certis: non fallentibus. ¶ Quæ por. ar. uolẽs dicere oẽs feras mundi uenit ad aliquas ptes ſpeciales: araxes fluuius eſt armeniæ: dicente Luc. li. vii. Armeniũqꝫ bibit romanus araxẽ ſup hũc Alexander magnus põtẽ fecit quẽ fluuiũ icremẽta nõ multa poſt ruperũt. Auguſt⁹ uero firmiori põte eũ ligauit. unde dicit Vir. Et põtẽ indignatus araxes. ¶ Hiſtro: fluuio q & danubius dr̃. Stãtẽ: cõgelato ut ſup eũ ludant feræ: p hæc loca itelligit ptes ſeptentrionales. ¶ Getulos leo. getulia regio eſt i aphrica q̃ ab oriẽte mõtuoſa ẽ elephantos gignit & leones. ut Mar. Traducta eſt getulis: nec cœpit harena nocentes. ¶ Cretas, q̃ ſunt in creta q̃ inſula eſt ubi multi ſunt ceruiibiqꝫ naſcit̃ dictam⁹ quo uulnerati ſanant̃. ¶ Nũc: iterdũ. ¶ Figis: vulneras. ¶ Dãnas qd̃ genus ẽ capræ ſilueſtris: & ptẽr maſculini eẽ ĝ fœmini. Vir. Cũ canibus timidi uenient ad pocula dãmæ: & Ora. Et ſuperiecto natarũt æquore dammæ. ¶ Leuiore ma. q̃re debiles, vulnerant̃ leui ictu. ¶ Variæ tigres: quare hñt pellẽ maculoſam: tigris eſt aial truculẽtũ & uelociſſimũ: ita ut ſagittã hircana liguã id nomẽ idicet. ut Pli. li. viii. eodẽ noie ex eadẽ cã fluui⁹ tygris dr̃ q ex mõte perſides armeniæ pfluit. ¶ Dãt, offerũt. ¶ Pectora: q̃re nõ fugiunt. ¶ Tibi ſupple terrum dant. ¶ Biſontes: ſunt aialia tãq̃ boues ſilueſtres q̃ naſcũtur i germania ad ptes ſeptẽtrionales fortes feræ, nõ ſunt bubali ut vulgo dicunt bufalas: ſed aliæ beſtiæ. ¶ Villoſi: piloſi. ¶ Terga: quare fugiunt: nec expectãt ut tigris. ¶ Quicqd: qcqd eſt in oibus locis uel in oriẽte: uel in occidẽte. ¶ Solis: oriẽtis ubi orit̃ ſol. ¶ Garamas iops: q̃re eſt in locis harenoſis: nã garamãtes ppl̃i ſunt libyæ pſillis cõ-

Domos ſorores una corripuit duas.
Te genitor: at me natus. en ſupplex iacet
Allapſa genibus regiæ proles domus,
Reſperſa nulla labe, & intacta, innocens
Tibi mittor uni/certa deſcendi ad preces.
Finem hic dolori faciet, aut uitæ dies.
Miſerer amãtis. Hyp. Magne regnator deũ
Tam lentus audis ſcelera? tam lentus uides?
Ecquando ſæua fulmen emittes manu?
Si nunc ſerenum eſt, omnis impulſus ruat
Æther. & atris nubibus condat diem.
Ac uerſa retro ſydera obliquos agant
Retorta curſus/tuꝙ ſydereum caput
Radiate Titan tu nefas ſtirpis tuæ
Speculare/lucem merge/ & i tenebras fuge.
Cur dextra diuũ rector: atꝙ hominũ uacat
Tua? nec triſulca mundus ardeſcit face?
In me tona/me fige/me uelox cremet

coacte ab amore ut tibi uni
ſeruiã: cum antea i nulla par
te fuerim digna reprehenſio
ne: hodie finiam labores me
os uel morte uel mihi obſe/
quens eris. ¶ Proles: ergo fi/
lia regis minois: unde debes
magis moueri. ¶ Certa: in
hac intentione. ¶ O magne.
hyppolit. audiens nefandam
petitionem phæ. exclamans
ad iouẽ rogat ut mittat ful/
men. ¶ Verſa: ne uideãt tam
dirum ſcelus quod factum fu
it in fabula thyeſtis: ut uidi/
mus. ¶ Retorta: non proce/
dentia ſecũdum curſum ſuũ.
¶ Radiate titan: ſol qui ha/
bet caput cinctum radiis ſu/
ſtinebit uidere nefas ſtirpis
tuæ: ideſt neptis tuæ phæ/
dræ. ¶ Mergæ: dicuntur ſy/
dera mergere ſe in oceano.
¶ Cur dextra: iterum dicit
ad iouem: quid ceſſas ſi non
uis fulminare iſtã ſaltem ful
mina me. ¶ Face, triſulca ful
mine triangulari.
ℭ Penitus: i penitiſſimis oſ/ DAN.
ſibus hæret amor uenenum
eſt amor: & cæcus ignis re/
pit & capit. ¶ Monſtri gno/
ſi: ideſt minotauri qui laby/
rintho concidit in thalamo.
¶ Cum prima: cum tenera
iam lanugine flaceſcerẽt ma
le quod gręci dicunt ϖωγωνι
ασμε quo uerbo utitur ſæ/
pe appollonι⁹. ¶ Tuę phæ
bes: quemadmodum ſol fra/
ter phæb⁹ dicitur ita & dia
na ſoror phæbe quaſi φοι
βιω nunquam enim flecti/
tur ſenecta ſed ſemper impu
beres & flauo uultu horum
alterum ſequebatur in ſiluis
hyppolitus alterum refere/
bat auctore generis phædra
propter circen deam ææam
Hoſti: ideſt Ariadnæ filiæ
minois hoſtis tu quia te mõ/
ſtro exponebat commendãa
hyppo. a forma oſtendit clã
quid uelit ab eo impetrare
oſcula & coitum. ¶ Te te, re
petitio facta per epizeuxim
ad effectum ueneremu ad cau/
ſam parem. ¶ En ſupplex:
pathos ab habitu & forma.
¶ O magne regnator: hor/
ruit hyppoli. ad impudicas
præces nouercæ & uocife/
rabundus iouem ad ruinam
ætheris ſolem ad perpetuas
tenebras laceſſit: ut Iuuena.
Agũt ſuperi magna ocia cœ
lo quaſi: obdormiſcant ſcele
ra mortalium poſtremo, cõ/
uitiatur nouercæ toruo & rigido uultu.

BER.

Tranſactus igoīs/ ſum nocens/merui mori.
Placui nouercæ/dignus an ſtupris ego?
Scelerīq; tanto uiſua ego ſolus tibi
Materia facilis?hoc meus meruit rigor?
O ſcelere uincens omne fœmineum genus.
O maius auſa matre monſtrifera malum.
Genitrice peior.illa ſe tantum ſtupro
Contaminauit.& tamen tacitum diu
Crimen biformis partus exhibuit nota.
Scelusq; matris arguit uultu truci
Ambiguus infans/ille te uenter tulit.
O ter,quaterq; proſpero fato dati,
Quos hauſit,& premit,& leto dedit
Odium,doluſq;.genitor inuideo tibi.
Colchide nouerca maius hoc mai⁹ malũ eſt.
P.Et ipſa noſtræ fata cognoſco domus
Fugienda petimus/ſed mei non ſum potens.
Te uel per ignes,per mare inſanum ſequar,
Rupeſq;,& amnes unda quos torrens rapit.
Quacũq; greſſus tuleris,hac amens ſequar.
Iterum ſuperbe genibus aduoluor tuis.
H.Procul ipudicos corpore a caſto amoue
Tactus/quid hoc eſt?etiam in amplexu ruit.
Stringatur enſis/merita ſupplicia exigat.
En impudicum crine contorto caput
Læua reflexi.iuſtior nunquam focis
Datus tuis eſt ſanguis arcitenens dea.
P.Hippolyte nũc me compotem uoti facis.
Sanas furentem/maius hoc uoto meo eſt,
Saluo ut pudore manibus immoriar tuis.
H.Abſcede,uiue,nequid exores,& hic
Contactus enſis deſerat caſtum latus.
Quis eluet me Tanais?aut quæ barbaris
Mæotis undis pontico incumbens mari?
Non ipſe toto magnus oceano pater
Tantum expiarit ſceleris,o ſyluæ,o feræ.
N.Dprehẽſa culpa ẽ. aie qd ſegnis ſtupes?
Regeramus ipſæ crimen/atq; ultro impiam
Venerẽ arguamus/ſcelere uelãdũ eſt ſcelus.
Tutiſſimum eſt iferre,cum timeas, gradum.
Auſæ priores ſimus,an paſſæ nefas:

Tranſactus igois: ipſum fulmen tranſmiſſum p pectus meũ. Placui nouercæ,ppter formã meã placui. Ego: habet emphaſim. Solus,cũ eſſent tot iuuenes delicati in urbe cũ qbus poteras ſperare ſtuprũ & ſic dirigit ſermonẽ ad phædrã. Materia: dicit̃ circa quã quid ɔponit̃. Facilis.ſ.ad flectendum. Rigor:aſperitas:quia nunq̃ flexi aium ad mulierẽ. Matre mõſtrifera: paſiphae quæ ex tauro peperit mõſtrũ minotaurũ:ſed tu es peior: illa rexit ſcelus ſuum tu uero facis apte. Exibuit: patefecit. Nota: ſ. idicio prius. Biformis: qui erat medius taurus & medius hõ: ideo nõ potuit celare. Ambiguus: minotaur⁹ q hẽbat duoꝝ naturã. Arguit,pbauit. Truci: taurino. Ille uen.ſi quis nõ crederet te filiã paſiphęs, hoc ſatis demõſtrat q̃ es mõſtruoſa ſicut illa fuit. Ter & quater: faciunt numeꝝ ſeptenariũ qui ut ſcribit Macro.pfectiſſim⁹ habet̃: unde Virg. terq; quaterq; beati.i. beatiſſimi. Proſpero facto fœl ci morti: beati fuerũt illi q occiſi ſunt a nouercis magis q̃ ego qui amor nefando amore. Inuideo,uolu iſſem hrẽ talẽ nouercã quẽadmodũ tu pr̃. Colchide: medea de colcho inſula q̃ fugi⁹s ab iaſone nupſit ægeo patri theſei priuignũ ſ. theſeum uenenare uoluit: illud ẽ maius nefas. Et ipa phæ. reiicit crimen in amore: dicens eſſe fatale ſuæ domus ut ſemp fugienda appetant. Procul: cũ uellet illa tangere genua hyp reiecit ipſam a ſe. In am.dum reiceret ipſam brachiis apertis furibunda currebat in eum. Ruit: de ipa phæ ira loquit̃ in.iii.pſona. Stringat̃,euaginet̃: melius eſt ut interficiã ipſam q̃ patiar talis amplexus. Exigat: ſuſtineat. En ipu.erãt ante altaria dianæ: iõ hyp. tenens phœdrã per capillos nudato gladio alloquit̃ dianam dicẽs ſacrificaui tibi uictimas multotiens q̃ nõ conueniebant tm̃ ſicut hæc ſcelerata & ipudica. Læua: ſiniſtra impudicũ: mulieris ipudicæ. Cõtorto: implicato manib⁹ meis. Architenẽs: diana dea uenatiõis q̃ tenet arcum. Sanguis uictima. Nunc me: rogat phœdra mortẽ per manus hyp. Cõpotẽ uo.facis me hrẽ qd̃ cupiebam tecũ cõcumbere ſaltẽ moriar ſaluo pudore. Abſcede: negat illi mortẽ Hyppo.& iubet ut diſcedat,nec ore amplius eum. Contactus,quẽ tetigiſti. Deſerat: latus .ſ.meum: nõ accingã amplius illum. Tanais: fluuius de quo ſupra. Meotis: palus de qua ſimiliter ſupra: hęc habet deſcenſum in mare põticũ hoc eſt euxinũ: q̃ erũt aquæ longinquæ quę me cõtaminatũ cõtractu nouercæ lauare poſſint & expurgare. O ſyluæ exclamat hyppolitus dicens: melius eſſe ducere uitã in ſyluis & inter feras: ubi nõ ſunt iſta ſcelera. Deprehẽſa: nutrix nõ longe aberat cũ phœ.& hy.talia agerent: unũ dicit uideo hyp.noluiſſe conſentire dñæ meæ: & culpam ipſius eſſe detectã: unde crimen eſt reiciendum in ipſum hyppo cũ fuerint in loco dubio: ubi nulli teſtes interfuerunt ſi primo clamemus omnes credent hyppo.uoluiſſe ſtuprare nouercã. Deprehenſa: detecta: deprehẽdi eſt in ſcelere inueniri ita ut non poſſit negari. Regeram⁹: retro geramus ideſt reiiciamus crimen in hyppolitum. Vltro: prio & ſpõte. Arguamus: accuſemus Venerẽ ſtuprum tentatum. Scelere: ſi uolumus occultare noſtrum ſcelus op⁹ eſt ut faciamus aliud. Tutiſſimum: facit ſimilitudinem ſicut ille qui timet ſi fingat ſe audacẽ interdum uadit ſecutus ſi erimus pr̃ mæ quæ accuſemus creditur nobis. Ferre gradũ: inuadere primo hoſtẽ.

Biformis: minotauꝝ hominẽ & bouẽ extra eſt utero crimẽ onuſq; ſuo. Tu uel per ignes,parata ſum ſuſtinere oẽs incõmoditates: fretũ patiar & ignes quacũq; greſſus tuleris te ſequar eodẽ affectu ad loquit̃ ppertius cinthiã. Nil ego nõ patiar nũquã me iniuria mutat. Ferre ego formoſam nullã on⁹ eſſe puto: & in epiſtola ad eũdẽ hyp.phœ.ipſa comes ueniã nec me ſalebroſa mouebũt ſaxa nec obliquo dẽte timendus ap. Procul ipu.ne me impudico atactu pollue ſcelerata faces hic ego te iproba trucida boni parcas manibus. Arcitenẽs: dea apoſtrophe ad deliã quã uocat arcitenẽtẽ ſicut Home. παρθενον ιοχεαιραν ... Deprẽſa: pfida nutrix,p pitrix lena ipulitrix maloꝝ artifex temerariſſima ad oẽ ſcelus parandũ hic machinat̃ cædẽ hyppoliti hic ſtupri reum hyppolitũ facit argumento ſtricti gladii: mihi iubet inſurgere merito in hanc prædictam canem uerbis Ouidii cõtra lenam Dii tibi dent o nutrix lena: dii dent nulloſq; lares in opemq; ſenectam & lõgas hyemes perpetuamq; ſitim.

DAN.

Secreta:

Secreta cum ſit culpa, quis teſtis ſciet?
Adeſte Athenæ, fida famulorum manus
Fer opē, nefandi raptor Hyppolit⁹ ſtupri
Inſtat, premitq́. mortis intentat metum.
Ferro pudicam terret, en præceps abit.
Enſemq́ trepida liquit attonitus fuga.
Pignus tenem⁹ ſceleris. hāc mœſtā prius
Recreate, crinis tractus, & laceræ comæ,
Vt ſunt, remaneant, facinoris tanti notas
Referte ī urbem, recipe iam ſenſus hera.
Quid te ipſa lacerās oīum aſpectū fugis?
Mens impudicam facere, nō caſus, ſolet.

SAPHICI VERSVS.
CHORVS.

Fugit inſanæ ſimilis procellæ,
Ocyor nubes glomerante coro,
Ocyor curſum rapiente flamma,
Stella cum uentis agitata longos
Corripit ignes.
Conferat tecum decus omne priſcum
Fama miratrix ſenioris æui.
Pulchrior tanto tua forma lucet,
Clarior quanto micat orbe pleno,
Cum ſuos ignes coeunte cornu
Iunxit, & curru properante pernox
Exerit vultus rubicunda Phœbe.
Nec tenent ſtellæ faciem minores,
Qualis eſt primas referens tenebras
Nuntius noctis, modo lotus undis
Heſperus, pulſis iterum tenebris
Lucifer idem.
Et tu thyrſigera liber ab India,
Intonſa iuuenis perpetuum coma,
Tigres pampinea cuſpide territans,
Ac mitra cohibens cornigerum caput,
Non uinces rigidas Hyppoliti comas.
Ne vultus nimium ſuſpicias tuos.
Omneis per populos fabula diſtulit.
Phædræ quem bromio prætulerit ſoror.

BER. ¶Secreta: cū nullus ſciat hoc factum: & facta iſta deliberatione incipit clamare. ¶Adeſte athenæ: uenite atheniéſes ad fauorē noſtrū: & uos famuli ferte opē reginæ: hyppolitus raptor ſtupri .i. ſtuprator. ¶Præmit: urget ipſam ¶Intētat: minat̄ mortē niſi uelit ſibi morigera eſſe. ¶Enſe demonſtrat illum uerissimo argumento q̄ fugiat relicto enſe. ¶Pignus .i. probationem habemus iſtum gladiū ut credat nobis. ¶Hanc: mœſtam intelligendū eſt q̄ uenerat turba cui nutrix dicit recreate reginam attonitam: & linquite crines ſparſo ut ſunt ut aperte omnes uideant hyppolitū intuliſſe manum illi. ¶Notas: ſigna. ¶Recipe modo uertit ſermonem ad ſuam phœdram dicēs ſcio q̄ es attonita: ſatis eſt q̄ es pudica: & habes mentem bonā: in quæ nō poteſt uiolari neq́ perdi. ¶Fugis: phędra fugiebat ꝓpter uerecūdiam: ſed nutrix aſtuta uertit in aliā partem. ¶Mens: intentio. ¶Non caſus: ꝓpter caſum nō dr̄ ipudica niſi aius conſenſerit.

Fugit inſanę: introducitur chorus uidens hyppolitum fugiētē in ſiluas & dolet q̄d cognoſcit eum falſo accuſari: unde laudans pulchritudinem eius perſuadet illi ne habitando ſiluas florem ſuæ ætatis pdat qui cito eſt periturus: uerſus eſt ſaphicus: ut ē hercule furente natus euriſtheus. ¶Fugit .ſ. hyppolit⁹. ¶Choro glomerante: uēto meridionali cogente & dēſante nubes. ¶Flāma uelocior q̄ ſit flamma quādo de cœlo ſtellæ uidentur cadere. ¶Agitata: addit rationē naturalem: quia eſt uapor eleuatus ita a uentis inflāmatus. ¶Conferat: comparet modo uertit ſermonem ad hyppolitum laudando illius pulchritudinē: iactet antiquitas omnes ſuas formas non erit ulla quæ hyppolito comparari poſſit. ¶Clarior: comparatio quando luna completis cornibus cęteras ſtellas ſuo ſplendore uincit ita tu omniū formas ſuperas. ¶Orbe pleno: rotunditāte perfecta. ¶Ignes: ſplendorem. ¶Coeunte: cōiugente ſe. ¶Properante: quod luna inferior habet breuiorem circulū: ideo ſingulis menſibus cōplet curſum ſuum. ¶Pernox: apparens per totam noctem. ¶Exerit, emittit. ¶Phœbe, luna. ¶Lotus: quare uidet̄ exire de oceano. ¶Pulſis: de mane & tūc lucifer appellat̄ idē qui nocte heſper⁹. ¶Liber: bacchus cōparat ipſum baccho quādo uenit de india & uſum uini dedit. ¶Thyrſigera, quæ portat tyrſum in honorem ſacrorū eſt quod mutatur uerſus & eſt aſclepiadeus. ¶Perpetuum: quare ſemper iuuenis & comatus. ¶Tigres: qui dicuntur iuncti currui bacchi. ¶Pampinea: plena pampinis uitium. ¶Mitra: qua lydi utebantur. ¶Cornigerum: pingebatur bacchus cum cornibus. Oui. Accedant: capiti cornua bacchus eris. ¶Cohibens: ligās. ¶Rigidas, incultas. ¶Nec vultus, comparat etiam ipſum hyppolitum theſeo patri cui⁹ formoſiſſimi amore capta fuit ariadne quādo iuit in cretam. ¶Tuos ad Theſeum loquitur per circuitionem. ¶Soror phœdræ .i. Ariadnæ. ¶Prætulerit: præpoſuerit quaſ magis illū amabat. ¶Bromio .i. baccho cui ipſa Ariadnæ relicta a Theſeo in chio īſula poſtea nupſit baccho. ¶Suſcipias: admireris. ¶Fabula: rumor omniū diſperſus.

DAN. ¶Fugit inſanę. Quintum carmen Hyppoliti: cuius initium ſcribitur metro ſapphico & adonico: medium aſclepiadeo uel corimbico & tu tyrſigera & cętera. finis uero trimetro iābico. Quis fuit: confertur fuga Hyppoliti inſano turbini: mox pulchritudo eius commendatur poſtremo narratur Theſei ab inferis reditus: loquitur chorus & hortatur ad luſus & uenerem. ¶Procellæ procella propter nubes rupta & in pronum ſoluat quam gręci τ ... καταιγίδα ec. cadit præceps & uehemēs acriſq́ & plurimo cum labore: accipitur p æſtu maris nonnunquam unde procelloſum mar̄ ocior curſum: fluxit uelociter fulgetra & uapore igneo in aere nubilo coruſcante dicimus: aut in æſtiua nocte præterfugiente iaculo flammeo iter ipſas ſtellas quam comparationem uidetur Se ec. de induſtria ab appollonio accepiſſe ubi filii boreæ inſectantur harpyas ευ ταει λαειαδε υκε ιε νε τερο πωι ως αωροφατοι νεφιο ον εξαλ μεναι εδευοντο. Qualis eſt primas nitet facies tua qua nitet Heſperius idem lucifer ſtella Veneris præ nitore iter alias ſingulari & pulcherrime hanc item parabolam cōmodato accepit ab appollonio qui comparat pollucem pugnantem cum amico ſtellæ uespertinæ οδ ε ουρανι οσ ασ ταλειτοδ εασ τερι τευ δεαριδ εασ, ου πιρκαλλ. ſtas ταδ ει εσ πε ριιν δ ειανεκτα φαεινο μενου σμάρυγαι.

¶Et thyrſigera: bacchus puer gerit capite gemella corniculo qualia heduli lactentis & mitra cingitur intonſas comas q̄ uinum colerat genas & in ſuperbiam erigat dantur intonſæ comæ Phœbo & libero q̄ utriuſq́ numinis eadem ſit uirtus: ut ſcribit Theodoſius Ouidi. ad amicam. Formoſæ periere comę quas pulcher appollo, quas uellet capiti bacchus ineſſe ſuo.

Anceps forma bonum mortalibus,
Exigui donum breue temporis,
Vt uelox celeri pede laberis.
Non ſic uere nouo prata decentia
Aeſtatis calidæ diſpoliat uapor.
Sæuit ſolſtitio cum medius dies.
Et noctem breuibus præcipitat rotis.
Langueſcunt folio lilia pallido,
Et gratæ capiti deficiunt roſæ,
Vt fulgor, teneris qui radiat genis
Momento rapitur, nullaq; non dies
Formoſi ſpolium corporis abſtulit.
Res eſt forma fugax, quis ſapiens bono
Confidat fragili? dum licet utere.
Tempus ſed tacitum ſubruit, horaq;
Semper præterita deterior ſubit.
Quid deſerta petis? tutior auiis
Nõ eſt forma locis. te nemore abditum,
Cum Titan medium conſtituit diem,
Cinget turba licens Naiades improbæ,
Formoſos ſolitæ claudere fontibus.
Et ſomnis facient inſidias tuis
Laſciuæ nemorum montiuagæ deæ,
Panes quas Driadas montiuagi petunt.
Aut te ſtellifero deſpiciens polo
Sydus poſt ueteres Arcadas editum
Currus non poterit flectere candidos.
Et nuper rubuit, nullaq; lucidis
Nubes ſordidior uultibus obſtitit.
At nos, ſolliciti lumine turbido
Tractam Theſſalicis carminibus rati,
Tinnitus dedimus, tu fueras labor,
Et tu cauſa moræ, te dea noctium
Dum ſpectat, celeres ſuſtinuit uias.
Vexent hanc faciem frigora parcius.
Hæc ſolem facies rarius appetat.
Lucebit pario marmore clarius.
Quam grata eſt facies torua uiriliter.
Et pondus ueteris triſte ſupercilii.
Phœbo colla licet ſplendida compares.
Illum cæſaries neſcia colligi
Perfundens humeros ornat, & integit.
Te frons hirta decet, te breuior coma
Nulla lege iacens. tu licet aſperos,
Pugnaceſq; deos uiribus arceas,
Et uaſti ſpatio uincere corporis.
Aequas Herculeos iam iuuenis toros.
Martis belligeri pectore latior.
Si dorſo libeat cornipedis uehi.
Frenis caſtorea mobilior manu

BER. ℭ Anceps forma: exhortans hyppolitum ut forma ſua utitur: eius fragilitatẽ & breuitatem demõſtrat. ¶ Anceps, incertũ laboris: o forma tu cito fugis. ¶ Vt pro quãtũ & hic eſt uerſus anapeſticus anceps forma. ¶ Non ſic: uerſus aſclepiade⁹: facit ſimilitudinẽ pulchritudinis fugiẽtis. ¶ Decẽti. pulchra. ¶ Solſtitio. ſ. æſtiuali: qñ ſol eſt in cancro: & tũc ſol incipit recedere quare natura cancri eſt recedere. ¶ Rotis: curſu ¶ Præcipitat: accelerat. ¶ Lãgueſcũt deficiũt & marceſcũt. ¶ Gratæ. quare ex illis fiũt coronamenta. ¶ Vt quemadmodum. ¶ Fulgor: pulchritudo. ¶ Momento: minima parte tẽporis. ¶ Nulla nõ. i. quælibet dies ſi negatio præcederet diceretur aliqua dies. ¶ Abſtulit: continue diminuitur pulchritudo: ideo q̃libet dies aliquid aufert pulchritudinis noſtræ. ¶ Spolium: prædam & priuationẽ. tacitũ: tp̃s qđ fugit nobis nõ ſentientibus: ſic Oui. tacitiſq; ſeneſcim⁹ annis. ¶ Subruet: deſtruet. ¶ Subit: ſequit̃ & ſuccedit & ſemper facit deteriores. ¶ Quid de. hyppolite. quid petis ſiluas: nõ eſt ibi etiã forma tua: ſũt enim nymphæ quæ te ſollicitare põt. ¶ Auiis: ſecretis ubi nõ eſt uia trita. ¶ Conſtituit titan quãdo ſol firmauerit & fecerit mediũ diẽ ibis ad umbras ubi te nymphę complecti poterunt. ¶ Turba li. licentioſa turba nympharũ appoſitiue naiades. ¶ Solitæ: claudere tradit̃ ad fontes ſuos ſicut fecerunt hylam & narciſum ¶ Deæ nemorum. ſ. dryades. ¶ Panes monti. dei paſtorum habitantes mõtes. ¶ Aut te: diximus quemadmodũ materia tragœdiæ eſt grauis tamen in choro datur licentia laſciuiendi; dicit igit̃ qđ luna etiã capietur amore ipſius: & deſcẽdet ad eum quẽadmodum ad endimionẽ & qđ hoc fit uerũ pbat dicens ſuperioribus dieb⁹ uiſa eſt luna rubea putabatur q; incãtationib⁹ theſſalicis laborare & ut ſuccurrerẽt illi ne audiret illas incãtationes pulſabãt tympana ſed illa nõ erat cauſa ſed tu quem ipſa ſequebatur unde uolens dicere lunã dicit. ¶ Sidus editum: poſt archadas qui populi ſunt in peloponeſo. antiquiſſimi omniũ hic ſe iactabant natos prius q̃ luna. ¶ Editum: natum. ¶ Sidus, luna. ¶ Rati: q putauim⁹

¶ Tinitus: ſonos tympanorũ & clypeorũ. ¶ Tu la. tu eras cauſa illius laboris & ruboris lunæ. ¶ Moræ. tardatiõis. quare uidebat̃ herere. ¶ De: luna. ſuſtinuit: retinuit & firmauit. ¶ Celeres: quia breuis pficit curſum citius cęteris planetis. ¶ Vexãt deſtruũt. ¶ Parcius: minus. ¶ Appetas: erat ad ſolem: ut diutius ſerues pulchritudinẽ tuã. ¶ Pario: candidiſſimo marmore: paros inſula inter cyclades in mari ægeo. ¶ Quam grata: admiratiue. ¶ Pondus triſte: grauitas auſtera. ¶ Supercilia: rõne uerſus pro ſupercilii & capit̃ ſupcilium pro pilis: qui in eminẽtia oculi ſũt: ibiq; grauitas hominis cognoſcit̃. ¶ Phœbo: cõparat Hyppolitus appollini. ¶ Colligi: quæ nõ colligit̃ circa caput. ¶ Illum. ſ. phœbum ille habet longos cris & ornatos: tu uero breues & irtos & ita eſt diſparitas in crinibus. ¶ Hirta: piloſa & rudis. ¶ Decet. decentem & placentẽ facit. ¶ Nulla lege: nullo cultu & ordine. ¶ Tu licet: laudat ipſum a fortitudine corporis. ¶ Pugnaces deos. ſ. panes. ¶ Spacio magnitudine. ¶ Thoros: pulpas & muſculos brachiorum: in quibus cognoſcitur robur hominis. ¶ Latior pectore: martis qui ſcribit a poetis pectoroſus: nam latum pect⁹ fortitudinẽ demõſtrat. ¶ Cornipedis. i. equi habentis pedes ex cornu: ſi tu equitas es ſimilis caſtori fratri helene qui periciſſimus erat in agẽdis equis. ¶ Mobilior: in gubernando frenum.

DAN. ℭ Archadas ueteres: ſcribit Plu. ueteres fuiſſe conſuetudinis apud Archadas in ſiniſtro calciamẽto ferri lunam quod ſequentibus multo poſt annis Romani patricii tantum receperũt: creditũ ẽ eos ante lunares extitiſſe quos græci uocant τοισ προσ ελινασ extra robora annoſa primum nati ſũt unde Homer⁹ αυμενωοσ ισ ι νασωοδ ιριοσ ουδ ιασω ωιι τρασ τ αιαριδ εμεναι τε ωα ρετνοσ ι ιεοσ τε. Oui. & Maro idem cecinere: & iuuenalis qui rupto robore nati compoſiti q; luto nullos habuere parentes: ¶ Tinnitus: mouimus crotala auxiliãtes lunæ in carmina Theſſalorum perſentiſſere crediderimus tua forma potius quam cantibus hoc accidiſſe.

ℭ Sparta

Spartanum poteris flectere Cyllarum.
Amentum digitis tende prioribus.
Et totis iaculum dirige uiribus.
Tam longe dociles ſpicula figere
Non mittent gracilem Cretes arundinem.
Aut, ſi tela modo ſpargere Parthico
In cœlum placeat, nulla ſine alite
Deſcendent tepido uiſcere condita.
Prædam de mediis nubibus afferes.
Raris forma uiris(ſæcula proſpice)
Impunita fuit. te melior deus
Tutum prætereat, formaq; nobilis
Deformis ſenii limina tranſeat.
Quid ſinat inauſum fœminæ pceps furor?
Nefanda iuueni crimina inſonti apparat.
In ſcelere quærit crine lacerato fidem.
Dec⁹ omne turbat capitis, humectat genas.
Inſtruitur omnis fraude fœminea dolus.
Sed iſte quis nam eſt regum in uultu decus
Gerens, & alto uertice attollens caput?
Vt ora iuueni paria Perithoo gerit,
Niſi languido candore pallerent genæ
Staretq; recta ſqualor incultus coma.
En ipſe Theſeus redditus terris adeſt.

ACTVS TERTIVS.

Trimetri Iambici.

THESEVS. NVTRIX.

TAndē pfugi noctis æternæ plagā,
Vaſtoq; mães carcere umbrātē po
Vt uix cupitū ſufferūt ocli diē. (lū.
Iam quarta Eleuſis dona Triptolemi ſecat.
Paremq; toties Libra compoſuit diem.
Ambiguus ut me ſortis ignotæ labor
Detinuit, inter mortis, & uitæ mala.
Pars una uitæ manſit extincto mihi.

BER. ¶ Sparta nucyllarum: lacedæmonium equum caſtoris. ¶ Amentū: ſi uis iacere iaculū cū manu nō tam lōge mittent ſagittas ſuas cū arcu crethenſes peritiſſimi ſagittarii, quā tu manu. ¶ Tende: emitte in digitū. Amentū quod eſt coriū ad mediū haſtilis in quo inſerit digitus ad iacendū. ¶ Spicula: ſagittas. ¶ Arūdinē: ſagittā factā ex calamo qui naſcit apud cretenſes miræ duriciei: ut inquit Pli. & Vir. in buccolicis cydonia ſpicula appellat. ¶ Modo parthico: addit aliā artē ſi uelit hyppolitus iacere ſagittas i altum more parthorū. ¶ Nulla. ſ. tela uenient ad terrā ſine aue. ¶ Cōdita: inuolta. ¶ Tepido uiſcere in teſtinis calidis. ¶ Prædam: poteris ſagittare ipſas aues inter nubes. ¶ Raris forma: reperies raro formā fuiſſe ſine periculis ut demōſtrat plane Iuuenalis: optaret uirginia gibbū. ¶ Proſpicere: parentheſis eſt diſcurrere oēs ætates tu inuenies pp formā ſuā multos piiſſe. ¶ Melior deus diu melius faciet tibi quam iſtis. ¶ Præterea traducar ſine piculo. ¶ Aeui deformis: qd poſſis tranſire ad ſenectutem quæ turpis eſt. ¶ Quid ſignat: dat locū ſequēti. q. d. nihil eſt qd nō audeāt fœminæ eā facit ita nocentes. ut dicit Iuue. ¶ Inſonti ſine culpa: hyppolitum innocentem falſo crimine accuſare & perdere quærit. ¶ Furor: præceps incōſideratus. ¶ Fidā: lacerat crines & lachrymat: ut credant hoies illā paſſam fuiſſe uiolentiam. ¶ Sed iſte dat locū ſequenti ſcœnæ: uidens chorus a longe uenientem quēdā ſublimem: & incedētē more regio admirat qs ſit, demū cognoſcit pyrithoū & theſeum. ¶ Languido candore: q̄re pallebat ſitu infernali: uidet mihi ſimilis pirithoo niſi eſſet ita pallidus & ita incultus crinibus. ¶ En: ecce uidet tūc theſeū redeūtē. TAndē pfugi: hic eſt tertius actus ubi theſeus primo rediēs ab inferis narrat mala quę paſſus eſt iam quatuor annis. Interea occurrit ſibi nutrix plorans: ipſe cām fletus rogat. Tandem poſt multos labores. ¶ Plagam: regionē. ¶ Vmbrantē: ubi ſunt tenebræ. ¶ Manes: facientē umbrā manibus. ¶ Diem: lucem qd naturaliter accidit illis qui clauſi fuerūt tenebris: qn̄ exeunt nō pn̄t pati lucem. ¶ Iam quar. iam ſunt quatuor anni quibus fui in inferno dubius inter mortē & uitam i& more poetico uolēs dicere quatuor annos: meſſes quater factas dicit. ¶ Eleuſis, urbs in thela inſula ſub euboia iuxta atticam: ut oſtendit Ptole. in hac triptolemus natus eſt qui munere cereris in partibus atticis uſum frugum primus inuenit unde ibi dicit. ¶ Dona tri. i. fruges. ¶ Totiēs. ſ. quater. ¶ Libra: qn̄ ſol in hoc ſigno ē ſit equinoctiū: qd duplex eſt: uernū quādo ſol eſt in ariete: autūnale quādo eſt in libra. unde dicit Vir. in geo. Noctes æquāt aries & libra diebus. ¶ Parem: equalem nocti ambiguus: dubius. ¶ Sorti. ignote: quia neſciebam an deberā uiuere: an mori. ¶ Pars una: uidebar mortu⁹ cū luce carerē: cū ſpirarē adhuc uidebar uiuere. ¶ Alcides: hercules q deſcēdēs ad inferos illinc me eripuit.

DAN. ¶ Spartanum cylarum. Neptunus donauit adraſto regi ariona: idem donauit iunoni xanthū & cylarē: quos illa dedit caſtori & polluci: meminit Papinius in thebai de tua furto lapſa propago Cylare. ¶ Tende amē. infere tuis digitis amentum ligamentum: quo iacula torquētur ταμματα græci dicūt funes. eſt autē omne ligamētum Plini. Sedes huic poſita ſoleiſq; ſine amento inſignis in Metelli publica porticu. Raris forma uiris: formoſis nocuit plurimum ſua forma audi Iuuenalem Silius autē corporis egregii miſeros trepidoſq; parentes ſemper rara eſt adeo concordia formę atq; pudicitiæ non poſſunt peruenire ad uirilitatem formoſi: fiunt enim ſpadones: fiunt publici adulteri inſidiātur legitimis thoris gibboſæ rutiliæ ſatius eſſet habere deformitatem q̄ faciē Lucretiæ. ¶ Inſtruitur omnis: nullum eſt malum cuius origo non ſit fœmina habet tamen fœmina duo bona i in tumulo: & alterum in thalamo ut ſcri. Callimachus πασαγυνη χολοσ εστιν εχει δ αγαθασ δυο ωρασ: την μιαν εν θαλαμω, την μιαν εν θανατω Fœmina quæq; fel eſt ſed hēt duo uel bona tm̄: unū hēt in thalamo: unū hēt in tumulo. ¶ Tādem: ſexto carmine metro archilochio pponitur quartus actus: ubi theſeus ab inferis rediens directe ſe confert domū a qua non procul audiunt fremitum & lachrymoſos gemit⁹ in hyppolito euripidis theſeus hoc modo lamentat territus iſto clamore funebri. γυναικεσ εστι τισ ποτ ευδ εκ μοισ βοη αχω βαρυσ προσπολων αφικετο ου γαρ τι πωσ τε ωρον αξιοι διομοσ πυλαιανοιξασ &c. ſed iam ruperat collū nodo ſibi phœdra. hic a l̄r narrat, accuſat. n. hyppolitus falſo & dānat mortis a theſeo. Ego igr eandē euaſi eternæ noctis caliginē cui⁹ dēſitatē adhuc hn̄t oculi mei horrēt mēbra: & ſuccidui pedes titubāt. Ingreſſus dei de domū: phœdra offēdit igemiſcētē ſingularitatē: paſſis crinib⁹ ueſte ꝯſciſſa: ſtupefact⁹ rogat o ſocia thalāi ſic uiri reditu lętaris: qu pri⁹ pōe gladiū & nobis lecti cāz narra.

BER. ℂMerſus.ſ.in iferno. ⁋ Ca nē:cerberū: quē hercules traxit ad ſuperos: ut uidimus. ⁋ Trepidāt: tremūt, uix poſſum me pedibus tenere lōginquū. Aetera ſic Vir.i.vi.æn. Superaſq; uadere ad auras. Hic op⁹ hic labor eſt. ⁋ Alcidē ſeq. grandi paſſu ambulabat. ⁋ Quis fre.dū appropiquaret Theſeus fremitū audiuit in domo ſua: Vñ ſit illi obuiā nutrix q̄ cām luct⁹ explicat. ⁋ Expromat: dicat. ⁋ Hoſpite.q d.me theſeo q ſum aſſuetus i iferno dēo dare hoſpitiū plenū lachrymis ⁋ Reduce: ſoſpite: nō hēr nominatiuū. ⁋ Hæc ipſa: iſta ē cā q̄ fac ipſaꝫ accelerar̄ mortē qa nollet tibi narrare fcm̄ ⁋ Matuꝝ mortē accelerarā ⁋ Perplexa: itricata q̄ n̄ pūt intelligi. ⁋ Haud pādi: non vult alicui reuelare malū pp qd̄ potius vult mori. ⁋ Perge: uade cito & api mihi portas. ⁋ Propera.i.accelera.

Socia poſtq̄ theſeus igreſſus ē domū phœdra plorantem & lazaro vultu iterrogat: qua cā tm̄ ſe affligat cū deberet lætari aduētu ſuo. ⁋ Experiti, deſidegati. ⁋ Qui: cur nō. ⁋ Viduas: priuas q̄re nō deponis enſem de manu quo tibi mortē apparas. ⁋ Reſtituis aium ut me cōſuleris exanatū. ⁋ Expromis: cur non dicis cauſam qua uelis mori ⁋ Heu: adiurās theſeū phædra ne velit ſcire cām mortis ſuæ: ſed ſinat eam mori. ⁋ Indolē: p initiū fortunæ uirtutis. ⁋ Cinere: q̄ poſſum tam iudicari mortua. ⁋ Fructus: ſi dicā cām pdā fructū mortis: quia uolo mori ſolū neq; ſciat dedecus meū: qd ſi nō dixero relinquent mihi fama bona q̄ eſt maximus fructus mortis: ut Prop. Hæc ē fœminei merces extrēa triūphi. Laudat ubi emeritū libera fama rogū. ⁋ Perit: nihil eſt. ⁋ Nemo: Theſeus pmittit ſe ſecretū ſeruare: qd̄ dixerit. ⁋ Cōiugis: dubitas ne aperire fcm̄ coniugi tuo. ⁋ Aliū: qñ qs vult rē ſuā ſecretā eē nulli dicat. ⁋ Facultas: ñ poterit te mori. ⁋ Luēdū: purgādū, qd̄ uiuo debeo mori, qa uiuo vult dicere cā paſſa ſim tārā infamiā: ſtati debeā me iterficere. ⁋ Mors optima: melius ē q̄ moriar:

Merſus malorum finis Alcides fuit.
Qui, cū reuulſum Tartaro extraheret Canē,
Me quoq; ſupernas pariter ad ſedes tulit.
Sed feſſa uirtus robore antiquo caret.
Trepidantq; greſſus. heu labor quantus fuit
Phlegethōte ab imo petere lōginquū æthera,
Pariterq; mortē fugere, & Alcidē ſeq. (ra.
Quis fremitus aures flebilis pepulit meas?
Expromat aliqs. luctus, & lachrymæ, & dolor,
Et limine ipſo naſta lamentatio,
Hoſpitia digna proſus inferno hoſpite.
N. Tenet obſtinatum Phædra cōſiliū necis.
Fletuſq; noſtros ſpernit / ac morti imminet.
T. Quæ cauſa leti? reduce cur moritur uiro?
N. Hæc ipſa letum cauſa maturum attulit.
T. Perplexa magnū uerba neſcio qd tegunt.
Effare aperte, quis grauet mentem dolor.
N. Haud pandit ulli / mœſta ſecretū occulit.
Statuitq; ſecum ferre, quo moritur, malum.
T. Iam perge quæſo, pge, pperato eſt opus.
Reſerate clauſos regii poſtis lares.

Trimetri Iambici

THESEVS. PHAEDRA.

Socia thalami, ſiccine aduētū uiri,
Et expetiti coniugis vultū excipis?
Qui enſe uiduas dexterā? atq; aium
Reſtituis? & te qdqd e uita fugat (mibi
Expromis? Ph. heu per tui ſceptrum imperi
Magnanime Theſeu / perq; natorum idolē,
Tuoſq; reditus: perq; iam cineres meos:
Permitte mortem. The. cā quæ cogit mori?
P. Si cauſa leti dicitur: fructus perit.
T. Nemo iſtd̄ ali⁹ (me qdē excepto) audiet.
Aures pudicas coniugis ſolas times?
Effare, fido pectore arcana occulam.
P. Alium ſilere quod noles: primus ſile.
T. Leti facultas nulla continget tibi.
P. Mori uolenti deeſſe nunquam mors pōt.
T. Quod ſit luēdum morte delictū: indica.
P. Qđ uiuo. Th. lachrymæ nō ne te nſæ mo
P. Mors optia ē: pif lachrymār dū ſui. (uēt?
T. Silere pergit. uerbere ac uinclis anus,
Altrixq; prodet: quidquid hæc fari abnuit.
Vincite ferro. uerberum uis extrahat
Secreta mentis. Ph. ipſa iam fabor, mane.
T. Quid nā ora mœſta auertis / & lachrymas
Subito coortas ueſte ptēta obregis? (genis
P. Te te creator cœlitum teſtem inuoco,
Et te coruſcum lucis ætheriæ iubar.
Ex cuius ortu noſtra dependet domus.

BER. & plores q̄ uiuā: qa uidebiſ q̄ fuerim tibi cara. ⁋ Silere in tertia pſona loquiſ more iratoꝝ: uidēs phœdrā nolētē loqui cām ſuæ mortis: dicit ſe paratuꝝ tormenta nutrici: ut iſta ppalet. Vñ phœdra mota cōpaſſiōe nutricis ſtatuit narrar̄ fcm̄. ⁋ Prodet manifeſtabit. ⁋ Vincite: ligate: & ſic uocat famulos ad tormentū nutricis. ⁋ Ipſa uidens phœdra parare tormēta nutrici pollicet̄ ſe dicturā oia. ⁋ Prætēta: oppoſita, atendo inuoluebat faciē ueſtibus q̄ſi furibūda nō auderet reſpicer̄ lucē. ⁋ Te creator: inuocat iouē & ſolē auū ſuū in teſtes cōſciæ ſuæ: q̄ uiolata ſit ab hyppolito cōtra uoluntatē ſuā. ⁋ Coruſcū iubar, ſplēdor clarus.i.o ſol.

DAN. ℂHeu p tui.ab oñtatiōe incipit & mortis uoto: ut ſolū culpę auctorē hyppolitū credibile ſit fuiſſe: ſeq; iugalis tori fidē integrā ad uim uſq; ſeruare uoluiſſe. ⁋ Mors optima eſt: glorioſum putabāt antiq lachrymoſum funus, q eos etiā cōducebāt qui fun⁹ lachrymis & ficto gemitu comirarent: id qd̄ futile & caſſum deputans ſolon teſtamēto legaſſe traditur. ⁋ Nemo me lachrymis decoret: neq; funera fletu faxit quod Cic. repetit in Catone maiore: & Valerius maximus tradit in funere ſparſas lachrymas de os non facili iniuria laceſſere: in hanc ſententiam cadit etiā phaleris aſtypaletus ad filias Steſicori poetæ, conſolans ipſas & ꝓhibēs a lachrymis tanq̄ a re inani & ſtultitia. ἀφογετο πειτοσ φερετε ου γαρ δε ακρυιν δαι τασεσ ιχορουπριπουν αλαευ μνειν δαι. ⁋ Altrix nutrix quæ a græcis τροφος ſiue τιθηνη dicitur a uerbo τιτθευω quod ē lacto. alere tamen commune eſt apud nos oium animantiū: nutrire hominum cæterum alternari ſolent. ⁋ Noſtra dependet domus paſiphæ ſolis & eretes nymphæ filia peperit Minoi filios Licaſtim: Deucalionem Creteum. Androgeum, Ariadnā & Phœdrā Gentis acteæ ideſt athenienſis: & caue ponas.t. ante.e. ſed.c. ut lycophron græcus poeta inuenit: apud quē Caſtor & pollux ακταιοι αναχοι appellantur.

ℂNon ceſſit:

BER.

¶Tentata precibus reſtiti, ferro, ac minis
Non ceſſit animus, uim tamen corpus tulit.
Labem hanc pudoris eluet noſter cruor.
T. Quis, ede, noſtri decoris euerſor fuit?
P. Quē rere minime. Th. qs ſit audire expeto.
P. Hic dicet enſis, quem tumultu territus
Liquit ſtuprator ciuium accurſum timens.
T. Quod facinus (heu me) cerno? qd̄ mōſtrū intuor?
Regale paruis aſperum ſignis ebur
Capulo refulget, gentis Atthææ decus.
Sed ipſe quo nam euaſit? Phæ. hi trepidū fuga
Videre famuli concitum celeri pede.

THESEVS.

Pro ſancta pietas, ꝓ gubernator poli,
Et q ſecundū in fluctibus regnū tenes,
Vnde iſta uenit generis infandi lues?
Hunc Graia tellus aluit? an Taurus Scythes?
Colchuſq; Phaſis? redit ad authores genus.
Stirpemq; primam degener ſanguis refert.
Eſt prorſus iſte gentis armigeræ furor
Odiſſe Veneris fœdera, & caſtum diu
Vulgare populis corpus. o tetrum genus
Non ulla uictum lege melioris ſoli.
Feræ quoq; ipſæ Veneris euitant nefas.
Generiſq; lege inſcius ſeruat pudor.
Vbi uultus ille? & ficta maieſtas uiri?
Atq; habitus horrens priſca, & antiq̄ appetēs?
Morumq; ſenium triſte, & aſpectu graue?
O uita fallax abditos ſenſus geris.
Animiſq; pulchram turbidis faciem induis.
Pudor impudentem cælat, audacem quies.
Pietas nefandum, uera fallaces probant.
Simulantq; molles dura. ſyluarum incola
Ille efferatus, caſtus, intactus, rudis,
Mibi te reſeruas? a meo primum toro
Et ſcelere tanto placuit ordiri uirum?
Iam iam ſuperno numini grates ago.

¶Non ceſſit: nō uictus fuit: neq; precibus neq; minis ſum ſuperata, ſed ui uiolata q̃ morte mea luam. ¶ Pudoris, pudicitiæ amiſſe. ¶ Ede: dic quis fuit uiolator noſtri honoris. ¶ Rere: exiſtimas: & nunq̃ putares. ¶ Expeto uehemēter cupio. ¶ Hic: nō dicam ſed declarabit hic enſis quē ſtuprator reliquit. ¶ Quod facinus: uidens enſem Theſeus cognouit illum eſſe hyppoliti. ¶ Ebur: manubriū enſis. ¶ Aſperum. ſculptum. ¶ Signis: paruis imaginibus. ¶ Capulo: manubrio ¶ Euaſit: ad quem locū fugit hyppolitus. ¶ Hi famuli, reſpōdet phœdra neſcio quo iuerit famuli iſti qui fugientem, uiderunt poterunt tibi dicere.

Roh ſancta: exclamat theſeus unde fit tāta calamitas in domo ſua & ſmonem ſuū uertit ad neptunū ¶ Secundū regnū. ſ. maris quod contingit neptuno. ¶ Lues: peſtis: & calamitas. ¶ Hunc: ſolent mores nutricationi conformari: unde dicit iſte nutritus fuit in græcia: ubi inueniri ſunt boni mores. ¶ Taurus: mons de quo ſupra dixius. ¶ Phaſis: fluuiꝰ eſt colchorum. ¶ Redit: qa natus eſt de amazōe matre: vult eē filiis ferinis moribus. ¶ Genus: ſoboles. ¶ Redit ad auctores. ſ. parentes. ¶ Refert: imitaẽ. ¶ Et prorſus: amozones uident odiū habere Venerē: & certo tēpore uadunt ad finitimos populos: quibus corpus ſuū ad oēm libidinem vulgare nō pudet: eo modo eſt uſus hyppolitus lōga caſtitate: & nūc incepit ab uxore patris ſui. ¶ Armigere: amazonū. ¶ Fœdera: ueneris legitima cōiugia. ¶ Caſtū diu: longo tēpore intactū. ¶ O tetrū genus: o mala ꝓles. ¶ Non uictū: nō moderatum moribus. ¶ Melioris ſoli: terræ aptioris ad uirtutem: ut nolunt philoſophi: ſm climata ſunt diuerſi in fluxus gentium: in alio loco ſunt crudeles: in alio mites: & peccati. ¶ Feræq;: ut refert Pli. i. vii. bruta aialia duce natura quēdam pudorem habent ueneris ſicut leonis & equi qui dicunẽ non cōmiſceri cū matre. ¶ Inſcius: ſine ratione: quia equus nō cognoſcit uerecundiam ratione uel natura. ¶ Vbi: indignatiue dolet theſeus hyppolitum ſuum fuiſſe mutatū. ¶ Vultus. ſ. ſeuerus. ¶ Horrens: incultus. ¶ Priſca: qui imitabaẽ primā ætatē aureā, ¶ Triſte ſenium: graue & ſeuerum: in aſpectu & moribus uidebaẽ ferre grauitatē ſenilem. ¶ O uita fallax: difficillimum eſt cognoſcere ſecreta hoīum. ¶ Abditos: occultos. ¶ Pulchrā faciem: apparentiā: animus interdū cōtaminatus eſt interius & fortis oſtendit magnam uirtutē. ¶ Probant: laudant ueritatem qui uolūt dicere. ¶ Molles: delicati. ¶ Dura: fortia. ¶ Syluagꝫ: ita eſt filius meus qui oſtēdebat ſe pudētē caſtum & ſeuerꝫ. ¶ Rudis: inexpertus malo. ¶ Ordiri uirꝫ: incipere oſtēdere te uirꝫ eē nō curaſti hucuſq; de mulieribus: & nunc incœpiſti ab uxore mea. ¶ Iam iam: ago grās diis qđ antiope mater tua interepta ſit a me qa ſi eā reliqſſem tibi deſcēdēs ad inferos idē feciſſes illi qđ feciſti phædræ.

DAN.

¶Proh ſancta pietas. Cōſternatus & attonitus horridi facinoris immanitate. Theſeus ꝓrūpit i Effeꝫ & graue epiphōema deteſtās prius hyppolitū mox cruētæ pœnæ ac miſerādi ſupplicii illum damnans & reum faciens. ¶ Redit ad auctores: non eſt noſtri ſanguinis hyppolitus ſed barbarus: hunc uere immania concepit amazon. hunc recte cēſeas ſanguinariæ ſtirpis nepotem degenerem. ¶ O tetrum genus: o inhumanam & perditam ſtirpē amazonum quam mitior lex nunquam potuit flectere, uitant fere illicitos concubitus niſi quos iura naturæ concedunt. ¶ Vbi ille uultus ubi illa triſtis in fronte ſeueritas, ubi ille rigidꝰ & ſimplex pudor, ubi horridꝰ ille & ſilueſtris ornatus: ubi graue illud & cēſorium ſupercilium: nullum genus hominum ſuſtinet terra peius his qui ſimulata: quadam ſimplicitate vultus ad cultus aluntitus uenenum fel: & a quo genere me defendat & ſeruet deus optimus maximꝰ tanquam a faſcino & contagioſa peſte: has megeras & rapaces lycaones: ut decet & par eſt ornat Martia. Amator ille triſtium lacernarum: & beticatus atq; leochophætus fuſcos colores galbāos habet mores. ¶ Sꝫ ſpectat oculis deuoratoribus draucos. Nec ocioſis Mentulas uidet labris. ¶ Antiope cecidit, noſtra manu: me nunc iuuat interfeciſſe matrem tuam quam poteras finixiſſet in ceſtare: contra ſcribit Plutarchus ue ſuperius aduertimus. Diſcors eſt etiam hic Seneca cum Euripide: qui inducit Venerem indicantem Hyppolitum filium extitiſſe hyppolites amazonis. ογαρ μιѣισ τωο αμαξονοσ τοχοσ: λεγει καιισ τιν. & cætera exponit interpres hyppolites non Antiopes.

BER. Icta: percuſſa: nā a theſeo fuit interfecta p iurgiū. Stygia: antra ad iſernū. Profugus: fuge quouis: ſi non ſeq̄r te pedibus: ꝓſequar uotis & ipræcationi b⁹ donec des pœnas. Dirimat: diſiungat ſi fugeris ad meridiē ubi ſunt antipodes oppoſiti pedibus nr̄is. Plagis p oceanū interpoſitū. Obuerſum: oppoſitū nobis. Licet abditus: abſcōſus: q̄uis fugias ad ſeptētrionē ſub polo arctico ubi eſt regio inhabitabilis pp frigora. Celſi: qa ſupra nos: alter eſt ſub nobis antarticus. Boreæ: uenti ꝯgelātes niues. Pertinax ꝑmā: nō deſiſtēs urgebo te quocūq̧ iueris. Emitiēur trāſibim⁹ i uia: ubi nō ſunt uiç trite. Huc quo nō potero mittere tela mea: mittā ipræcatiōes. Scis uñ tu ſcis me redire ab iferno iō nō mireris ſi dicā mala: uel aliter cū illud factū ſit ex grā dei, ut redieri q mihi tria uota cōcedere ꝓmiſerat: primū dñt qñ Theſeus natus erat in troezene & uellet ire athenas: erant phœdones: ibi petiuit ut pderēt & hoc fuit primū uotū. Secūdū qñ ingreſſus eſt labyrinthū i creta ut inde poſſet redire: tertiū erit de morte tua. Genitor æquore⁹: neptunus. Cōcipiā: eligā prono: fauēte. Sāxit: ꝯfirmauit. Munus: hæc tria uota. Styge inuocata. ſ. in iuſiurādū. Domū triſte: ad mortē hyppoliti. Non cernat: moriaṫ. Parens: neptune pater quē tenebat pro patre: nam filius erat ægei. Abominandā qa pater cōtra filiū. Nunq̄ ſupremum: ultimū nā duo de tribus uotis perfecta erāt: reſtabat tertiū. Conſumaremus: cōpleremus. Munus, niſi fuiſſet tm̄ ſcelus tu ſcis dum inferno erā nolui facere uotū ſed reſeruaui mihi hāc gratiā ad aliā neceſſitateṁ. Peperci uoto: nō feci uotū. Pactā: quā pepegiſti. Moraris: tu tardas. Subtexe: occulta & tege. Noctē: obſcuritatem. Eripe: ne uideamus lucem. Cie: commoue. Vulgus: omnia monſtra maria.

Quod icta noſtra cecidit Antiope manu.
Quod non ad antra Stygia deſcendens tibi
Matrem reliqui. profugus ignotas procul
Percurre gentes. te licet terra ultimo
Summota mundo dirimat oceani plagis.
Orbemq̧ noſtris pedibus obuerſum colas.
Licet in receſſu penitus extremo abditus
Horrifera celſi regna tranſieris poli.
Hyemeſq̧ ſupra poſitus, & canas niues,
Gelidi frementes liqueris Boreæ minas.
Poſt te furentes ſceleribus pœnas dabis.
Profugū per omnes pertinax latebras premā.
Longinqua, clauſa, abſtruſa, diuerſa, inuia
Emitiemur: nullus obſtabit locus.
Huc uota mittam, tela quo mitti haud queunt
Scis, unde redeam genitor æquoreus dedit.
Vt uota prono trina concipiam deo.
Et inuocata munus hoc ſanxit ſtyge.
En perage donum triſte regnator freti,
Non cernat ultra lucidum Hippolytus diem.
Adeatq̧ manes iuuenis irato patre.
Fer abominandam nunc opem nato parens.
Nunquam ſupremum numinis munus tui
Conſumeremus, magna ni premerent mala.
Inter profunda Tartara, & Ditem horridum,
Et imminentes regis inferni minas
Voto peperci. redde nunc pactam fidem
Genitor, moraris? cur adhuc undæ ſilent?
Nunc atra uentis nubila impellentibus
Subtexe noctem. ſydera, & cœlum eripe.
Effunde pontum. vulgus æquoreum cie.
Fluctuſq; ab ipſo tumidus oceano uoca.

Dimetri anapæſtici, cū qbuſdā monometris

CHORVS.

Magna parens natura deum,
Tuq; igniferi rector olympi,
Qui ſparſa cito ſydera mundo,
Curſuſq; uagos rapis aſtrorum.
Celeriq; polos cardine uerſas.
Cur tibi tanta eſt cura perennes
Agitare uias ætheris alti?
Vt nunc canæ frigora brumæ
Nudent ſyluas.
Nunc arbuſtis redeant umbræ.
Nunc æſtiui colla Leonis
Cererem magno feruore coquant.
Vireſq; ſuas temperet annus.
Sed cur idem, qui tanta regis,
Sub quo uaſti pondera mundi
Librata ſuos ducunt orbes.

BER. Magna parēs: chorus ꝯqueriṫ de gubernatiōe mūdi q deus & natura uideṫ negligere gen⁹ humanū. nos uidemus hyemē & æſtatē ſm curſum ſuū, & hoīes uideṫ regi fortuna ut malis uideṫ bona: & aduerſa bonis. Hyppolitus falſo accuſatus a pr̄e deuotus eſt imprecatiōibus: & ita loquēs nunciū feſtiuū uidet q mortē hyppoliti afferebat & ſic dabat principiū q̄rti act⁹: uerſus eſt anapeſticus, q aliqñ dimeter: aliqñ monometer. ē qñ duos pedes hēt. Rapis: circūuoluis. Cito mundo: cœlo uoluto & accelerato. Vagos: inſtabiles. Verſas: frequenter uoluis. Cardine: motu: cardo ē ſup qd̄ uoluiṫ porta. Cur tibi. unde eſt qd̄ habes tātā curā ut ptes anni ſuccedāt uiciſſim: & non q hoīes habeāt ordinem. Cane: albicātis: qa ſunt pruinæ. Nudent. qa tunc folia cadunt. Arbuſtis. ubi ſunt multæ arbores: & intelligit uer. Leonis. intelligit çſtatē. Coquant. torreāt fruges. Tēperet itelligit autūnū. q tēperat calores. Sub quo. ſub cuius ptāte. Pondera ſub quo uoluunṫ cœli & oia. Librata: eleuata & ita poſita ut nequeāt deſcēdere neq; aſcendere.

DAN. O magna parēs: Seuerinus Boe. fuit mea ſnīa uir apprime doctus & ſecretioris phiæ penetralibus admodū attētus & uigiliis libro primo cōſolatiōis ualde cōqueriṫ: unde iſtec in ꝑſtantes uiros miſeria & calamitas: qd nuq̄ meritis iſta pēſent ꝑmia: ad quē accedens. Sene. inducit choꝝ fortunæ perfidiā i ac re expoſtulantē: mox qui cōmēdet mirabilē corpoꝝ cœleſtium ordinem & uices alternas anni metrum eſt dimetrū iambicū pindaricū extra duos poſtremos uerſus qui cōſtāt trimetro iābico euripidico. Res humanas: crediderūt nōnulli deos nō eſſe: ſed mūdū gubernari caſu & arbitrio fortunæ ſuppoſita. τα δ' τα λ α ω α ν τ α τ ι χ υ quod quidem paradoxon uideṫ non improbandū

improbandum cum vbiq; honeſtentur mali: boni autem cõtemnantur: ut Iuue. inquit. Dat veniam coruis vexat cenſura columbas. ¶ Hominum ſecurus: contemnis & tergiuerſaris ægros mortales, ut neq; bonos iuuare neq; rurſus velis malos corripeř. ¶ Vicit ſanctos: pruriunt: aliquando & boni τοῖσδ' εἰ χοῦς χεῖρα γὰρ ἄλλοτε βάλλει.

BER. ¶ Securus, nihil curans, tu gubernas cœlum & de hominibus nimiam curam geris & loquitur ſm̃ epicuream opinionem: tu non reddis merita bonis: nec punis malos. ¶ Spargit. non conſiderans vbi det, vnde dicit cæca. ¶ Libido, libidinoſe. ¶ Populus: qui in comitiis eligebant magiſtratus. ¶ Turpi: ſcelerato. ¶ Faſces: magiſtratus conſuli dabantur duodecim faſces: prætoribus ſex. ¶ Triſtis ſcelera. ¶ Recti, benefactorẽ ſuorẽ. ¶ Peruerſa, illi qui volunt bene viuere ſpernuntur & abiiciuntur. ¶ Vanę: nihil afferens fructus. ¶ Falſum: qa boni non ſunt præmiati. ¶ Sed quid: dat locum ſequenti ſcenæ. ¶ Reſtat: reſiſtit: nam qui cogitat firmat ſe.

BER. Sors: famulatus lamentatur nuncius de fortuna ſua mala conditio eſt ſeruitus. cur uocas me ad infandum nũcium. ¶ Ne metue: dicit Theſeus ſcio q̃ eſt mortuus Hyppolitus: ſed dic quomõ res eſt acta. ¶ Erumnis: quare ſum aſſuetus audire & habere mĩſtas miſerias. ¶ Vocem: vellem loqui: ſed nõ poſſum. ¶ Quaſſam: concuſſam & diſturbatam. ¶ Occupat: iacet. ¶ Raptor: ſtuprator ¶ Ordinem: qualiter eſt mortuus. ¶ Vt profugus: dicit nuncius ea quæ præceſſerunt rem, quæ ſunt in re: & quæ poſt rem facta ſunt: in primis quomodo diſceſſit ab urbe. ¶ Infeſto turbato. ¶ Iugo, ad iugum ¶ Subigit, cogit. ¶ Abominatus: ibat accuſando patriam quæ tales mores haberet. ¶ Ciet: uocat

Hominum nimium ſecurus: ades
Non ſolicitus prodeſſe bonis:
Nocuiſſe malis?
Res humanas ordine nullo
Fortuna regit. ſpargitq; manu
Munera cæca: peiora fouens.
Vincit ſanctos dira libido.
Fraus ſublimi regnat in aula.
Tradere turpi faſces populus
Gaudet/eoſdem colit: atq; odit.
Triſtis virtus peruerſa tulit
Præmia recti, caſtos ſequitur
Mala paupertas/vitioq; potens
Regnat adulter.
O uane pudor, falſumq; decus:
Sed quid citato nuntius portat gradu?
Reſtatq; mœſtus lugubrem vultum gerens?

ACTVS QVARTVS.

Trimetri Iambici.

NVNTIVS. THESEVS.

O Sors acerba, & duro famulatus grauis
Cur me ad nefãdos nũtiũ caſus vocas?
T. Ne metue clades fortiter fari aſpe
Non imparatum pectus ærumnis gero. (ras.
N. Vocem dolori lingua luctifica negat.
T. Proloquere: q̃ ſors aggrauet quaſſã domũ.
N. Hyppolitus: heu me flebili leto occubat.
T. Gnatum parens obiiſſe iampridem ſcio.
Nunc raptor obiit. mortis effare ordinem.
N. Vt profugus urbem liquit infeſto gradu,
Celerem citatis paſſibus curſum explicans:
Celſos ſonipedes ocyus ſubigit iugo.
Et ora frenis domita ſubſtrictis ligat.
Tum multa ſecum effatus/& patrium ſolum
Abominatus: ſæpe genitorem ciet.
Acerq; habenis lora permiſſis quatit.
Cum ſubito uaſtum tumuit ex alto mare.
Creuitq; in aſtra. nullus inſpirat ſalo
Ventus. quieti nulla pars cœli ſtrepit.
Placidumq; pelagus propria tempeſtas agit.
Non tantus auſter ſicula diſturbat freta.
Nec tam furenti pontus exurgit ſinu
Regnante coro, ſaxa cum fluctu tremunt.
Et cana ſummum ſpuma Leucatem ferit.
Conſurgit ingens pontus in uaſtum aggerem.
Tumidumq; monſtro pelagus in terram ruit.
Nec iſta ratibus tanta conſtruitur lues.
Terris minatur fluctus haud curſu leui
Prouoluitur/neſcio quid onerato ſinu

ſæpe patrem. ¶ Lora: habenas equorum. ¶ Acer: vehemens. ¶ Quatit: in ſignum idignationis. ¶ Tumuit: eleuatum eſt. ¶ In aſtra: hyperbole poetica amplificatio ſupra veritatem. ¶ Nullus: nec ille tumur erat ex uentis. ¶ Propria: nata ex ſe non ex uentis. ¶ Pontus generaliter accipiť de omni mari: ſed ibi ſpecialiter intelligitur de mari ſtricto in ingreſſu heleſponti quod euxinum appellatur. ¶ Sinu faucibus tempeſtuoſis. ¶ Choro vento collaterali zephiri. ¶ Leucatem: leucas teſte Põponio inſula eſt iuxta epirum diſpoſita cõtra ſinum ambracium habens montem altiſſimum Virg. lib. iii. æneí. Mox & leucadii nimboſa cacumina mõtis, Et formidatus nautis aperitur appollo. ¶ Cana: alba propter fluctus. ¶ Aggerem: cumulationẽ aquarum. ¶ Nec iſta: non erat ſicut tempeſtas quæ ſolet ire, ad naues ſed hæc ibat ad terras. ¶ Lues: monſtrum hoc loco.

DAN. ¶ O ſors acerba apud Euripidem Angelus, ideſt nũtius in hæc uerba alloquitur Theſea. o Theſeu dolore dignũ tibi porto verbum & ciuibus athenarum & qui habitant arces troezenis Hyppolitum peremit impetus aulæ: & preces tuæ: quas tuo patri fudiſti. Θησεῦ μερίμνης ἄξιον φέρω λόγον σοὶ καὶ πολίταις οἵ τ' Ἀθηνῶν ἄστυ ναίουσι καὶ γῆς τέρμονας Τροιζηνίας, ὅς αὐτὸν οἷς εὐαρμάτων ὄχος ἀραί τε τοῦ σοῦ στόματος, ἃς σὺ σῷ πατρὶ πόντου κοιράνῳ παιδὸς ἠράσω πέρι, &c. Eſt autem octauum carmen Archilochio iambico trimetro & quintus actus: & eſt denunciatio mortis Hyppoliti. Collocutores Nuncius & Theſeus. ¶ Salo, & ſalũ dicimus, ut per qu vndas ſuperãte ſalo. & ſal in neutro genere ſed citra multitudinis numerum vt & ſpumas ſalis ære ruebãt pro mari vtrunq; pro condimento virilis generis eſt Saluſtius: Neq; ſalem neq; alia irritamenta gulæ ha

bebant etiam in neutro protulit Varro. Tum ſale penu protulit trahitur autem aqua maris in quaſdam foſſas adhuc vſu factas, & ſiccatur ſole quemadmodum uidi ſæpius Cluſi ſtans Venetiis & hoc modo conficitur ſal. eſt oppidum in Arabia nomine Charre: ubi muris & parietes ſunt e maſſis ſalis. Cyclas: genus veſtimēti. Iuuenalis: Hæc ſunt quæ tenui ſudāt in cyclade: eſt item commune nomen inſularū in egeo quæ vt placet Soli. ¶ Sint circulares ſitus: numero quadraginta.

BER. ¶ Petræ ſcyronides: ſunt de quibus diximus ſupra propinquæ athenis ſex milibus paſſuum porrectæ i memoriam vltoris theſei: quare inde ſyron latron præcipitans tranſeuntes ab eo occiſus eſt & Ino cum palemone filio illinc ſe præcipitem dedit: vnde dicit, ¶ Nobiles: famoſæ ꝓpter ſcelus. ¶ Epidauri dei: ſcilicet æſculapii. ¶ Terra: hiſtimos de qua ſupra diximus: eſt inter ægeum & ionium. ¶ Rotat: uoluitur. ¶ Cacumen: ſcopulorum vel illius monſtri. ¶ Alternis: modo trahendo modo vomendo. ¶ Phyſeus: mōſtrum quod ſumere & uomere dicitur aquas. ¶ Capax: multū ſorbens. ¶ Refundens: euomens. ¶ Globus: maſſa rotunda. ¶ Soluit: diſſoluit & aperuit ſe. ¶ Maius: magis horrēdū q̄ timebamus. ¶ Hos: nos qui eramus hic. ¶ Quis: interrogat formam mōſtri. ¶ Habitus, forma. ¶ Herculea deſcribit nuncius formam monſtri taurus erat coloris cerulei cum cornibus & duobus pedibus. ¶ Herculea: qualia fuerāt tauri quem occidit Hercules in Creta: alii legunt cerulea & melius. ¶ Iubam: crines in collo. ¶ Viridanti quare aquaticum monſtrum. ¶ Stant: horrent: ſic Virg. Stant lumina flāmæ. ¶ Varius: diuerſus. ¶ Quem .ſ. colorem. ¶ Dominator, taurus. ¶ Sub vndis q̄re ceruleus eſt. ¶ Hic ex vna parte. ¶ Thoros: pulpas. ¶ Opima pinguis ¶ Hauſtibus attractionibus. ¶ Hiulcis: ab hio dicitur aliquando qui hiat: & quod facit hiare: vnde fulmen hiulcum quod aperit, & tera ſulca apta. ¶ Patulæ: magnę. ¶ Palear: pellis depēdēs a collo. ¶ Mu

Grauis vnda portat/quæ nouum tellus caput
Oſtendit aſtris. Cyclas exoritur noua.
Latuere nube numen Epidauri dei.
Et ſcelere petræ nobiles ſcyronides.
Et quæ duobus terra comprimitur fretis.
Hæc dum ſtupentes querimur: en totum mare
Immugit/omnes vndiq; ſcopu'i adſtrepunt.
Summum cacumen rorat expulſo ſalo.
Spumat, vomitq; uicibus alternis aquas.
Qualis per alta vehitur oceani freta,
Fluctus refundens ore Phyſeter capax.
Inhorruit concuſſus vndarum globus.
Soluitq; ſeſe & littori inuexit malum
Maius timore pontus in terras ruit.
Suumq; monſtrū ſequitur/hos quaſſat tremor.
T. Quis habitus ille corporis uaſti fuit?
N. Cœrulea taurus colla ſublimis gerens
Erexit altam fronte viridanti iubam.
Stant hiſpidæ aures/cornibus varius color.
Et quem feri dominator habuiſſet gregis,
Et quem ſub undis natus/hinc flammā uomit.
Oculi hinc relucent/ cœrula inſignis nota
Opima ceruix: arduos tollit toros.
Nareſq; hiulcis hauſtibus patulæ fremunt.
Muſco tenaci pectus: ac palear uiret.
Longum rubenti ſpargitur ſucco latus.
Tum pone tergus vltima in monſtrum coit
Facies, & ingens bellua immenſam trahit
Squamoſa partem. talis extremo mari
Priſtis citatas ſorbet, aut reddit rates.
Tremuere terræ/fugit attonitum pecus
Paſſim per agros/nec ſuos paſtor ſequi
Meminit iuuencos/omnis e ſaltu fera
Diſceſſit/omnis frigido exanguis metu
Venator horret. ſolus immunis metu
Hyppolitus arctis continet frenis equos.
Pauidoſq; notæ uocis hortatu ciet.
Eſt alta ad Argos collibus ruptis via
Vicina tangens ſpatia ſuppoſiti maris.
Hic ſe illa moles acuit/atq; iras parat.
Vt cœpit animos, ſeq; prætentans ſatis
Præluſit iræ præpeti curſu euolat
Summam citato uix gradu tangens humum.
Toruuſq; currus ante trepidantes ſtetit.
Contra feroci natus inſurgens minax

ſcho: herba uiridi quæ naſcitur in locis humidis ut circa paucos. ¶ Longum latus: qui habebant longa latera. ¶ Spargitur: maculatur ſucco humore rubeo. ¶ Tum, præterea. ¶ Pone, ideſt poſt ibi habet vim præpoſitionis aliquando eſt aduerbium quando ponitur ſine caſu. ¶ Faces: ultima pars monſtri. ¶ Piſtrix. Pli. xxvi. lib. inquit, tritōes piſtriceſq; mōſtrum eſt aquaticum tante magnitudis, ut abſorbeat naues: & euomat. ¶ Reddit: euomit. ¶ Immunis metus: nihil timens. ¶ Arctis: ſtrictis. ¶ Notę: cognitæ per equos. Hortatum cum videret territos equos hortabatur eos. ¶ Et alta, hactenus dixit quę ante rē facta ſunt: nunc quæ in re: quomodo mortuus ē Hyppolitus. ¶ Alta: montana. ¶ Ad argos: verſus argos. ¶ Ruptis: exeſis. ¶ Suppoſiti: inferioris ſuppoſiti illi viæ montanæ. ¶ Mole: illud monſtrū. ¶ Hic in hoc ſcopulo. ¶ Acuit inicitatt vt contra currum Hyppoliti uehementior veniret. ¶ Prætentans: experiens an haberet ſatis iræ. ¶ Prę luſit: proludium fecit ante quā veniret ad verum certamen. ¶ Præpeti: veloci. ¶ Summam: humum: ſuperficiem terræ. ¶ Stetit: firmauit. ¶ Toruus: terribilis. ¶ Currus: equos ſicut Virgil. Neq; audit currus habenas. ¶ Natus: hyppolitus: animoſe conſtitit aduerſus eum.

¶ Scyronides: acticis finibus imminēt: eſt via ſuper eas in acticam atq; megare ab Iſthmo ducens adeo autem pro petris uia ut immineat præcipitium uiatori, a latrone nomen acceperunt qui illic inflexis pinibus hoſpites medios ſcindebat cruribus, hinc inde ad curuata arborum cacumina alligatis. Meminit Stra. lib. ix. q̄ Plutarchus in theſeo: & Appolonius i ſecundo: hunc totum locū tranſtulit de Euripide: Seneca: Ne pigeat lector candide qui melius noſtri hæc omnia q̄ ego: legere & paululū modo rari. μεταφρεῖν σχέρονον ἀκτασ, ὀμματοιμον εισοράειν φωτὸς δέ σ' ἐμον καὶ τὰ πρὸς ἀσκληπιου, καὶ τὰ ἰστανοιδ' ἐκαντε καὶ τὰ ῥιξαφρον. Poſſet epiſtographam papyrum facere ſic quicquid in hac parte tranſtuli. DAN.

tranſtulit: Seneca de Euripide vellem proſequi. ¶ Pyſtrix: pro nauipiſtrix dicitur.r.immediate ſequente,p.at pro monſtro quidam autem volunt contrariũ: quod probo. ¶ Eſt alta &c.moderãti currum Hyppolito venit obuius taurus agreſte monſtrũ: cuius mugitu tota terra impleta eſt horribilis uoce horribilis aſpectu ſtatim pullis grauis incidit pauor: locus ad verbũ ſumptus de Hyppolito Euripidis κυπειζεί υχετ αυρον αγριοντεραι ωσπασαμεν: ουσσματο σπληρουμένη, & cætera.

palus: in quo fixus eſt & trahentibus equis pars ipſius remanſit in palo: reliqua in loris. ¶ Truncus.ſ.arboris. ¶ Sude: palo. ¶ Tenet: retinet. ¶ Stipite electo trãſfixo per medium inguẽ quæ pars eſt inter coſſam & ventrem ¶ Raptum, Hyppolitum. ¶ Stetit: firmauit ſe parum. ¶ Affixo,ſ.Hyppolito. ¶ Biiuges: equi. ¶ Heſere firmati ſunt. ¶ Vulnere pp vulnus qñ Hyppolit⁹ affixus fuit palo. ¶ Rũpunt: quando voluerunt diſcedere ruperunt & moram q̃ faciebãt, & dñm q diuiſus eſt. ¶ Virgulta: vbi ſunt arbuſculæ. ¶ Secant: diuidunt: quia ubiq: remanebat una pars ¶ Vepres: ſpinę. ¶ Tulit, abſtulit. ¶ Errat: venit ad illa quę facta ſũt poſt rẽ.ſ. mortẽ hyppoliti. ¶ Man⁹ mltitudo famulorũ. Errat querẽdo corpus dñi.

BER. ¶ Vanus: qui in me nullũ habebit effectum. ¶ Paternus: quemadmodum pater meus Theſeus ſuperauit taurum ferociſſimum: eo modo nõ dubitabo iſtũ aggredi. ¶ Inobſequentes, qui non poterant regi non obedientes: quamuis Hyppolitus nõ fuerit territus: tamen equi pauefacti non poterãt gubernari frenis. ¶ At ille: Hyppolitus regebat currum cuʒ videbat aliquid oppoſitum ut facit nauta in tẽmpeſtate nauem ſuam quãdo videt oppoſitos fluctus. ¶ Retẽtat frequenter retinet. ¶ Turbido, procelloſo. ¶ Sequitur: ille taurus nunq̃ reliquit eum ſemper a latare: uel ante. ¶ Equa: equaliter vadens. Corniger ponti: taurus marinus ¶ Carpens: iter carpere eſt ire. ¶ imperia: non obediunt frenis: ſed conat ſe diſiũgere a curru vt fugiant. ¶ Recti pro erecti pedes. ¶ Iactãt onus euertunt currũ. ¶ Præceps: tunc alleuato curru Hyppolitus decidit pedibus in loris inuolutus & cũ magis trahebãt equi tanto magis ſtringebatur. ¶ In ora cum vultu ad terram. ¶ Cenſere: ſcilicet nõ eſſe gubernatorem. ¶ Pecudes: requirũt cum impetu uadũt. ¶ Leui: ſine onere dominãte: regẽte. ¶ Talis: facit ſimilitudinem de caſu phetontis filii ſolis cuius fabula notiſſima ẽ apd Ouid ¶ Suum onus, ſcilicet phœbum. ¶ Indignatus: q lux eſſet cõmiſſa iſti puero. ¶ Late: redit ad lacerationem Hyp. ¶ Cruenta.ſ.Hyppolitus. ¶ Illiſum percuſſum reſultat: reſilit dum trahitur. ¶ Populatur: deſtruit. ¶ Decor: infęlix perditur: illa forma,

DN

Vultu nec ora mutat & magnum intonat.
Haud frangit animum uanus hic terror meum.
Nam mihi paternus uincere eſt tauros labor.
Inobſequentes protinus frenis equi
Rapuere currum. iamq; deerrantes uia,
Quacunq; pauidos rapidus euexit furor:
Hac ire pergunt/ſeq; per ſcopulos agunt.
At ille, qualis turbido rector mari
Ratem retentat, ne det obliquum latus.
Et arte fluctus fallit. haud aliter citos
Currus gubernat, ora nunc preſſis trahit
Conſtricta frenis. terga nunc torto frequens
Verbere coercet/ſequitur aſſiduus comes,
Nunc æqua carpens ſpatia, nunc contra obuius
Obarrat omni parte terrorem mouens.
Non licuit ultra fugere/nam toruo obuius
Incurrit ore corniger ponti horridus.
Tum vero pauida ſonipedes mente exciti
Imperia ſoluunt/ſeq; luctantur iugo
Eripere: rectiq; in pedes iactant onus.
Præceps in ora gnatus implicuit cadens
Laqueo tenaci corpus/& quanto magis
Pugnat ſequaces hoc magis nodos ligat.
Senſere pecudes facinus:& curru leui
Dominante nullo: qua timor iuſſit: ruunt.
Talis per auras non ſuum agnoſcens onus,
Soliq; falſo creditum indignans diem:
Phaetonta currus deuio excuſſit polo.
Late cruentat arua: & illiſum caput
Scopulis reſultat/auferunt dumi comas.
Et ora durus pulchra populatur lapis,
Peritq; multo vulnere infelix decor.
Moribunda celeres membra peruoluunt rotæ.
Tandemq; raptum truncus ambuſta ſudes
Medium per inguem ſtipite electo tenet.
Paulumq; domino currus affixo ſtetit.
Hæſere biiuges vulnere, & pariter moram:
Dominumq; rumpunt/inde ſemianimem ſecãt
Virgulta/acutis aſperi uepres rubis:
Omniſq; truncus corporis partem tulit.
Errant per agros funebris famuli manus.
Per illa: quæ diſtractus Hyppolitus, loca,

DAN. ¶ Qualis turbido: Euripides auctor hui⁹ parabolę: ſic ait vt vir nauticus temonẽ capit aptans funibus & loris ſe hyppolitus harpagauit habenas. ἱμάσιν ἐκ ἄντυγος αὐτοῖς ἐμπλακείς ... ἐς τοὐπίσω ... &c. ¶ Tũ uero pauida, territi eq habenas cõtẽpſerũt ui currę diſtulerunt vſus aurigãdi nõ amplius pfuit dñi rapuerũt i dura petras, euripides, αἱ δ᾽ ἐνδακοῦσαι ... &c. ¶ Phaetõta: currus idignans diẽ eẽ cõmiſſuʒ filio ſolis: ita phaetõta excuſſit quẽadmodũ ſuæ eq̃ excuſſerũt Hyppolitũ phaeton lapſus e curru pſuo quẽ temere & pẽe iuito iſcẽderat decidit pceps in padũ quẽ poſtea eridanũ gręci uocauere a pena ipſius phaetõtis Oui. in triſtibus meminit elegãter huius pcipiti, vitaret cœlũ phaetõ ſi viueret: & quos optauit temere, tãgere nollet: equos. Pli. in. iii. pſtringit. ¶ Mœſtaq; cães fideliſſimi ante oia hoi ſunt canes, & pugnaſſe ſępius ꝯſtat p dñis: auctor Pli. in. viii. na. hiſt. Canis ille homericum aga quanta fide erga Vlixẽ ſpectatus eſt: mera canis erigones indicãdo Icarii ſcrobem quã ſagax q̃ memor: fuit qs neſciat canẽ illũ a Ioue Europæ cuſtodiẽdæ, datum q̃ra cura Europem cuſtodierit: q poſtea dona

propter q̃ venit ad iſtam necem. ¶ Moribunda: morientia. ¶ Tandem: dum traheretur Hyppolitus inuẽtus eſt tus Cephalo miſſus eſt contra vulpẽ in agro thebano inſuperabilem themidis numine conuerſus eſt in marmor.

BER. ℭNota, ſignis cruentis. ⸿Meſte propter mortem domini nam canis præter alia animalia amiciſſimus eſt homini. ⸿Nec dum nõdum inuenerat totum corpus qñ diſceſſi. ⸿Dolentum dolentiam famulorum. ⸿Sedulus: diligens. ⸿Explere, inuenire. ⸿Hoccine ſcã narratiõe ſubiũgit nũs eius deplorationes mortis Hyppoliti. ⸿Paſſim: hic & illic. ⸿Cõfertur de multis locis ferẽ ad funus. ⸿O nimium theſeus audiẽs miſerabilem mortẽ filii nõ põt ſe cõtinere lachrymis. ⸿Inuiti uelimus nolimus, ue habebam nuper odio filiũ quem moriturum optabã & nũc mortuũ: flere cogor ⸿Haud honeſte: non conuenienter ſi deſiderabas illum mori, qd nũc fles illũ. ⸿Equidẽ: certe imo lugeo & puto hũc eſſe cumulum malorum quando vltra malum quod volebam accidit completum eſt. ⸿Efficit, complet. ⸿Abominanda, deteſtanda. ⸿Interemi: & q̃ fuerim cauſa mortis.

BER. Vãti, nũc inducitur chorus deplorans hũc caſum dicẽſq; res humanas, fortuna & caſib⁹ agi: magnoſq; viros in primis illis eſſe ſubiectos uerius dimeter anapeſticus. ⸿Quanti: q̃ magni. ⸿Obſcura: in ora: humilis hominis. ⸿Caſa: domus: uilis. ⸿Securos, ſine metu. ⸿Admota: iũcta ad vicina q̃ habitent ſublimia tecta illi ſunt qui ventos & fulmina ſentiunt: & p cellam inuidię. ⸿Vallis: locus depreſſus. ⸿Caucaſus, mons ſcythiæ. ⸿Phrigiũ nemus, ida ſilua & mõs in phrygia: vbi colebatẽ cybeles. ⸿Metuẽs coelo pro coelo ſuo gigãtes olim voluerunt ire in coelum: ideo timens ſemper dicit alta, & eſt fabuloſe dictũ. ⸿Hora: q̃a nullus ſtatus durat. ⸿Præſtat, ſeruat: nã altos multotiens deiicit. ⸿Qui clara. reducit ad propoſitum ſuum. Theſeus modo rediens ab inferis cũ multum debuiſſet gaudere: venit ad tantã miſeriã. ⸿Videt Theſeus, quæ non videbat in inferno. ⸿Morte

Longum cruenta tramitem ſignat nota.
Mœſtæq; domini membra veſtigant canes.
Nec dum dolentum ſedulus potuit labor
Explere corpus. hoccine eſt formæ decus?
Qui modo paterni clarus imperii comes:
Et certus hæres, ſyderum fulſit modo?
Paſſim ad ſupremos ille colligitur rogos.
Et funeri confertur. The. O nimium potens,
Quanto parentes ſanguinis uinclo tenes
Natura, quam te colimus inuiti quoq;.
Occidere volui noxium/amiſſum fleo.
N. Haud flere honeſte quiſq; quod noluit: põt.
T. Equidẽ malorum maximũ hunc cumulũ reor.
Si abominanda caſus optata efficit.
N. Et ſi odia ſeruas: cur madent fletu genæ?
T. Quod interemi, non quod amiſi, fleo.

ℭDimetri Anapæſtici, cum quibuſdam glyconiis 1 & Monometris.

CHORVS.

Quanti caſus humana rotant.
Minor in paruis fortuna furit.
Leuiuſq; ferit leuiora deus.
Seruat placidos obſcura quies.
Præbet ſomnos caſa ſecuros.
Admota ætheris culmina ſedibus
Euros excipiunt notos,
Inſani Boreæ minas:
Imbriferumq; Corum, humida vallis
Raros patitur fulminis ictus.
Tremuit telo Iouis altiſoni
Caucaſus ingens/phrygiumq; nemus
Matris Cybeles: metuens coelo
Iuppiter alto uicina petit.
Non capit unquam magnos motus
Humilis tecti plebeia domus.
Circa regna tonat.
Volat ambiguis mobilis alis
Hora, nec ulli præſtat uelox
Fortuna fidem.
Qui clara uidet ſydera mundi:
Nitidumq; diem morte relicta.
Luget mœſtos triſtis reditus.
Ipſoq; magis flebile Auerno
Sedis patriæ uidet hoſpitium.
Pallas Atthææ ueneranda genti:
Quod tuus cœlum, ſuperoſq; Theſeus
Spectat: & fugit ſtygias paludes.
Caſta nil debes patruo rapaci.
Conſtat inferno numerus tyranno.
Quæ uox ab altis flebilis tectis ſonat?

relicta, iferno. ⸿Reditus, dolet quod reuerſus ſit. Ipſeq; videt hoſpitiũ patriæ ſuæ: qd' eſt ſibi peius q̃ ifernus. ⸿Pallas, tu nihil obligata es Plutõi patruo tuo q; reddidit tibi regẽ patrię quia nihil perdidit de numero ſuo reſtituit unum, & acceperit alium Hyppolitũ. ⸿Acte, athenienſũ. ⸿Caſta. tu pallas. ⸿Rapaci: q̃ omnia rapit. ⸿Cõſtat nũc diminutus eſt. ⸿Quę vox, verſus hic iãbicus dat chorus locum ſequenti ſcenæ audiens phędram furentẽ. ⸿Stricto: nudato gladio. ⸿Vecors furioſa.

DAN. ℭNec dum dolẽtum, ſic laceratus atq; diſtractus eſt ille clarus cões imperii paterni hyppolitus ut triſtes famuli etiã multum laborantes nondum rogo cremandum cadauer totũ colliget. ⸿O nimium, Theſeus nõ poteſt a lachrymis tẽperare audiens filium tã miſerabili morte diſtractũ poenitentia facti adductus theſeus apud Euripidẽ ſic dolet ad arthemi. heu heu heu. α. α. α. dña vtinam morerer. οιμο. α. α. α. δ' ετ μο λαμτ ιν cõtra diana illi reſpondet: mordet te meus ſermo o theſeu ſʒ ceſſa hic audiſti: q̃do plus doloris. ſcias tres manifeſtas p̃ces habere quarum vnã ſumpſiſti peſſime. δ' εακνειστ ιησ ευμυτοσ αλλεχ εσ υχοσ τουιβεν δ' ε αχωσ αοσαυ ημοαισ τκτονεχιουσ τα ματροσ τρειςαρασ αφε ιοσ εχεινωι τυυ μιανωασ ρειλεσ ωκκαχισ εο υ. ⸿O quãti caſus, hic chorus patitur in duo prius ingemeſcit & dolet ſecum ipſe vicẽ Hyppoliti qui perierit iniuſte & falſo: mox theſei & phædræ amariſſima ſeqt deploratio, eſt autem tricolos & carmẽ nonum: nam primo habet pindaricum iambicũ nouenariũ dimetrum pentimemeri heroica. ii. ſaphicum. ibi pallas acteæ. iii. archilochiũ trimetrum. ibi. ⸿Quæ mox, o q̃tis caſibus rotamur miſeri, q̃ ſecuram degunt uitã inops, diuites vero quot vexantur procellis & caſib⁹. Hinc Oratianũ illud pulchre peruenuſte dictũ: Sæpius ventis agitatur ingẽs

Pinus:

Pinus:& excelſa grauiore. Decidunt turres feriuntq; ſum mos. Fulgura montes. Age illud egregium Solonis adagium quando cum ſale qui rogatus a Crœſo lydorum rege quem putaret fœlicem reſpondit. Telũ athenienſem felicẽ puto q ſuo in agro domũculã habeat eoq; ſit contentus: quod ſibi ſuę quę familiæ ſatis ſit q̃ ſniam deniq; Crœſeus probauit regno priuatus.

Strictoq; uecors Phædra quid ferro parat?

ACTVS QVINTVS.

Trimetri Iambici.

THESEVS. PHÆDRA. CHORVS.

Qvis te dolore pcitã inſtigat furor?
Quid enſis iſte? qd ue vociferatio?
Plãctuſq; ſupra corp' iniſum volũt?
P. Me me pfundi ſæue dñator freti
Inuade. & in me monſtra cœrulei maris
Emitte: quidquid intimo Tetys ſinu
Extrema geſtat. quidquid oceanus uagis
Complexus undis ultimo fluctu tegit.
Odire Theſeu ſemper/o nunquam tuis
Tuto reuerſe: gnatus: & genitor nece
Reditus tuos luere. peruertis domum
Amore ſemper coniugum/aut odio. noces.
Hyppolite tales intuor uultus tuos?
Taleſq; fecit? membra quis ſæuus Scinis,
Aut quis Procuſtes ſparſit? aut quis Creſius
Dædalea uaſto clauſtra mugitu replens
Taurus biformis: ore cornigero ferox
Diuulſit? heu me: quo tuus fugit decor?
Oculiq;: noſtrum ſydus. exanimus iaces.
Ades parumper/uerbaq; exaudi mea.
Nil turpe loquimur/hac manu pœnas tibi
Soluam/& nefando pectori ferrum inſeram.
Animaq; memet pariter: ac ſcelere exuam.
Et te per undas: perq; Tartareos lacus:
Per Styga: per amnes igneos amens ſequar.
Placemus umbras/capitis exuias cape.
Laceræq; frontis accipe abſciſſam comam.
Non licuit animos iungere/at certe licet
Iunxiſſe fata/morere: ſi caſta es: uiro.
Si inceſta: amori coniugis thalamos petam
Tanto impiatos facinore? hoc deerat nefas:
Vt uindicari ſancta frueteris toro.
O mors pudoris maximum læſi decus:
O mors amoris una ſedamen mali
Confugimus ad te/pande placatos ſinus.
Audite Atenæ. tuq; funeſta pater
Peior nouerca: falſa memoraui: & nefas:
Quod ipſa demens pectore inſano hauſerã:
Mentita finxi. falſa puniſti pater.
Iuueniſq; caſtus crimine inceſtæ iacet:
Pudicus: inſons recipe iam mores tuos.

BER. Vis te. Hoc eſt principium quinti actus in quo tractatur pęnitẽtia phædræ: cum ceſſet relatu cadauer Hyppoliti ipſa furibunda exiens domum cum gladio ſeipſam interimere uolebat: quod miratur Theſeus quando hyppolitum odiſſe uidebatur. Vnde dicit. Quid enſis: cur furioſa tenes enſem i manu. Inuiſuz quod fuerat tibi odio. Ne me. inuocat phędra quaſi eundem exitum quem habuit hyppolitus. Dominator freti. neptune. Seuecrudelis. Thetys: ultimũ mare. O dure uertit ſermonem ad ipſum theſeum qui nũq̃ ſine damno ſuorum reuerſus ẽ domum & probat per exẽplum filii & patris egei q propter ipſum deiecit ſeſe in mari quando non mutatis uelis redibat theſeus a creta ut nota eſt hyſtoria: ſic hyppolitus ſenſit reditus tuos de inferno. Luere dederunt penas propter reditus tuos. Peruertis: ſemper noces domui tuæ. Amore: quare credidiſti miſſi. Odio propter antiopam quam interfecit cũ ſuperbe illi reſponderet. Hyppolite. modo uertit ſe ad cadauer hyppoliti. & lamentantur quod fuit cã tanti mali: deliberatq; cũ eo dare penas: ut ſit comunes in morte. Procruſtes hic fuit latro crudelis i peloponneſo qui diuerſis penis tranſeuntes afficiebat. Quis creſi. minotaurus decreta de quo uidimus q deuorabat homines. Scinis nomen eſt latronis de quo Ouidi. qui homines alligabat arborib'. Clauſtra dedalia: labyrinthum factum a dedalo. Noſtrũ ſy. appoſitio eſt: quos mirabar tanq̃ duo ſydera. Nil tu quia experta fuerat q Hyppolitus nolebat audire aliqd turpe, q.d. ſcio q non audires me ſi turpe loquerer. Exuam: deponã animam & pariter purgabo me ſcelere. Et te, poſtq̃ nõ potui eſſe cõmunes in uita ero in morte. Placemus mitigemus. Capitis exu. capillos meos, conſuetudo erat ut teſtatur Catullus depone crines in funere cari & dilecti qd primo facit phędra. Iungere, non potui quando viuebas iungere aium: ut amares me: nunc in morte iungam. Fata mortẽ. Morere: facit argumentũ: dilemanton eſt: quando diuidimus in duas ptes & in vtraq; cõcludimus ratione ſubiecta aut fui caſta aut non, ſi fui caſta: & accuſaui falſo hyppolitum debeo mori quia feci ſcelus ſi fui non caſta debeo amari quia interfectus propter amorem. Morere dicit ad ſeipſã. Viro pꝑter uiꝝ. Amori: propter amorem. Petam. q.d. nõ. Hoc deerat nõ conuenit ut fruaris tanto ſcelere: ſed potius debes dare pẽas. Pater: theſeũ qui fuiſti peior i filiũ q̃ nouerca falſa. Memorauit detegit crimẽ ſuũ quod falſo accuſauerit Hyppolitũ. Demẽs propter amorẽ. Hauſeram: cõceperam. Recipe: recupera tu habuiſti malam famam propter me hyppolite, nunc tibi rectĩ tuetur quia fateor falſam accuſationẽ: & ita dicens incubuit enſi.

DAN. Quis te do. Iãbicus trimeter euripidicus, eiulantem: phędram & phanaticŏ furore ac cõcitatiſſimis vocibus ſup cadauer Hyppoliti ſuum ſcelus deteſtantem rogat archicaper ille imũdus theſeus quid fleat tãtopere: contra illa cõtumelioſe theſeo ſuã ſceuitiã obiectat faciẽs ſe ream totius mali eſt autem carmẽ decimum & actus. v. huius tragœdiæ quis te inſtigat dolentẽ furore quæ te agitant laruæ quid fles quem debes odiſſe. Hyppolite pathos a qualitate vt mater etiam Eurialis hũc ego te euriale aſpicio: & liuia i cadauere Druſi Nerõis ſic cine dignus eras oculis occurrere matris. Sic ego te reducẽ digna videre fui. Tene ego ſuſtineo poſitum ſcelerata uidere. Tene meæ poterunt vnguere nate manus. Nil turpe loquimur nõ peto tuos amores ut antea: ſe ut lachrymas iniquę mẽs intueare.

¶ Amnes igneos: per æſtuoſum & ſulfureum phlegeton/ta. ¶ Coniugis thalamos: quæ fronte adibo unquam vi/rum meum ut cum eo commiſcea. apud Euripidem ita lo quitur phędra ego. non nunq̃. pudet. n. perueniam ad re/gales domos: neq; in conſpectum theſei ob turpia opera cauſa aiæ meæ. i. vt mihi complacerem omnino moriar. fecit mori filiũ morte noua. ¶ Efferat, ſepeliat more anti quo qui cadauera efferebant. ¶ Pinus: moriar pœna du/ra nõ ea q̃ ſolebat dare ſcinis latro tranſeuntibus q incur uabat duas arbores: in altera ligabat caput: in altera pe/des miſeri hois poſtea ſurgẽtes dilacerabãt corp⁹ eo mõ nolo ligari ſed grauius ſuppliciũ quero. ¶ Coacto ue. ca cumine arboris in flexo.

Mucrone pectus impium iuſto patet.
Cruorq; ſancto ſoluat inferias uiro.
Q uid facere rapto debeas gnato: parens
Diſce ex nouerca. condere Acherontis plagis.
T ¶ Pallidi fauces Auerni: uoſq; Tænarei ſpec⁹,
Vnda miſis grata Lethes. uoſq; torpẽtes lac⁹
Impiũ rapite / atq; merſũ p̃mite ꝑpetuis malis.
Nunc adeſte ſæua ponti mõſtra. nũc naſtũ maſ
Vltimo quocũq; Prote⁹ æquoris abſcõdit ſinu.
Meq; ouãtẽ ſcelere tãto rapite i altos gurgites
Tuq; ſemper genitor iræ facilis aſſenſor meæ:
Morte dignũ facin⁹ auſus / qui noua natũ necæ
Segregẽ ſparſi per agros ,q q;, dũ falſum nefas
Exequor, uindex ſceleſtus incidi in uerũ nefas
Sydera: & manes: & undas ſcelerẽ cõpleui meo.
Amplius ſors nulla reſtat / regna me norũt tria.
In hoc redimus. patuit ad coelum uia,
Bina ut uiderem funera: & geminam necem?
Cœlebs, & orbus funebres una face
Vt concremarem prolis: ac thalami rogos?
Donator atræ lucis Alcide tuum
Diti remitte munus. ereptos mihi
Reſtitue manes. impius fruſtra inuoco
Mortem relictam crudus: & leti artifex,
Exitia machinatus inſolita effera.
Nunc tibimet ipſe iuſta ſupplicia irroga.
Pinus coacto uertice attingens humum
Cœlo remiſſa findat in geminas trabes.
Mittarq; præceps ſaxa per Scyronia.
Grauiora uidi: quæ pati clauſos iubet
Phlegeton nocentes igneo cingens uado.
Q uæ pœna maneat memet: & ſedes, ſcio.
Vmbræ nocentes cedite / & ceruicibus
His his repoſitum degrauet feſſas manus
Saxum: ſenis perennis Eolii labor.
Me ludat amnis ora uicina abluens.
Vultur relicto tranſuolet Tityo ferus.
Meumq; pœnæ ſemper accreſcat iecur.
Et tu mei requieſce Pirithoi pater.

ωσ ἀρ μοτα ισχυνω γειρ ισ ουσ ωλειν προσωπο νθισ εωσ αφιζομαιδισ χροισ ευπεργοισ ουνιχα ψυχισ μιασ θανεινοπωσ δτοτεσ ψσ ωχτυσ ομαι. ¶ O mors pudoris, videt mihi hui⁹ carminis ſenſus male quadrare propterea in antiquario codice manu cum inueni nã nullum de/cus affert mors mulieri læſo pudore: & eſſe contra. Propertiũ: apud quẽ Cor/nelia hanc ſententiam lo/quitur hæc eſt fœminei mer/ces extrema triũphi. Lau/dat ubi emeritũ libera fa/ma rogum: quare aſteri/ſco notandum.

BER. ℂ Pater: apertum eſt. ¶ Iu ſto mucrone quia percuſſit merentem. ¶ Inferias: ſa/cra quę ſolebant fieri mor tuis. ¶ Sancto viro: Hyp/polito innocenti. ¶ Quid fa. vertit ſe ad theſeum: di/ſce pater quid debeat face/re: ſi ipſa nouerca morior. ¶ Condere: cõdaris & oc/culteris. ¶ Plagis regioni/bus inferni. ¶ Palladi mu/tuantur hic verſus & ſunt trimetri archilochi: iambici & ſunt tetrametri cum ha/bent octo pedes quãdo ha bent ſeptem & vnam ſylla/bam ſunt achatalectici. i. nõ perfecti: & dicunt acata lectico deficio. ¶ Theſeus, nunc aptat ire ad infernos vbi alias fuit. ¶ Auerni la/cus inferni. ¶ Tenarii ſpe lunca per quam dicit aditus eſſe ad inferos: de qua diximus in hercule furẽte. ¶ Lethes fluuius inferna/lis: cuius aquæ pota obli/uionẽ facit. ¶ Grata: q̃ mi/ſeri optant ut obliuiſcant miſerias. ¶ Nũc adeſte: uo cat omnia monſtra maris ad perditionem ſuã. ¶ Pro teus occeani & tethyos fi/lius qui dicitur phocas pa ſcere in mari: vnde paſtorẽ belluarum marinarum ap pellãt poetæ. ¶ Meq; ouãtem: lætantem falſa uictoria. ¶ In cœlum: ad ſuperos: & loquitur reſpectu inferiorum quib⁹ nos ſumus ſuperi. ¶ Celebs. priuatus vxore. ¶ Do nator: ut diximus Hercules liberauit theſeum ad inferis: vnde rogat eũ vt iterũ reſtituat ipſum ad inferos. ¶ Mor/tẽ nunc inuoco mortẽ q̃ habebam in inferno. ¶ In ſolita

¶ Trabes arbores ſchirõ latro ꝑpe: corithũ q tran/ſeunt cogebat pedes ſibi oſ culari vñ illos ꝑcipitabat hic locus ut vidimus appel lata ſunt ſaxa ſchironia. ¶ Grauiora uidi: fui apud iferos & ſcio grauiores pę/nas. ¶ Phlegeton: fluuius iferni trahẽs vndas igneas ¶ Cedite vmbræ vertit ſe ſpãlr ad quaſdã aias dãna tas ut dent ſibi locũ, & ſuc cedit penis illaiũ. ¶ Senis eoli. i. ſiſiphi filii eoli q apd iferos hac pena afflictus: ut grãde ſaxũ ſupra mõtẽ portare coactus cũ ad api/cẽ deduxerit cõtinuo adu/ma relaxaret: ut Oui. xiii. meta. Aut petis aut urges rediturum ſiſiphe ſaxum. ¶ Me ludat amnis: fluuius in quo ẽ Tãtalus de cuius pena dixius ſæpi⁹. ¶ Vult, ſilr hæc hiſtoria narrata eſt in Hercule furẽte. ¶ Pr̃ pirithoi. i. ixion cuius hiſto ria nota eſt ſuperius.

DAN. ℂ Pallidi fauces auerni in cipit lachrymoſa & fune/bris reſei lamẽtatio. i qua ꝓfundos mães iuocat i ſuã pnicię: & ꝑpetuæ mortis ſupplicia q ſingula ſingu/lis dant optat i ſe uno con/geſta: ſint: alr Euripidicus alloquit vmbrã Hyppoli/ti: theſei filii, nõ mihi am/plius iucũda vita vrinã fie/rẽ fili p te mortu⁹ o q̃ nũq̃ debebas venire i cõſpectũ meũ, &c̃. ο λωλα τεκνον. ω δ' εν χαρισ βιου εισ αρσε νοι μιν τε κνον οντισ ωνε κροσ. ωσ μη ποτ' ωλεσ ινω φελεισ του μονοσ ομα &c̃. ¶ Protheus, protheũ deũ marinũ diuerſas ſumpſiſſe formas legimus apud græ cos & noſtros poetas: is ha buit pallenẽ pr̃tã i theſſa/lia: regnauit i carpatho in ſula & egiptiis iperauit, pa ſcebat phocas. Theocri. ωσ προτεισ φκασ ναι πεσ ωνενεπε. Iræ facili pr̃ q facile me iratũ exaudiſti dãdo illa tria q̃ apud Euripidẽ illi obiectat Hyppolitus ωδ' ωρασ πατροσ σου ποσ εισ τωνοσ πικρα. ¶ Et tu mei requieſce. Sene. diſſentit Homero qui canit in. β. Ilia dos. Virg. in. vi. æne. fuiſſe pirithoũ filiũ Iouis Homerus in. ε. Iliados ſic, ουδ' ε οσ πωτερασ αμυνιξιονι ησ αλο χοιο ντεχεσ

χοιοιτιχ.. ωαιριθο ον βε οφι. εμάσ τόρατααλαυτον. & theſea pirithoumq;: q̄q̄ diis geniti. Proper. ſentit cum Sene. Theſe. infernis: ſuperis teſtatur Achil. Hic inſioni/dem, illa menæciadem.

BER. ℭRota: nunquā reſiſtens incitatis turbinibus ferat mea membra. ꝑ Chaos: ſicut dixit Heſio. fuit confuſio elemē/torum: & dicitur eſſe apud inferos. ꝑ Iuſtior: quare alias iui nō iuſta cauſa ſed ad raptum Proſerpinæ: nunc autem ut ſequar fili/um. ꝑ Ne metue: Pluto no/li timere non veni ad rapi/nam. ꝑ Caſti: non inceſti: ut feci alias. ꝑ Proni: faci/les: & eſt dictum ex indi/gnatione. ꝑ Theſeu: cho/rus exhortatur theſ. ad ſcā/dalum lachrymas & ſepe/liendum filium ſuum: nam plorandi tempus ſatis ha/bebis. ꝑ Iuſta: exequias. ꝑ Effero, valde crudeli. ꝑ Fœde. ſanguinolenter. ꝑ Huc huc, iubet membra cadaueris portari. ꝑ Te/mere, ſine vllo ordine, nam membra filius nō erant or/dinata locis ſuis. ꝑ Parēs, vt non eſſem ſolus ad hoc malum inuocaui patrē ne/ptunum: ut miſeret mon/ſtrum ita feci eum quoque peccare. ꝑ Semel: nō ſemel ſed bis, ſcilicet in filium & patrem. ꝑ O triſte: quam mala eſt orbitas priuatio filiorum in ſene, iuuenis amittens filium ſperat re/cuperare alium quæ ſpes non eſt in ſene. ꝑ Fractis, ſenilibus. ꝑ Eſt ſu. ſupereſt & reſtat. ꝑ Foue, contine amplexu. ꝑ Genitor: ad ſe ipſum dicit. ꝑ Errantes: q̄ ſunt remote de loco ſuo. ꝑ Locus: iam digerit mem/bra & dicit lacertus dexter hic debet eē: & hic ſiniſtra manus. ꝑ Leui: ſiniſtri ca/pit aliud fragmentum cor/poris, ſcilicet latus ſiniſtrū q̄ nō erat integrum. ꝑ No/tas: ſigna. ꝑ Quā me ma/gna pars corporis adhuc reſtat ſuper quam non po/tero plorare: timeo q̄ nō potero durare donec redi/gam totum corpus in vnū. ꝑ Fingit cōponit. ꝑ Hoc: capit vnum ad aliud mem/brum: & non videt quæ ſit illa pars: ſed poſtquā deeſt hic una pars: ponam i hoc loco. ꝑ Ambeſum. corro/ſum: dubito quæ pars ſit tui: an brachium an hume/rus. ꝑ Vacuo: vbi non eſt membrum. ꝑ Hæc ne: fa/cit commiſerationem dicens hic eſt ille vultus qui coegiſ/ſet etiam hoſtes ad amandum ſe. ꝑ Furor: inſania mea. ꝑ Ex voto, quod feci neptuno contra filium. ꝑ Hæc ne. quotiens reperietur aliquod membrum erit opus efficere funus nouum. ꝑ Suprema: vltima ꝑ Efferendus: ſepe/liendus. ꝑ Interim: dum reperientur aliæ partes. ꝑ Ignes, rogus quo comburebātur illa mēbra. ꝑ Patefacite, iubet aperiri ianuā ut au/diatur lamentatio. ꝑ Fu/neſtam: infelicem. ꝑ Meſo/pia: totæ athenæ: nam me/ſops rex athenarum fuit. ꝑ Claris: magnis: ut oēs audiant. ꝑ Vos, imperat aliis ut parent rogū: aliis ut querant reliquas partes corporis per agros. ꝑ Ac/quiritæ, ita querite ut inue/niatis. ꝑ Iſtā. ſ. phœ. eā nō nominat qm̄ illius nomen non erat inuiſum: non vult cremeř: ſed terra defodiař: rogatq; at ſemp illi tellus ſit oneroſa & grauis quod contrarium dilectis opta/bař, vt Tibullus. Nec gra/uet oſſa lapis. ꝑ Præmat, claudat. ꝑ Grauis quę gra/uet corpus ſuum. ꝑ Impio capiti: crudeli Phædræ quæ fuit cauſa necis hyp/politi mei.

DAN. ℭIuſta: cōpone lacerū cor/pus gnati, & fac parētatio/nem. ꝑ Iuſta: p defunctis fiūt: quod pium ſit: & iuſtū manibus ꝓpitiari, & quam citiſſime fieri id poteſt ſi fi/at centū annos nō vagant̄ idcirco ocyus dixit abſcon/de. ꝑ Temere cō. carnem mei pignoris in fruſtra cō/ſectā & cōglobatā huc ad me ferte. ꝑ O triſte fra. mi/ſerrima ſenectus cui non adeſt adminiculo fili⁹: gra/uiſſimi doloris eſt in ſeni/bus iactura liberorum, id/circo Agrigentinus tyran/nus commiſeratus ſenectā patris Mecœnatis quē po/tuiſſet ſæpius occidere ob iniurias multas noluit ne dolore orbitatis afficeret ſenem. ωυνθανομενοσ δε ετωει ειχιτουσ γεροντα ειν και μιδε ετερουσ αυτω γεγονεναι ωαιδασ, ελεεινον δ' ενεδεω, ουδε και τοι ωαρυ λιχιαν τρασινο μενουσ φειρομενοσ τεωσ τω ωαροντυσ αυεσ χονα. i. intelligēs patrem tuū pru/dentē ſenem eſſe neq; alios poſſe ab eo generari pue/ros: illū enim miſereor: ti/bi præ ætate cōſidēti par/cens hucuſq; me continui.

Hæc incitatis membra turbinibus ferat
Nunquam reſiſtens orbe reuoluto rota.
Dehiſce tellus / recipe me dirum chaos:
Recipe / hoc ad umbras iuſtior nobis uia eſt.
Gnatum ſequor ne metue, qui manes regis.
Caſti ueni mus recipe me æterna domo
Non exiturum / non mouent diuos preces.
At: ſi rogarem ſcelera: quam proni forent.
G. Teſeu querelis tempus æternum manet.
Nunc iuſta nato ſolue / & abſconde ocyus
Diſperſa fœde membra laniatu effero.
T. Huc huc reliquias uehite cari corporis:
Pondusq; / & artus temere congeſtos date.
Hyppolitus hic eſt? facinus agnoſco meum.
Ego te peremi: nen nocens tantum ſemel:
Solus ne ficrem: facinus auſurus parens
Patrem aduocaui / munere en patrio fruor.
O triſte fractis orbitas annis malum,
Complectere artus / quodq; de nato eſt ſuper:
Miſerande mœſto pectore incumbens foue.
Diſiecta genitor membra laceri corporis
In ordinem diſpone / & errantes loco
Reſtitue partes. fortis hic dextræ locus.
Hic læua frenis docta moderandis manus
Ponenda. læui lateris agnoſco notas.
Quā magna lachrymis ps adhuc noſtris abeſt.
Durare trepidæ lugubri officio manus.
Fletusq; largos ſiſtite arentes genæ.
Dum membra nato genitor annumerat ſuo.
Corpusq; fingit / hoc quidem eſt forma carens:
Et turpe: multo & uulnere ambeſum undiq;.
Quæ pars tui ſit: dubito: ſed pars eſt tui.
Hic hic repone, non ſuo, at uacuo loco,
Hæc ne illa facies igne ſydereo nitens
Inimica flectens lumina? hic cecidit decor.
O dira fata numinum, o ſæuus furor,
Sic ad parentem gnatus ex voto redit?
En hæc ſuprema dona genitoris cape
Sæpe efferendus. Interim hæc ignes ferant.
Patefacite acerba cæde funeſtam domum,
Mopſopia claris tota lamentis ſonet.
Vos apparate regii flammam rogi.
At vos per agros corporis partes vagas
Acquirite: iſtam terra defoſſam premat.
Grauisq; tellus impio capiti incubet.

BER. IAm noc͡te: argumentũ huius tragœdiæ quæ inſcribitur Oedipus repetendum eſt ſuperius de tragœdia Thebaide. diuiditur in quinq; actus: primo introducitur Oedipus exiens foras qui dicit: ſciam hoc mane quot mortui ſũt nocte iſta: & ſi curas regni damnat per commiſerationem omnium regnantium. Secundo autem erit ſciſcitatio remedii peſtilentiæ: Tertio conſultatio per tyreſiam autẽ, quarto reuelatio patris interfecti & matris acceptæ in vxorem: quito mors Iocaſtæ & obcecatio œdipi. ¶ Mœſtũ: qa nõ erat lux aperta: ſed oppreſſa nubibus & vaporibus. Iubar: ſplendor ſolis. ¶ Luctificã: quæ affert nobis luctũ ¶ Deſolatas: deſtitutas ꝓpter peſtem. ¶ Quiſquam, hic damnat conditionem ream: quæ tot miſeriis tenetur. ¶ Fallax: o regnum quod videris eſſe optabile: & decipis oẽs ¶ Quantum: habet uim ſubſtantiui. ¶ Fronte apparentia: aſpectus tuus licet blãdus ſit: tñc occultat multa alia ¶ Vt alta iuga: ſummitantes montium: facit comparationem quemadmodum uenti ſemper verberant altos montes: ſic reges ſemp agitantur variis ſollicitudinibus. ¶ Rupem ſcopulũ. ¶ Dirimentẽ: diuidẽtẽ. ¶ Quieti: non pcciloſi ſicut illi ſcopuli verberantẽ licet non ſit tempeſtas: ita reges q̃uis ſit pax oppreſſi ſunt multis curis. ¶ Quã bene ad ſe ipſum vertit: bene fugeram patriam meã corinthum: ita enim credebat eſſe patriã. ¶ Polibi. patris mei qui erat rex corinthi: ita putabat ſed fili⁹ erat laii thebani. ¶ Incidi: ꝓter opionẽ a caſu deueni.

DAN. ¶ Ariſtophanes poeta comicus lepidiſſimus ſcripſit epigrãma in quo fortunã & miſerãdam vicem Oedipus eleganter pſecutus eſt: vnde totum huius tragœdiæ ſubiectum: qui diligenter aduertit: uideri poteſt Seneca cõmodato accepiſſe: eſt autem huiuſmodi argumẽtum. Linquens corinthum Oedip. patris notus iurgio affectus hoſpes ab omnibus: profectus eſt ſciſcitatum pyrichum oraculum: q ierens ſeipſum & generis ſemen: quo inuento miſer ab infantia uſq; dolens laium peremit genitorem. Sphingis autẽ grauis lœtale ſoluens robur lectum matris ignoraæ inceſſauit: peſtis thebas inuaſit & morbus lõgus. Creon autem miſſus delphos vt peſtis Thebas acciperet remedium, audiuit a numine cedem laii vlciſcendam: quod diſcens Oedipus miſer duabus manibus ſibi oculos offodit. Ipſa autem Iocaſta ſe ſtrangulauit: hanc totam materiam hoc non proſequitur auctor allegatus: ex qua Sophocles elegantiſſimam fabulam deſcripſit quæ inſcribitur οἰδίπους ὁ τύραννος. & Seneca ita cohæſit ut nullus propeſit locus quem non fecerit noſtrũ atq; in hanc tragœdiam non tranſtulerit: & ne ſuſpiceris o lector benigne tibi data verba ipſum epigramma ſubiiciendum oculis putaui. λιπὼν κορινθον οἰδίπους, πατρος νόθος: πρὸς τῶν ἁπάντων λοιδορούμενος ξένος ἦλθε πυθικὸν μαντεῖον, ζητῶν τὸν ἑαυτοῦ καὶ γένους σπόρον: εὑρὼν δὲ τὸν μόνον ἐν σχιστῇ ἁμαξιτῷ ἰσακων ἔπεφνε λαῖον γεννήτορα, σφιγγὸς δ' ἐδείνης θανάσιμον λύσας μέλος ᾔσχυνε μητρὸς ἀγνοουμένης λέχος. λοιμὸς δ' ἔβλαστε καὶ νόσος μακρὰ: κρέων δὲ πεμφθεὶς δελφικὴν πρὸς ἑστίαν ὅπως πύθοιτο τοῦ κακοῦ πορίστιμον ἀκούσε φωνῆς μαντικῆς θεοῦ παρὰ τὸν λαΐειον ἐκδικῆσαι φόνον· ὅθεν μαθὼν ἑαυτὸν οἰδίπους τάλας, διασταῖς τε χερσὶν ἐξανάλωσε κόρας· αὐτὴ δὲ μήτηρ ἀγχόναις σιώλετο. ¶ Proponit materiã per ipm Oedi. ad quã ſpectant primæ partes fabulæ cuius caraſtrophe ẽ Oedipum occecari in vltionẽ paternæ necis & patriæ liberationem a peſte intra quinq; actus partitur: quorum primus ꝯſtans metro iambico trimetro refert lamenta Oedipodis ob dirã peſtilentiã quæ prope modũ totũ thebanũ populum depaſta eſt ſecundo Iocaſtæ ꝯſolationẽ ad eũdem œpipoda proſequit. ¶ Polybus corinthiorũ tyrãnus q œdipoda ſibi oblatum p Phorbantẽ paſtorem optauit in filiũ nominauitq; a pedũ tumore infantẽ ipm. ¶ Pax ipſe fidens: cum mihi: inquit, nõ conſtarẽ neq; ſatis meæ



TRAGOEDIÆ INTERLOCVTORES.

Oedipus. Iocaſta. Chorus. Creon. Tireſias. Manto. Senex. Phorbas. Nuntius.

TRAGOEDIA Q VINTA Q VÆ INSCRIBITVR OEDIPVS.

ACTVS PRIMVS.

Trimetri Iambici.

OEDIPVS. IOCASTA.

IAm nocte pulſa dubius effulſit dies.
Et nube mœſtũ ſqlida exoritur iubar,
Lumẽq; flãma triſte luctifera gerens.
Iã cernet auida peſte ſolatas domos,
Stragẽq;, quã nox fecit oſtẽdet dies.
Quiſquam ne regno gaudet? o fallax bonum,
Quantum malorum, fronte quã blanda, tegis.
Vt alta ventos ſemper excipiunt iuga.
Rupẽmq; ſaxis vaſta dirimentem freta
Quamuis quieti verberant fluctus maris,
Imperia ſic excelſa fortunæ obiacent.
Quam bene parentis ſceptra Polybi fugeram
Curis ſolutus/exul, intrepidus: vagans:
Cœlum, deoſq; teſtor: in regnum incidi:

fatis meæ imbecillitati cõfidere ueritus: ne tuum ius uiolarem: natura illud poſui in tuo cum olim infans fui oppoſitus & ex eo quod horres magna ſcelera timeo tamen nonnulla quæ præter te fieri nullo modo exiſtimas.

BER. ¶ Infanda: non dicenda. ¶ Delphica laurus: reſpõſa Apollinis delphici quæ ſcribebantur in foliis lauri: ut teſtatur Virgil. in. vi. æne. foliis ne carmina mãda. ¶ Maius: ſed quid eſt peius q̃ occidere patrem ſi ſibi obiicit per antipophoram: eſt maius aliud ſcelus ſcilicet haberẽ matrem pro uxore. ¶ Proh pie. exclamat ad pietatẽ quare hæc ſunt cõtra illam. ¶ Impia face impio matrimonio. ¶ Hic timor ſiue habeam matrem pro uxore & interficiam matrem expulit me corintho. ¶ Profugus: fugatus. ¶ Parum: nolui fidere mihi & in conſtantia mea. ¶ Tuto: iura quæ debent eſſe inter filium & parentes. ¶ Cum magna: ponit ſententiã generalẽ quãdo times aliquod malũ tu debes cauere omnia accidentia ad illud. ¶ Metuas q̃uis putes nõ poſſe fieri illud: tamen timeas. ¶ Non cre. non committo me mihi quia non auſus ſum manere ubi erat pater meus ne accideret caſus quẽ me tuo. ¶ Iam iam. puto aliqua mala mihi parari moriuntur omnes & in tanta peſte ſolus reſeruor ad aliquod malũ. ¶ Moliri: parare. ¶ Genti cad. populo thebano ¶ Late edita uſq; facta. ¶ Struem, congeriem corpora mortuorũ. ¶ Reus, ipſe quem phœbus damnauerat dicẽs me paricidam naſciturum nõ poteram ſperare regnum mihi eſſe bonum ſed ad meam perditionem datum cũ phœ. tãtis ſceleribus damnauerat me: ideo reſeruor ad aliquod malum. ¶ Fecimus cœlum, aërem hæc peſtis uenit ꝓpter ſcelera mea. ¶ Nocẽs. peſtiferum. ¶ Anhela: anxia nõ eſt aura quæ refrigeret corda æſtuantia flammis peſtiferis. ¶ Leues: leuiter ſpirantes. ¶ Titan, augentur ca

Infanda timeo, ne mea genitor manu
Perimatur hoc me Delphicæ laurus monent.
Aliudq; nobis indicant maius ſcelus.
Eſt maius aliud patre mactato nefas?
Pro miſera pietas/eloqui fatum pudet.
Thalamos parentis Phœbus, & diros toros
Gnato minatur impia inceſtos face.
Hic me paternis expulit regnis timor.
Non ego penates profugus exceſſi meos.
Parum ipſe fidens mihimet in tuto tua
Natura poſui iura. cum magna horreas,
Quæ poſſe fieri non putes, metuas tamen.
Cuncta expaueſco, meq; non credo mihi.
Iam iam aliquid nos fata moliri parant.
Nam quid rear, quod iſta Cadmeæ lues,
Infeſta genti, ſtrage tam late edita
Mihi parcit vni; cui reſeruamur malo?
Inter ruinas urbis, & ſemper nouis
Deflenda lachrymis funera, ac populi ſtruem?
Incolumis ergo ſcilicet Phœbi reus
Sperare poteras ſceleribus tantis dari
Regnum ſalubre? fecimus cœlum nocens,
Non aura gelido lenis afflatu fouet
Anhela flammis corda. non zephyri leues
Spirant. ſed ignes auget æſtiferi Canis
Titan leonis terga nemæi premens.
Deſeruit amnes humor, atq; herbas color
Aretq; Dirce, tenuis Iſmenos fluit.
Et tingit ipſa nuda uix vnda uada.
Obſcura cœlo labitur phœbi ſoror.
Triſtiſq; mundus nubilo pallet nouo.
Nullum ſerenis noctibus ſydus micat.
Sed grauis, & ater incubat terris uapor.
Obtexit arces cœlitum, ac ſummas domos
Inferna facies. denegat fructum Ceres
Adulta/& altis flaua cum ſpicis cremat.
Arente culmo ſterilis emoritur ſeges.
Pars nulla regni immunis exitio uacat.
Et omnis ætas pariter & ſexus ruit.
Iuueneſq; ſenibus iungit. & gnatis patres
Funeſta peſtis. vna fax thalamos cremat.
Fletuq; acerbo funera, & queſtu carent.
Quin iſta tanti peruicax clades mali
Siccauit oculos. quodq; in extremis ſolet,
Periere lachrymæ/portat hunc æger parens
Supremum ad ignem mater hunc amens gerit.
Properatq;, ut alium regerat in eũdem locum.
Quin luctu in ipſo luctus exoritur nouus.
Suaq; circa funus exequiæ cadunt.
Tum propria flãmis corpora alienis cremant.

lores, cum ſol ſit in leone apud illam ſtellam quæ dicitur canis ſiue canicula: vnde dicti ſunt dies caniculares ſyrius quoq; dicitur in medio centro cœli ad q̃ ſtellam cum ſol aſcẽdit duplicatur calor ipſius: & lãguore afficiuntur corpora ſyrium autem illam uocatam putant propter flammæ candorem, latini caniculam dicunt de qua fabuloſe multa dicuntur ut inquit Iginius. ¶ Nemei: hũc leonem fuiſſe dicunt quem her. interfecit in nemea ſilua archadiæ. ¶ Deſeruit: quia omnia areſcũt. ¶ Dirce: fõa de quo ſupra ¶ Hiſmeneos: fluuius Theba. ¶ Tenuis: paucis aquis. ¶ Nuda ſine aqua. ¶ Nouo inuſitato. ¶ Facies: apparentia infernalis. ¶ Arces: cœlũ ¶ Obtexit: cooperauit. ¶ Vna fax: ſolus rogus. ¶ Thalamus: maritum & uxorem: quia vna hora moriuntur. ¶ Fletu. cum omnes moriantur nõ reſtat q ploret ſuos. ¶ Peruicax: perſeuerans. ¶ Siccauit: quia amplius nõ eſt hũor ad lachrymas. ¶ Regerat, portat alium. ¶ Exequiæ: qui ſequuntur funꝰ, moriuntur priuſquam diſcedant ex ipſo funere. ¶ Propria, ſeparauerat rogos pro aliis & ipſi cadentes in ipſo funere cremantur in illis.

DAN. ¶ Non aura gelido deſcribit peſtem non contagioſam ſed cœlitus uenientem qualis eſt Ouidiana quæ æginum agrum uaſtauit. ¶ Sirius: ſtella orit. xxix. gradu cancri circa mediũ menſem Iulii occiditq; circa medium Septembrem. παρατοστειρα: ſic ſede hac ſtella meminit Appollo. rodius in. ii. argonauticon. Virgi. in. x. Iginius in ſignis cœ. ¶ Petite lachrymes etiam lachrymãdi nulla eſt uis quippe ex nimio peſtis feruore exhauſtꝰ ex humor illarum lachrymarum circa morem græcum accipit aſpirationem ſed defenditur exemplo linguæ atticæ quæ firmandum roborandiſq; uocibus ſpiritum inſerebat ut eſſet eaꝝ ſonus uiridior uegetiorq;. ¶ Cadunt medentes: nul

la ægrotanti relicta eſt a medico ſpes quippe nec ipſe erat a peſte immunis iuxta illud Ouidianum : Inq; ipſos ſæua medentes irrupit rabies. ⁋ Aut trahit.ſ. ad mortẽ aut trahit ꝑ ſubtrahit ipſi ægro auxilium ut ſit aphæreſis. ⁋ Matura: quia & ſenex & ſceleſtꝰ: ideo matura : maturi ſunt flagitioſi: ut cito cadant & moriantur ſicut poma cocta & matura reſpuuntur ab arboꝛ quemadmodum Cicero recordatur in Catone maiore uł matura accelerata propter illud qđ ſequitur præcurram.

BER. ℂ Nullus: non eſt pudor illis qui ſunt in extrema miſeria. ⁋ Diſcreti: ſeparati ſolet fieri ſepultura pro ſingulis ſed nunc vnus tumulus regit multos. ⁋ Quota minima.q.d. de mille partibus non crematur vna: uel legatur. ⁋ Quanta & erit ſenſus ſatis eſt concremaſſe ſi nõ colligantur oſſa non eſt mirum: cum terra deficiat ad faciẽdum tumulos. ⁋ Vota quæ fiunt diis. ⁋ Ars: medicia. ⁋ Medentes ipſi medici. ⁋ Auxilium : auxiliatorem medicum. ⁋ Affuſus: ad terram iacẽs. ⁋ Matura: fata mortem feſtinam': ut dii faciãt me mori priuſquam uideã cladem omnium aliorum. ⁋ Poſt omnes : ultimus. ⁋ Sperne: ad ſeipſum dicit poſtquam dii negant tibi mortem uel recede hinc uł interfice te. ⁋ Contacta: qua contactus tuus: huius regni eſt cauſa tantæ peſtis : uel legatur contracta uel acquiſita. ⁋ Vel etiam. ⁋ Ad parentes: quos fatatum erat ut iterficerem eſt etiam melius : ut reuertar ad illud periculum. ⁋ Labat: deficit. ⁋ Hoc.i.tanto ⁋ Præſſius, firmius tranſlatio ab his qui firmant ſe pedibus homo fortis non debet moueri in periculis. ⁋ Abeſt: nõ timeo : nec do terga fortunæ quia etiam auderem contra gigantes ſed doleo propter utilitatem reipublicę. ⁋ Probri: uituperium: nam turpiſſimum eſt uiro forti timere. ⁋ Sphinga : accuſatiuus græcus probat ſe non timere exẽplo ſphingis de qua

Diripitur ignis. nullus eſt miſeris pudor.
Non oſſa tumuli ſancta diſcreti tegunt.
Arſiſſe ſatis eſt pars quota in cineres abit.
Deeſt terra tumulis/iam rogos ſylnæ negant.
Non uota, non ars ulla correptos, leuant.
Cadunt medentes/morbus auxilium trahit.
Affuſus aris ſupplices tendo manus
Matura poſcens fata præcurram ut prior
Patriam ruentem. ne ue poſt omnes cadam.
Fiamq; regni funus extremum mei.
O ſæua nimium numina, o fatum graue,
Negatur vni nempe in hoc populo mihi
Mors tam parata. ſperne letali manu
Contacta regna. linque lachrymas, funera,
Tabifica cœli uitia/quæ tecum inuehis
Infauſtus hoſpes. profuge, iamdudum ocyus
Vel ad parentes. Io. quid iuuat coniux mala
Grauare queſtu/regium hoc ipſum reor.
Aduerſa capere. quoq; ſit dubius magis
Status, & cadentis imperii moles labat.
Hoc ſtare certo preſſius fortem gradu,
Haud eſt uirile terga fortunæ dare.
Oe. Abeſt pauoris crimen, ac probrum procul,
Virtuſq; noſtra neſcit ignauos metus.
Si te'a contra ſtricta, ſi uis horrida
Mauortis in me rueret/aduerſis feros
Audax gigantes obuias ferrem manus.
Nec ſphinga cæcis uerba nectentem modis
Fugi: cruentos peſtis infandæ tuli
Rictus, & albens oſſibus ſparſis ſolum.
Cumq; e ſuperba rupe iam prædæ imminens
Aptaret ales uerbera, & caudam mouens
Sæui leonis more conciperet minas.
Carmen popoſci/ſonuit horrendum/inſuper
Crepuere malæ, ſaxaq; impatiens moræ
Reuulſit vnguis uiſcera expectans mea.
Nodoſa fortis uerba. & implexos dolos,
Ac triſte carmen aliris ſolui feræ.
Io. Quid ſera mortis uota nunc demens facis?
Licuit perire/laudis hoc pretium tibi
Sceptræ, & perẽpte Sphingis hæc merces dať.
Oe. Ille, ille, dirus calidi monſtri cinis
In nos rebellat/illa nunc Thebas lues
Perempta perdit. vna iam ſupereſt ſalus.
Siquam ſalutis Phœbus oſtendit uiam.

ℂ Sapphici ꝑim, Anapæſtici, Dimetri, & Monometri iſerti cũ nõnullis Trimetris Iãbicis.

CHORVS.

Occidis Cadmi generoſa proles
Vrbe cum tota. uiduas colonis

uiſum eſt in thebaida: tragœdia. ⁋ Nectentem: intricantem. ⁋ Rictus os acutũ. ⁋ Sparſi: aſperſi. ⁋ Oſſibus: illorum quos ipſa interfecerat. ⁋ Ales: ſphinx alata : cum aſcendiſſet rupem ut acueret iram contra me ut facit leo qui ſe incitans caudam ſe percutit. ⁋ Præde.ſ. mihi quam putabat prędam. ⁋ Carmen dixi : ut proponeret enigma. ⁋ Sonuit: dixit horribiliter. ⁋ Male : concuſſi ſunt dentes cum fremitu. ⁋ Reuulſit: ex rabie impatiens deturbauit deorſum ſaxum ingens. ⁋ Solui: declaraui. ⁋ Nodoſa: intricata. ⁋ Alitis feræ. ſphingis. ⁋ Triſte: apportans triſtitiam neſcientibus ſoluere. ⁋ Quid fera. dicit Ioca. arguis te non timere cum auſus ſis contra ſphingem: & poteras tũc mori & noluiſti: cur uis mõ mori. ⁋ Vota. ſera tarda. ⁋ Precium .ſ. regnum nam ꝑpter mortem ſphingis datum eſt tibi hoc regnum. ⁋ Sceptrũ & merces: præmium laboris mei dicit Oedi. ſi interfici ſphingem puto quod nũc petat pœnas. ⁋ Lues peremp. ſphinx. ⁋ Perdit: deſtruit. ⁋ Supereſt, vnum auxilium reſtat ut oremus deos: & mittamus ad oraculum Appollinis.

BER. Occidis : Inducitur Chorus calamitatem thebanorũ deplorans & eſt uerſus ſaphichus. ⁋ Occidis: moreris: ci breue. ⁋ Cadmi: qui condidit Thebas. ⁋ Viduas: deſertas colõis. ℂ Contacta: polluta vnde contagium quãquam producit ante penultimã placet magis quam cõtracta.

DAN. ⁋ Hoc ſtare, oratio non indigna prudenti ac præclara matrona quæ ſuadet in aduerſis præſtare conſtantiam ſic Ora. præcipit hde lio æquam memento rebus in arduis ſeruare mentem non ſecus in bonis ab inſolenti temperatam lætitiam moriture hdeli ſeu mœſtus omni tempore uixeris: ita Iocaſta aureũ pręceptũ ꝯſtãtię uito ſuo apte proponit in aduerſis & arduis obſeruãdum. ⁋ Hæc ſphinga:

ſphinga: ſicut meminit Ariſtophanes & ſophocles. σφιγγοσ δ' ἐδ' ειυπο σαγασι μον λυσ ασ μενοσ. Carmen: ſecundum metro ſaphico cō plectitur trifariam Thebani chori lamentationem primo ruinam & ſtragem hominū quos ineuitabilis morbus peſtilentię confecerat inde iumētorum uaſtationem ultimo herbarum planetarumq; ſiccitatem æſtuantis ſyderis malicia in ortam deplorat Cho. Diuiditur autē in duo in planctum & creontis aduentum.

BER. Comes: qui ſecut⁹ eſt bacchum uſque in indiam: unde demonſtratur illorum generoſitas quod magis eſt dolendum de illorū ſtrage. Locro: morte. Signa: uexilla. Primo: mundo orienti vnde ſol oritur. Cinamis, ubi naſcuntur Cinama: uidit & parthos ſagittas poſt terga & mare rubrum. Promit emittit ubi ſol oritur. Inficit: tingit & facit nigros uidit etiam ethiopes. Interimus: morimur nos appoſitiue genus ſtirpis inuictæ gentis fortiſſimæ Thebanæ. Ad ma. magna turba deſcendit ad inferos. Patuere: Thebis erant. vii. portæ quibus ſolebant efferri cadauera: nam ſepeliebantur omnes extra urbem: tunc tanta erat turba morientium: ut non ſatis fuerint. vii. portæ uolentibus exire ad ſepeliendum mortuos. Stat: non poteſt pcedere propter multitudinem. Præmitur: urgetur. Prima uis: prima peſtilentia fuit inter pecudes quæ prone ad terram primam corruptionem ſentiũt. Bidentes tardas: oues tarde euntes. Laniger: aries. Colla: ſæpe ſacerdos ante aras uolēs ſacrificare taurum priuſquam percuteret ille moribundus cadebat peſte. Aureo: de more inaurabant cornua tauro quem ſacrificaturi erant. Alta: eleuata ad percutiendum. Segnis: ſine uiribus. Vaſti: quæ uix poterat ſe ſuſtinere propter morbū. Reſoluta cadens. Nec cru. ex vulnere non exiuit ſanguis ſed ſanies: omnia iſta ſumpta ſunt ex Virgi. in. iii. geo. Prodidit: decepit. Prono inclinato ad terram. Gy

Reſpicis terras miſeranda Thebe.
Carpitur leto tuus ille Bacche
Miles extremos comes uſq; ad Indos,
Auſus Eois equitare campis,
Figere & mundo tua ſigna primo.
Cinnamis ſyluas Arabum beatas
Vidit, & uerſas equitis ſagittas
Terga conuerſi metuenda Parthi.
Littus intrauit pelagi rubentis.
Promit hic ortus, aperitq; lucem
Phœbus/& flamma propiore nudos
Inficit Indos.
Stirps inuictæ genus interimus.
Labimur ſæuo rapiente fato.
Ducitur ſemper noua pompa morti.
Longus ad manes properatur ordo
Agminis mœſti/ſerieſq; triſtis
Hæret/& turbæ tumulos petenti
Non ſatis ſeptem patuere portæ.
Stat grauis ſtrages/premiturq; uincto
Funere funus.
Prima uis tardas tetigit bidentes.
Laniger pingues male carpſit herbas.
Colla tacturus ſteterat ſacerdos.
Dum manus certum parat alta uuln⁹.
Aureo taurus rutilante cornu
Labitur ſegnis patuit ſub ictu
Ponderis uaſti reſoluta ceruix.
Nec cruor ferrum maculauit. atra
Turpis e plaga ſanies profuſa eſt.
Segnior curſu ſonipes in ipſo
Concidit gyro/dominumq; prono
Prodidit armo.
Incubant pratis pecudes relictæ.
Taurus armento pereunte marcet.
Deficit paſtor grege diminuto,
Rabidos inter moriens iuuencos.
Non lupos cerui metuunt rapaces.
Ceſſat irati fremitus Leonis.
Nulla uilloſis feritas in urſis.
Perbibit peſtem latebroſa ſerpens.
Aret, & ſicco moritur ueneno.
Non ſua ſylua decorata coma,
Fundit opacis montibus vmbras.
Non rura uirent ubere glebæ,
Non plena ſuo uitis iaccho
Bracchia curuat.
Omnia noſtrum ſenſere malum.
Rupere erebi clauſtra profundi
Turba ſororum face tartarea.

Ita ne & ſalutis publicæ indicium obrues?
C. Vbi turpis eſt medicina, ſanari piget.
Oe. Audita fare: uel malo domitus graui:
Quid arma poſſint regis irati ſcies.
C. Odere reges dicta: quæ dici iubent.
Oe. Mitteris erebo uile pro cunctis caput.
Arcana ſacri uoce ni retegis tua.
C. Tacere liceat. nulla libertas minor
A rege petitur. Oe. Sæpe uel lingua magis
Regi atq; regno muta libertas obeſt.
C. Vbi non licet tacere: quid cuiquã licet?
Oe. Imperia ſoluit: qui tacet iuſſus loqui.
C. Coacta uerba placidus accipias precor.
Oe. Vlli ne pena uocis expreſſæ fuit?
C. Eſt procul ab urbe lucus illicibus niger
Dircea circa ualis irriguæ loca.
Cupreſſus altis exerens ſyluis caput
Virente ſemper alligat trunco nemus.
Curuoſq; tendit quercus: & putres ſitu
Annoſa ramos. huius abrupit latus
Edax uetuſtas. ſylua iam feſſa cadens
Radice fulta pendet aliena trabe.
Amaræ baccis laurus, & Tiliæ leues,
Et paphia myrtus. & per immenſum mare
Motura ramos alnus. & Phœbo obuia
Enode zephyris pinus opponens latus.
Medio ſtat ingens arbor/atq; vmbra graui
Syluas minores vrget/& magno ambitu
Diffuſa ramis una defendit nemus.
Triſtis ſub illa lucis & phœbi inſcius
Hic ſtagnat humor frigore æterno rigens.
Limoſa pigrum circuit fontem palus.
Huc vt ſacerdos intulit ſenior gradum,
Haud eſt moratus: præſtitit noctem locus
Tum effoſſa tellus: & ſuper rapti rogis
Iaciuntur ignes. ipſe funeſto integit
Vates amictu corpus & frondem quatit.
Lugubris imos palla pertundit pedes.
Squalente cultu mœſtus ingreditur ſenex.
Mortifera canam taxus aſtringit comam:
Nigro bidentes uellere, atq; atræ boues
Retro trahuntur. flamma prædatur dapes.
Viuumq; trepidat igne ferali pecus.
Vocat inde manes/teq; qui manes regis,
Et obſidentem, clauſtra letalis locus.
Carmeńq; magicum uoluit, & rabido minax
Decantat ore quidquid: aut placat leues
Aut cogit umbras/irrigat ſanguis focos.
Solidaſq; pecudes urit/& multo ſpecum
Saturat cruore/libat & niueum inſuper

DAN ¶ Turpis medicia q̃ſi ſatius ſit mori q̃ turpiter ſanari. ¶ Tiliç leues: i tilia Mas & fœmia mari durioi ẽ & odoratior materies, cortex quoq; craſſior, ac detractꝰ iflexibilis fœmia fert florere & ſemẽ materia cãdida & pcellẽti. nullꝰ aïaliũ tãgit fructũ foliorꝶ & corticis ſuccũ hꝫ dulcẽ, Acredine nõ ſentit. Pli. & Theoph. ſcri. ¶ Tũ effoſſa tellꝰ, hic ercãtatoriũ tractat exẽplo Hom. apd̃ quẽ iubet̃ ulyxes a circe attigere nemꝰ ꝯſecratũ pſerpinç vbi ſũt ſalices ſteriles & caprifici & excauar̃ terrã cubicalẽ dein fũdere vinũ mel lac εν θαντα τελαχεια και αλσεα ωερσεφονειο. μακαι ταιγειροι και ιτεαι ωλεσικαρωοι ενθαδ'επειτα ιερον χριμφθεις ρ τελαο ωσ εκε λευω βοθρον ορυξαι οσ οντε ωυγουσιον ενθα και ενθα. ¶ Mortifera taxus: apte feralia tractaturus ferali ſtẽnate redimitus eſt taxus arbor triſtis gracilis; & mime virẽs dira & nullo ſucco i hiſpania venenũ letale vaſa viatoria ex ea facta multos bibentes interficere tã pñtis veneni i arcadia vt ſiqs ſub ea dormiat cibũ ve capiat emoriat̃ hinc toxicũ venenũ dr̃ inoxia eſt ſi idat̃ clauꝰ æreus Pli. i. xvi. hæc. ¶ Retro trahunt: retrogradæ rapiunt̃ ad imolationẽ. ¶ Etiã ualles: uetuſtiſſimus codex quẽ mihi oſtẽtauit prĩcius uentus hẽt: & ter ualles caue ſonuere mœſtũ.

¶ Ciet,

BER.

¶ Ciet vocat. grauiore, magis
ſonora & horribili. ¶ Latra/
uit: facto ſacrificio quid ſecu/
tũ ſit demõſtrat. ¶ Hecates p/
ſerpine. ¶ Succuſſo: cõq̃ſſata
terra. ¶ Audior: mães audiũt
verba mea. ¶ Rata: q̃ hñt effe/
ctũ ↄtrariũ ẽ irrita ¶ Chaos:
ĩfernus & tenebroſa confuſio.
¶ Rũpit, apit, ut veniãt mães.
¶ Pplis di. aialibus plutonis.
¶ Subſedit: iclinata eſt veniẽ/
tibus illis. ¶ Comã: frõdes: ſic
timẽtib⁹ erigũt pili. ¶ Rias, q̃
re ſcidebãt horror: tior. ¶ Pe/
nit⁹: pene itus. ¶ Dedit: vł qd
terra voluit dare viã iſtis aiali
bus, vel ꝙ cerberus latrauit.
¶ Abditũ. a cõſpectu ſuperoꝝ
abſcõſum: nã i cẽtro terre eſt.
¶ Acherõ, non tulit. ¶ Aequa
mẽte & ita ẽ vna cã ꝗterra tre
muit. ¶ Dehiſcit apit ſe. ¶ Ipe
uidi oia q̃ ſũt i iferno. ¶ Tor/
pẽtes: nõ fluẽtes. ¶ Stetit, non
cucurrit ꝑtiore: ſeua tũc exi
uerũt aiæ. ¶ Viperũ ge. oẽs il/
li ſocii cadmi q ex dẽtib⁹ ſerpẽ
tis nati ſe mutuis vulnerib⁹ in
terfecerũt: ut ſcr. Oui. ¶ Dẽte
dir. illius ſerpẽtis q erat i fõte
dirceo. ¶ Sati. genti. ¶ Peſtis,
ſupple ꝓſiluit, appoſitiue ma/
lum ppli. ¶ Ogygii. i. thebani.
¶ Auidũ: qa nõ poteſt ſatiari.
¶ Erynnis: furia iſernał. ¶ Fu
ror: dat pſonã furori. ¶ Cęc⁹:
ab effectu q facit hoies cæcos,
nec vera vidẽtes. ¶ Vna ſił, oia
erãt q̃ ſũt i iferno: vel illinc na
ſcũt. ¶ Auellẽs, ut fit dolẽtib⁹
q ſibi capillos carpũt: & oibus
iſtis dat pſoas. ¶ Lapſũ: cadẽs
mõ ſ lluc. ¶ Egre, uix. ¶ Pẽdẽs,
ſtãs i dubio. ¶ Nos: ſci ſumus
attoniti. & ẽt ipa mãto q̃ aſſue
ta erat iſtis i cãtatiõib⁹ ꝑis ti
muit: valde. ¶ Parẽs ipſe tyre
ſias nihil timuit: qa nihil vide
bat, vñ dĩ audax. ¶ Dãno, pp
dãnũ oculoꝝ quos nõ hẽbat.
¶ Exãgue: aiãs ſine ſanguine.
¶ Ferit: q nullis ꝑcib⁹ flectit.
¶ Ilico poſt cõpationẽ de mul
titudine aiaꝝ q venerũt ab iſe
ris. ¶ Nebulę: obſcuritates. Li
bero apto: qa i iferno hñt ae/
rẽ cõcluſũ. ¶ Nõ tot: declarat
multitudinẽ p cõpationẽ. Oe/
tha mõs ẽ iter theſaliã & mace
doniã famoſus morte & ſepul
chro hercul. ¶ Caducas: q̃ ca/
dũt ad terrã. ¶ Hybla: ps ẽ at/
tice regiõis apib⁹ & melle abũ
dãs teſte Pl. li. xxi. Eſt ẽt hybla
teſte Ser. opidũ ſiciliæ ꝙ nũc
megara dĩ. ¶ Medio ue. nã in
tres ptes diuidĩ. ¶ Alto. g. nã
apex uere pedibus racemũ fa/

Lactis liquorem fundit & bacchũ manu
Læua canitq; rurſus, & terram intuens
Grauiore manes uoce, & attonita ciet.
Latrauit Hecates turba, ter ualles cauæ
Sonuere mœſtum, tota ſuccuſſo ſolo
Pulſata tellus, audior: uates ait.
Rata uerba fudi. rumpitur cæcum chaos:
Iterq; populis Ditis ad ſuperos datur.
Subſedit omnis ſylua: & erexit comam.
Duxere rimas robora & totum nemus
Concuſſit horror. terra ſe retro dedit,
Gemuitq; penitus. ſiue tentari abditum
Acheron profundũ mẽte nõ æqua tulit.
Siue ipſa tellus ut daret functis viam,
Compage rupta ſonuit, aut ira furens
Triceps cathenas cerber⁹ mouit graues.
Subito dehiſcit terra, & immenſo ſinu
Laxata patuit, ipſe pallentes deos
Vidi inter vmbras, ipſe torpentes lacus:
Noctemq; ueram. gelidus in uenis ſtetit
Hæſitq; ſanguis, ſæua proſiluit cohors.
Et ſtetit in armis omne uipereum genus
Fratrum, catenæ dente dircæo ſatæ.
Auidumq; populi peſtis Ogygii malum.
Tũ torua Erinnys ſonuit: & cæcus furor:
Hororq;. & vna quidquid æternæ creant,
Celantq; tenebræ, luctus auellens comã:
Ægreq; lapſum ſuſtinens morbus caput.
Grauis ſenectus ſibimet, & pẽdẽs metus,
Nos liquit animos, ipſa quæ ritus ſenis:
Arteſq; norat ſtupuit. intrepidus parẽs:
Audaxq; damno conuocat Ditis feri
Exangue vulgus. ilico: ut nebulæ leues
Volitant & auras libero cœlo trahunt.
Non tot caducas educat frondes Eryx.
Nec uere flores Hybla tot medio creat.
Cum examen alto nectitur dẽſum globo.
Fluctuſq; non tot frangit Ionium mare.
Nec tãta gelidi Strymonis fugiẽs minas
Permutat hyemes ales, & cœlum ſecans
Tepente Nilo penſat arctoas niues.
Quot ille populos uatis eduxit ſonus
Pauide latebras nemoris umbroſi petunt
Animæ trementes. primus emergit ſolo
Dextra ferocẽ cornibus Taurum ꝑmens
Zetus, manuq; ſuſtinet læua chelym,
Qui ſaxa dulci traxit amphion ſono.
Interq; natos Tantalis tandem ſuos:
Tuto ſuperba fert caput faſtu graui.
Et nũerat ũbras. peior hac genitrix adeſt

ciũt: & iſta ẽ q̃ vua dĩ de apib⁹
¶ Alto gl. mltitudie apũ ↄgre
gata i altũ. ¶ Strymõtis, fluui.
eſt teſte Pli. li. v. q macedõiã a
thracia ſepat fluitq; a vertice
mõtis emi ad quẽ tpib⁹ calidis
mlte grues ↄfluũt. ¶ Mias hy.
& frig⁹. ¶ Ales: grus ¶ Secãs
volãs. ¶ Pẽſat: cõpẽſat. ¶ Te
pẽte ni. q̃re volãt i ægyptũ ad
fluuiũ nilũ vbi ẽ calor. ¶ Ar/
ctoas: ſeptẽtriõales: iſte grues
nõ volãt i tãta mltitudine ad
loca calida q̃ta veniebãt iſtæ
aiæ. Sonus uatis, vox tyreſiæ.
Eduxit: traxit ab iferis ¶ La/
tebras: fugiẽtes lucẽ q̃rebãt la
tibula. ¶ Prius: poſt gñalẽ de/
ſcriptionẽ venit ad pticularẽ:
zetus fili⁹ Iouis ex antiopa q
cũ frẽ amphiõe dircẽ nouercã
ut ſupra diximus: idomitoꝝ tau
roꝝ caudis diſtrahẽda alliga/
uerũt vñ dĩ ꝑmẽs tauꝝ. Che/
lim: cytharã q̃ ipe amphiõ pul
ſans dĩ muro thebão: ſtruxiſſe
¶ Tãtalis: inter iſtas umbras
exiuit niobe fil a Tãt. & vxor
amphiõis q̃. xiiii. filios habuit
pp quos ſupba facta uoluit ꝑ/
ponere latõe: ut eſt fabula vul
gata ¶ Fert. vẽit capite eleua/
to cũ filiis. ¶ Faſtu: ſuperbia:
a faſtidiẽdo. ¶ Numerat: quaſi
ad iactãtiã. ¶ Agaue: q̃ furiis
bacchi accẽſa filiũ pẽtheũ iter/
fecit credens eſſe vrſum.

DAN.

¶ Subſedit: eſt ꝓprie ſubſide/
re deprimi & dimitti hic Oui.
in analibus: pondere terra ſuo
ſubſedit & æquora traxit &c.
¶ Et cæcus furor: ciues & in/
colæ tartarei: furor horror lu
ctus, Morbus, ſenectus, quos
poetarum eminẽtiſſimus Ma/
ro in ipſo ponit Veſtibulo. Ve
ſtibulum ante ipſum primiſq;
in faucibus orci luctus & ultri
ces poſuere cubilia curæ pal/
leteſq; habitant morbi triſtiſq;
ſenectus, & metus & mala ſua/
da fames &c. Hæc tãta gelidi:
nõ tot grues ad ſtrymona ag/
gregant volature ad nilũ quot
vmbræ non ſuſcitant a Tyre/
ſia. Ho. animas circa Hercu/
ſimulachrum aggregatas cõ/
parat auibus. αμφι δ᾽ εμιν κλ
αγγη νεκυων ην οιωνων ως
ντος ατυζομενων. ¶ Nõ edu
cat tot frondes oeta. mons in
quo ſepultus ẽ hercules & ſcri
bitur dictũ p. æ. diphthõgum
nec. t. hẽt aſpirationẽ, q ꝑcipit
p. th. ſcribendũ eſſe ꝑcauiſſet,
ſi plãtas ipſius mentis accura/
te penſitaſſet. ¶ Zetus enume/
rat infelices aias thebanoꝝ p
ceꝝ vt tãdem ad laiũ pueniat.

Furibũda Agaue: tota quã ſequit̃ manus
Partita regem. ſequitur & Bacchã ſacer
Pẽtheus: tenetq; ſæuus etiã nunc minas.
Tãdem uocatus ſæpe pudibundũ extulit
Caput/ atq; ab omni diſſidet turba ꝓcul.
Cælatq; ſemet/ inſtat/ & ſtygias preces
Geminat ſacerdos/ donec ĩ apertũ efferat
Vultus opertos Laius. fari horreo.
Stetit per artus ſãguine effuſo horridus:
Pædore fœdo ſqualidã obtectus comã,
Et ore rabido fatur. o Cadmi effera
Cruore ſemper læta cognato domus.
Vibrate thyrſos. Enthea gnatos manu
Lacerate potius. maximũ Thebis ſcelus
Maternus amor eſt. patria: non ita deũ
Sed ſcelere raperis. non graui ſtatu tibi
Luctificus auſter/ nec parũ pluuio æthere
Satiata tellus halitu ſicco nocet.
Sed rex cruentus. prima qui ſæuæ necis
Sceptra: & nefandos occupat thalamos
Inuiſa ꝓles. ſed tũ peior parẽs: (patris:
Quã nat⁹ utero rurſus infauſto grauis:
Egit qui ĩ ortus ſemet & matri impios
Fœtus regeſſit; quiq; uix mos eſt feris.
Fratres ſibi ipſe genuit. implicitũ malũ:
Magiſq; mõſtrum Sphinge ꝑplexũ ſua.
Te te: cruenta ſceptra qui dextra geris:
Te pater inultus urbe cum tota petam.
Et mecũ Erinnes ꝓnubas thalãi trahã:
Traham ſonantes uerbera. inceſtã domũ
Vertam/ & pẽates impio Marte obterã.
Proinde pulſum finibus regem ocyus
Agite exulem/ quacunq; funeſto gradu
Solum relinquat: uere florifero uirens
Reparabit herbas: ſpiritus puros dabit
Vitalis aura ueniet & ſyluis decor.
Letum; lueſq;: mors: labor: tabes: dolor
Comitatus illo dignus/ excedent ſimul.
Et ipſe rapidis greſſibus ſedes uolet
Effugere noſtras. ſed graues pedib⁹ mo(ras
Addã: & tenebo: reptet ĩcert⁹ uiæ
Baculo ſenili triſte prætentans iter.
Præripite terras/ auferam cœlum pater.
Et oſſa: & artus gelidus inuaſit tremor.
O. Quidqd timebã facerẽ: feciſſe arguor:
Tori iugalis abnuit Merope nefas
Sociata Polybo ſoſpes abſoluit manus
Polybus meas. uterq; defendit parens
Cædem: ſtuprũq;. quis locus culpe ẽ ſup?
Multo ante Thebæ Laiũ amiſſũ gemũt:

BER. ¶ Manus multitudo. ¶ Parti
ta, q̃ diuiſit regẽ .i. pẽtheũ filiũ
regis. ¶ Bacchas: illas mulie
res: bacchantes. ¶ Minas: ad
huc ille videbat̃ minari theba
nis ſi colerent bacchũ. ¶ Tan
dẽ: latus occultãs ſæpe ſe tãdẽ
venit, deſidet nõ audiebat acce
dere. ¶ Sacerdos ge. tyreſia du
plicat ĩcãtatiões: horreo refe
rens iſta adhuc timeo loqui.
¶ Stetit. ſ. latus adhuc ſangui
nolentus. ¶ Pædore: turpitudi
ne ſtomachoſa nã pedor dicit̃
qñ qs nõ curat neq; caput ne
q; aliã ptẽ corpis. ¶ O cadmi:
hæc fuerunt verba lai. ¶ Co
gnato, cognatoꝶ: nã primi co
gnati iceperũt iterficere. ¶ Vi
brate: ꝯcutite, Thyrſos haſtas
vt bacchantes: vt fecit agaue:
Aetnea crudeli q̃ſi cyclopea in
ſicilia mõs eſt etna ubi erãt cy
clopes q hoies comedebãt: ſed
maius ſcelus eſt thebis. ¶ Pa
tria vertit ſermonem ad pẽiã
dicens nõ ira deoꝶ eſt cã tãtæ
peſtis, ſed ſcelera ciuiũ tuoꝶ.
¶ Luctificus: ferens peſtem.
¶ Rex, œdipus. ¶ Proles inui
ſa, filius mihi iuiſus q ꝓ pmio
necis prĩnę cõſecutus eſt regnũ,
& accepit matrem in vxorem.
¶ Peior pa. q̃a peius eſt ſuſce
piſſe filios ex mr̃e q̃ iterfeciſſe
prẽm. ¶ Regeſſit. repoſuit ſe
ipm itẽꝶ in mr̃e cũ ipa cõcum
bendo & filios generãdo q̃ eſt
fere nõ faciũt. ¶ Implicitũ ma
lũ: intricatum: eſt appoſitio. ſ.
œdipus malũ. ¶ Sphynge, ma
gis ꝑplexũ & obſcuꝶ ſphinge
q̃ ipſe iterfecit. ¶ Te te pe. in
uadã vertit ſermonẽ ad œdi
pũ ſceleratũ minãdo excidiũ.
¶ Erynnes. furias vt ſint mecũ
ad ſacra nuptiaꝶ ĩfœlicitatẽ
portãtes. ¶ Verbera: flagella
& ſcuticas. ¶ Inceſtã: ipudicã
q̃re cũ mr̃e cõcumbit œdipus.
¶ Impio mar. frão bello: fa
ciã q̃ etheocles & polinices in
ter ſe mouebũt arma. ¶ Pro
inde: ꝓpea. ¶ Agite: expellite.
¶ Rege. ſ. veſtrũ œdipũ. ¶ Fi
nibus. ſ. vr̃is: o thebãi. ¶ Quo
cũq;. loco vadat dũ ipſe rece
dat oia pullulabunt & erit q̃ſi
primũ ver. ¶ Solũ: terram ve
ſtrã. ¶ Gradu fu. pedibus ſuis
letiferis. ¶ Puros: ſine corru
ptione. ¶ Comitatus, ſocietas
digna illo. ¶ Et ipſe, ſcilicet
Oedipus ſedes noſtras: urbem
thebanam. ¶ Repetit: hoc eſt
q̃ volo repetet terram incer
tus vie cum nõ viderit quia ſe
ipſum occęcauit luce: q̃re non
uidebat. ¶ Oſſa: audiens hæc
verba totus tremuit. ¶ Quic
quid, excuſat ſe œdipus nullũ
iſtoꝶ ſceleꝶ feciſſe: ſed bñ au
diuerat illud eſſe fatatũ de ſe:
credebat. n. ſe filiũ eſſe Polibi
regis corinthioꝶ ex merope.
¶ Arguor: demoſtror & accu
ſor: merope mr̃ mea. ¶ Socia
ta: cõiũcta. ¶ Polibo: pr̃i meo
¶ Abnuit negat. ¶ Abſoluit,
liberat. quare viuit vñ ſignũ ẽ
me nõ feciſſe iſta mala. ¶ Su
pereſt, nullus locus ẽ ut me po
ſitis accuſare, rex quẽ dicitis in
terfectũ mlto añ quã veniſſẽ
thebas interemptus erat.
¶ Enthea manu, inſana manu DAN
ne lege ethnea. i. cyclopea ſed
enthea: vt apud Martia. Alba
minus ſæuis lacerant̃ brachia
cultris cũ fuerit ad phrygios
enthea turba modos ἔνθεος
enim dr̃ diuino numine aflat⁹
& deo plenus. ¶ Sed rex cruen
tus: nõ patitur: inquit vmbra
lai. tantam cladem patria. ſua
culpa ſed ſcelere alieno. i. œdi
pi, nec tanta ſiccitas inuaſit te
mere cœlum ipſum & terras.
Quandoquidem rex cruentus
hoc eſt Oedipus me intereme
rit patrem ſuũ mox regno icũ
bet: & qd̃ peius eſt matrem in
ceſtarit locaſtã: & qd̃ nõ ſolẽt
pecora: genuit filios eoſdem &
fratres ſibi. ¶ Halitu: halitus
cum aſpiratione vnde exhala
re expirare. ¶ Te pater inul
tus. ego, ſcilicet πρόσφονος
te impium inſectabor filium:
vmbræ creduntur plerũq; eos
vexare a quibus grauem aliq̃
acceperint iniuriam: id quod
apud Virgi. Dido Aeneæ mi
nitatur omnibus umbra locis
adero: dabis iprobe pœnas &
Oui. inuectans contra ibi. Tu
quoq; factoꝶ veniam memor
vmbra tuorum: iſequar & vul
tus oſſa forma tuos &c̃. & ore
ſtes apud Euripi. μαρὰ χρώματα ν δ' ἰαχὰν τῶν δ' ἐσκευ ἐμμανὲ
ις λεγόμενος. Quocunq; fu
neſto terra qua non calcauerit
œdipus paſſim veſtietur her
ba & floribus: & erit aer clemẽ
tiſſimus. ¶ Mors labor, tabes,
dialyton. ¶ Quis locus, culpę
eſt ſuper κατὰ τὴν ἀντίστροφιν. ¶ Supereſt: itrouertit ãt
Oedipus fidẽ oraculi, ſuſpitio
ne affectati regni ꝑ creõtẽ, mul
to añ: inq̃t iterfectus eſt laius
q̃ attigi thebas mentiris tibi
deſpondens, mea ſceptra, hinc
haud Sopho. vociferat̃ ὦ πλοῦτε καὶ τυραννὶ καὶ τέχνη τέχνης ὅσος παρὰ ἄλλων
φθόνος φυλάττεται.

¶ Locabo.

Bœota greſſu quam meo tetigi loca.
Falſus ne ſenior, an deus Thebis grauis?
Iam iam tenemus callidi ſocios doli.
Mentitur iſta præferens fraudi deos
Vates, tibiq; ſceptra deſpondet mea.
C. Ego ne ut ſororē regia expelli velim?
Si me fides ſacrata cognati laris
Non contineret in meo certum ſtatu.
Tamen ipſa me fortuna terreret nimis
Sollicita ſemper/liceat hoc tuto tibi
Exuere pondus: ne recedentē opprimat.
Iam te minore tutior pones loco.
Oe. Hortaris etiā ſponte deponā ut mea
Tā grauia regna. C. ſuadeā hoc illi ego?
In vtroq; queis eſt liber etiā nunc ſtatus.
Tibi iam neceſſe eſt ferre fortunam tuā.
Oe. Certiſſima eſt regnare cupienti uia
Laudare modica, & otiū: at ſomnū ſequi.
Ab inquieto ſæpe ſimulatur quies.
C. Parum ne me tam lōga defendit dies?
Oe. Aditū nocendi perfido præſtat dies.
C. Solutus onere regio: regni bonis
Fruor/domusq; ciuium cœtu niger.
Nec ulla vicibus ſurgit alternis dies.
Q ua non ꝓpinqui munera ad nſas lares
Sceptri: redūdēt: cultus: opulētæ dapes.
Donata multis gratia noſtra ſalus.
Q uid tam beatæ deeſſe fortunæ rear?
Oe. Q uod res ſecūdæ non hñt unq̄ modū.
C. Incognita igitur ut nocēs cauſa cadā?
Oe. Nū ratio vobis reddita ē uitæ meæ?
Nū audita cā eſt noſtra Tireſiæ? tamen
Sontes videmur/ facitis exemplū: ſequor.
C. Quid ſi īnocēs ſū? Oe. dubia ꝑ certis ſolēt
Timere reges. C. q̄ pauet vāos met?, (lēt
Veros fatetur. Oe. quiſquis in culpa fuit
Dimiſſus: odit omne, quod dubiū putat.
C. Sic odia fiūt. Oe. odia q nimiū timet,
Regnare neſcit/regna cuſtodit metus.
C. Qui ſceptra duro ſæuus iperio regit,
Timet timentes/metus in authorē redit.
Oe. Seruate ſontē ſaxeo incluſum ſpecu,
Ipſe ad penates regios referam gradum.

ANAPÆSTICI CHORVS.

NOn tu tantis cauſa periclis.
Non hæc Labdacidas premunt
Fata/ſed veteres deum

BER. ¶ Loca boetia, thebana thebe in boetia ſunt. ¶ Falſus ſe. ſ. tyreſias dicit falſum: ut creōti regnū tribuat. ¶ Vel deus grauis iratus ē thebis. ¶ Iā iā te. i. telligim? vos duo feciſtis hoc ꝯſiliū vt me excluderetis. ¶ Socios: tyreſiā & creōtem. ¶ Callidi. aſtuti. ¶ Vates, tyreſias. ¶ Præferēs. i. ſub prętextu dei faciēs hāc fraudē. ¶ Ergo, arguit creo q̄ nullo pacto illud vellet facere. ¶ Sororē: credis q̄ veli ſororē meā Iocaſtā vxorē tuam expelli de regno. ¶ Si me, aliud argumētū a ꝓbabili, qa nō ē aſſuetus vti fraudib?, deide q̄ hēt a rege qcqd vult, & ēt ſi nō hēret nollet delinqueret. ¶ Cognati la. domus cū q̄ hēo cognationē. ¶ Certū fidele. ¶ Terreret: qa cōditio regni ſemp ē dubia: vñ nō cupio eā vitā q ſemp metu ducitur. ¶ Liceat, perſuadet, vt deponat regnū ſpōte ne per vim expellat. ¶ Tutior: eris magis ſecurus i loco minore. ¶ Hortaris, quid faceres ſi hoc regnum hēret fœlicitatē qñ illud optas tāta calamitate. ¶ Grauia: miſera & moleſta. ¶ Suadeā: arguit a minori ad maius: darē hoc cōſiliū nō ſolū tibi: ſed dubiis de regno: ſed tibi certū eſt q̄ deponēs: iō ſuadeo certius. ¶ Hoc. ſ. vt deponerēt regnū. ¶ Vtrōq: in vtraq; pte: vt deponāt vel nō. ¶ Neceſſe: nō eſt tibi libeꝛ in vtraq; pte. ¶ Certiſſima: q cupiūt regnare ſemp ſimulant dīt mala eē imperia & tamē cupiunt illa. ¶ Inquieto: agitato curis & ambitione. ¶ Tā lō. di. arguit a ꝯiectura. ex añ acta vita poſſum cognoſci: q̄ me fatis ꝓbare pōt innocētē. ¶ Aditū: qñ vnus: hēt bonā famā occaſionē peccādi facīlē habet cū oēs ſibi credunt. ¶ Dies, tp̄s añ actū. ¶ Aditūr ingreſſum. ¶ Solutus: arguit ab vlti nō debeo q̄rere hoc cū a te qcqd velim habeā: nec pōdus regni ſentiā. ¶ Viget: floret: nā ab oībus color & obſeruor. ¶ Vicibus al. qa alternati ſubſequunť dies & noctes nulla ē dies qua nō habeā munus. ¶ Sceptri: ꝓpinqui regis ſanguine iuncti. ¶ Redūdent: veniant. ¶ Cultus: veſtes. ¶ Dapes cibi delicati. ¶ Grā: quam tecū habeo ē multis ſalus quibus ꝓpter me concedis veniā. ¶ Res ſe. qñ qs hēt multa: plura ſemper querit nec vnquam contentus eſt q̄ de Alexan. dicit Iuue. Pelleo iuueni mundus nō ſufficit vnus. ¶ Modū: finē, incognita: tu uis damnare me ſola ſuſpitione. ¶ Cadam: moriar. ¶ Nō faciam vobis ſicut mihi feciſtis q nō uiſa cā me dānaſtis. ¶ Sōtes: videor tñ vobis nocens ¶ Exēplūr dediſtis exēplū & illud ſequar: faciā q̄ in me feciſtis. ¶ Innocēs, ſi nō peccaui. ¶ Dubia. r. ſi ſuſpicāť ō vno ꝑtin? tollūt illū de medio. ¶ Veros: demōſtrat illos eē veros. ¶ Dimiſſus: cui obiecta ē culpa. ¶ Odia fi. iſto mō cōtrahunť odia ab oībus. ¶ Qui ſce. crede mihi q vſt timeri i regno oportet ēt: vt ipſe timeat. ¶ Seruate: œdipus vidēs creōtē ita audacter rñdētē iubet famulis ipm concludi in carcere. ¶ Referam redibo.

BER. NOn tu: inducit chorus: q̄ſi ad ꝯſolationē œdipi q̄ ipſe nō ſit cā peſtis: ſed potius ira deoꝝ: nā ciuitas iſta fuit edita malis a principio. ¶ Nō tu. ſ. œdipe. ¶ Labdacidas: thebanos: labdacus fuit Poly. filius filii Cadmi & frater lai.

DAN. ¶ Certiſſima res eſt qui appetunt, diſſimulare vt plurimum ſolent: tu perfidus Creo hoc genus ꝓditionis diu tecum machinatus es, quapropter trudēris in carcerē, apud Sopho. minal morte his verbis τινα κειν ωσφυγειν σε βουλομαι, ουχ ωσπεριξων ουδε πισσε του λεγειν, αλλ᾽ ειφασ κακοσ. Solutus onere, ꝓbat nunq̄ regnū appetiuiſſe ſe: cum priuatus nihil eoꝝ ſibi deeſſe ſenſerit quę faciant beatum: ultra q̄ ſorte tā quietā atq; fœlicem ſolicitum regnum optari potuiſſe haud q̄q̄ credēdū ſit. ¶ Exemplum ſe. ego item vos inſimulabo ꝓditionis quēadmodū me pericidii reum facitis.

DAN. NOn tu tantis, applaudit œdipo mœſto & ſupiori oraculo admodū q̄ grauiter turbato chorus thebanus, oēmq; thebani regni calamitatē i culpā priorū auctoꝝ trāſferet. q iuſtis fūdamētis infeſtationē tā acris infortunii iecerūt, ſcribit āt metro interdū pidarico dimetro acatalectico iterdū anapeſtico trimetro, ut ire ſequuntur &c. ¶ Furta Iouis, Europē raptā a Ioue in cretā: ut ſeri. Home. Iuppiter anno regis argiuoꝝ .xl. europæ mixtus eſt hanc rapuerūt poſtea cretē ſe regnāte argis alcriſio āno mūdi. M. dccc. lxxix. Hui? imago egregia ex ære a pytagora Tarēti poſita ē, Var. & Eu. & Au.

BER. ¶ Caſtalium: vbi eſt fons caſtalius. ¶ Hoſpiti: Sidonio Cadmo qui venit de Sidone. ¶ Dirce, fons thebanus. ¶ Natus Agenoris: Cadmus filius regis Age. iuſſus a patre ſequi ſororem Europam quæ a Ioue in forma tauri rapta & in cretam tranſlata fuit: ut Oui. libro tertio metamorphoſeos plane explicuit. ¶ Furta: ſororem raptam a Ioue. ¶ Prędones ſocios ſuos alii legunt prędonem, ideſt ſerpentem qui deprędat⁹ fuerat ſocios alii quoq; dicunt memorans & tunc intelligitur de Ioue, ſecundū alium ſenſum debet legi numerans. ¶ Monitu: reſponſo appollini iuſſu eſt ſequi uaccam & vbi illa quieſceret ciuitatem edificaret. ¶ Flexerat: vult dicere q͏ nunquam ſubiecta fuit iugo. ¶ Deſeruit fugas: amplius noluit ſequi Iouem. ¶ Inauſpicata: infœlicia & mali auſpicii: nam ab illa boue boetia eſt dicta & ſemper gens noſtra ab illo principio fuit infœlix. ¶ Editus generat⁹. Chaonias quercus: quaſi ibi cathonias appellauit a cathōia quę pars eſt alpeſtris epiri vbi eſt magna copia quercuum. ¶ Recumberet, iaceret in terra: ita magnus vt iacens etiam eleuaret caput ſupra arbores. ¶ Feta tellus: quādo cadmus interfecit ſerpentem & eius dentes ſeminauit ex quibus nati ſunt homines armati: ut narrauit Ouidius. ¶ Claſſicum, ſignum belli quod datur tuba. ¶ Lituus: tuba recurua. ¶ Eliſit expreſſit non ſonore vnde dicit ſtridulos cantus. ¶ Adunco recuruo. ¶ Arma illi homines armati qui nondum erant experti ulla lingua primam vocem ediderunt quæ fuit clamor arma: arma. ¶ Cognata: qui omnes fratres & filii terræ erant. ¶ Digna: conueniens proles ſemine ſuo facto nam dicitur ille ſeminare dentes ſerpentis qui ſeminat diſcordias. ¶ Per menſa: quæ tranſiuit & finiuit vitam illo die nati ſunt mane & mortui ſunt ſero. ¶ Meatus, uias & curſum luciferi quæ ſtella eſt de mane lucifer: eadem de nocte heſperus dicitur. ¶ Aduena: cadmus. ¶ Recentis nuper nati. ¶ Genitrix: terra. ¶ Productos nup generatos. ¶ Reddi: reſtitui. quare in eadem ſepeliebantur. ¶ Tranſierit hac per hoc bellum ciuile tranſi-

Iræ ſequantur. Caſtalium nemus
Vmbram ſidonio præpuit hoſpiti.
Lauitq; Dirce Tyrios colonos.
Vt primum magni natus Agenoris
Feſſus per orbem. furta ſequi Iouis
Sub noſtræ ramis conſtitit arboris
Prædonē numerans ſuū: monituq; phœbi
Iuſſus erranti comes iræ uaccæ.
Quam non flexerat
Vomer, aut tardi iuga curua plauſtri:
Deſeruit fugas, nomenq; genti
Inauſpicata de boue tradidit.
Tempore ex illo noua monſtra ſemper
Protulit tellus.
Aut anguis imis uallibus editus
Annoſa ſupra robora ſibilat,
Supraq; pinus.
Supra Chaonias celſior arbores
Cœruleum erexit caput.
Cum maiore ſui parte recumberet.
Aut fœta tellus impio partu
Effudit arma.
Sonuit reflexo claſſicum cornu,
Lituuſq; adunco ſtridulos cantus
Eliſit ære. non ante linguas
Alias: & arma uocis ignotæ
Clamore primum hoſtico experti
Agmina campos cognata tenent.
Dignaq; iacto ſemine proles
Vno ætatem permenſa die
Poſt luciferi nata meatus
Ante heſperios occidit ortus.
Horret tantis aduena monſtris.
Populiq; timet bella ruentis.
Donec cecidit ſæua iuuentus,
Genitrixq; ſuo reddi gremio
Modo productos uidit alumnos.
Hac tranſierit ciuile nefas.
Illa Herculeæ norint Thebæ
Prælia fratrum.
Quid Cadmei fata nepotis:
Cum uiuacis cornua cerui
Frontem ramis texere nouis.
Dominumq; canes egere ſuum.
Præceps ſyluas, monteſq; fugit
Citus Actæon agiliq; magis
Pede per ſaltus: & ſaxa uagus
Metuit motas zephyris plumas:
Et quæ poſuit, retia uitat.
Donec placidi fontis in unda

uit q͏ illi interfecerūt ſe. ¶ Nepotis cadmei: Actæonis qui fuit filius Ariſtei ex Autone filia Cadmei qui tandem a Diana in ceruum conuerſus a ſuis canibus dilaceratus fuit: ut Ouidius libro tertio metamorphoſeos. ¶ Viuacis qui diu uiuit. ¶ Metuit, ipſe Atheon mutatus in ceruum metuit plumas quas venatores inſerunt in laqueis, poſuit, ſcilicet ipſemet cum prius venator eſſet. ¶ Feros ceruinos. ¶ Vbi i quo fonte. ¶ Diua diana. ¶ Fouerat, lauerat.

DAN ¶ Iuga curua, ſeruitii ſignum nullum ceruice gerente. ¶ Inauſpicata de boue: menia fac condas: boetiaq; illa vocato quæ a græcis βοιοτια nuncupatur nos facta dierefi & abiecta vocali boetiam facimus. ¶ Cæruleum: cadmus: ocioſo dracone ad fontē matris poſtquam condit thebas in boetia audiuit. ¶ Quid Agenore nate peremptum ſerpentem ſpectans: & tu ſpectabere ſerpens perueniat autem in illiricum agrum denutatus vna cum armonia vxore in ſerpentem vnde ciuitas in illirico ſinu Enchelie dicta i q̄ meminit Luca. Encheliæ verſi teſtantur funera Cadmi: quo notatur Cadmum exulem vt medicum huc illuc reptaſſe. conſulente autē pallade dentes ſeminauit draconis quem præmiit: vnde galiati ſcutigeruli ſurrexerunt q ſe mutuis confecere vulneribus. ¶ Quid cadmei: Acteon filius Ariſtei ex Acteone cadmi forte venabundus: gargaphiam fontem atigit a Diana illic cum miniſtris virginibus ſe lauante in ceruum demutatur dominum prędam factum canes lacerarunt. dilacerant falſi dominum ſub imagine cerui Auſonius hanc fabulam pulcherrimo tetraſtico proſequitur, & Demetrius ſpartanus in propemptico. ¶ Curas, inuenit Oedipus monente Iocaſta ſe interfectorem Iai quartus actus & ſeptimum carmen Trimetro Iambico conſcriptum apud Sophoclem Iocaſta ſic loquitur του τοναι δε ιωονσ παλαι τρεμοντσπ οτισ τυχισ ολωλεν ουκετ τουδεν ποτι μιξε πεμχω δευρο τον δ εδ ιωματωντας εμνι νηκει του θεου μαντευ ματα, κτισ χορυντου. πατερα τον σον αγγελων.

¶ Curas,

Cornua uidit, vultuſq; feros.
Vbi uirgineos fouerat artus
Nimium ſæui diua pudoris.

ACTVS. QVARTVS.

Trimetri. Iambici.

OEDIPVS. IOCASTA.

Curas reuoluit aius/& repetit metus.
Obiiſſe noſtro Laiū ſcelere autumant
Superi, īferiq;/ſed aius cōtra innocēs
Sibiq; melius quam deis notus negat.
Redit memoria tenue per ueſtigium
Cecidiſſe noſtri ſtipitis impulſu obuium,
Datum eſſe Diti, cum prior iuuenem ſenex
Curru ſuperbus pelleret, Thebis procul,
Phocea trifidas regio qua ſcindit uias.
Vnanima coniux explica errorem, precor,
Quæ ſpatia moriens Laius uitæ tulit,
Primo ne in æuo uiridis, an fracto occidit?
Io. Inter ſenem, iuuenemq;, ſed propior ſeni.
Oe. Frequens ne turba regium cinxit latus?
Io. Plures feſellit error ancipitis uiæ,
Paucos fidelis curribus iunxit labor.
Oe. Aliquis ne cecidit regio fato comes?
Io. Vnum fides, uirtuſq; conſortem addidit.
Oe. Teneo nocentem, cōuenit numerus, locus.
Sed tempus adde. Io. decima iam metit ſeges.

Trimetri Iambici.

SENEX. OEDIPVS.

Corinthius te populus in regnū uocat
Patriū/ getē polybus æternā obtinet.
Oe. Vt vndiq; in me ſæua fortuna irruit.
Ediſſere mihi quo cadat fato parens.
Se. Animam ſenilem mollis exoluit ſopor.
Oe. Genitor ſine ulla cæde defunctus iacet?
Teſtor, licet iam tollere ad cœlum pie
Puras nec ulla ſcelera metuentes manus.
Sed pars magis metuenda fatorum manet.
Se. Omnem paterna regna diſcutiunt metum.
Oe. Repetā paterna regna/ſed matrē horreo.
Se. Metuis parentē, quæ tuū reditum expetens
Sollicita pendet? Oe. ipſa me pietas fugat.
Se. Viduā relinques? Oe. tāgis en ipſos metus.
Se. Effare, merſus quis premat mentem timor.
Præſtare tacitam regibus ſoleo fidem.
Oe. Cōnubia matris Delphico monitu tremo.
Se. Timere uana deſine/& turpes metus
Depone/ Merope uera non fuerat parens.
Oe. Quod ſubdititii præmium gnati petit?
Se. Regnum. ſuperbam liberi aſtringunt fidē.
Oe. Secreta thalami, fare, quo excipias modo.

BER. Curas: hic ē.IIII. actus ī quo Oedipus ſic ait: neſcio ſi interfecerim regē qd̄ oēs affirmāt: memini quādo ibā ad oraculum apollinis īterfeciſſe vnum mihi obuiū vnde rogat Iocaſtam ut dicat cōditiones regis ſi forte fuiſſet is quē interfecit. Reuoluit: cogitat. Autumat affirmat. Notus ſibi qui bene ſit me nō feciſſe iſtud ſcelus. Tenue per ueſtigiū per quandam nebulā, quia uix recordor. Cecidiſſe: mortuū eſſe. Stipitis, clauæ meæ. Diti. plutoni: phocea, regio ubi ē mons pnaſus: & ibi orta fuit ꝯtrouerſia inter illum obuium & me. Trifidas uias iſtę tres uiæ ſupra ſunt deſcriptæ. Vnanima, cōcors & dilecta. Errorē an ſit uerum me interfeciſſe laium. Quæ ſp. qua ætate erat quādo mortuus eſt. Frequēs: hēbat ne multos ſecū paucos, egreſſus eſt cū multis ſed ꝑpter errorē uiarū plures deſierūt eum: ſolus vnus fidus nunq̄ dereliquit eum. Ancipitis: dubiæ q̄ ducit ad diuerſa. Virtus fortitudo & fides fecit conſortē eius.i. mori vna cum eo. Teneo no. audiēs œdipus iſta ſigna dicit agnoſco interfectorem lai. ſ. me Decima. decem anni.

BER. Corinthius: nūc uenit nūcius ex corintho ad œdipum nūciās patrem polypū eē mortuū populumq; ipſum uocare in regē œdipus gratias agit diis ꝙ pater non ſit mortuꝰ māu ſua ut erat fatatū & negat ire qd̄ dubitat nō ꝯmittere ſtuprū cū matre. Quietē mortuua eſt. Vt q̄ vndiq;: ex omni parte perſequit̄ me fortuna: nunc etiā in iſta fantaſia utrū interfecerim Laiū nūc ſuperuenit alia. Ediſſere. doce me. Animā ſenex nuncius dicit mortuus eſt pp ſenectutē. Sopor mors ſimilis ſomno. Metuens. amplius nō eſt periculum: ut patrē occidam. Sed pars. ſ. ut ducā matrem in uxorē adhuc reſtat Diſcutiūt metū ueni tu obliuiſceris huius timoris matre horreo. ſ. ne ſtuprē ut eſt fatatum. Metuis: non intelligebat adhuc ſenex cur timeret matrem. Pendet incerta eſt expectatione. Tāgis. ſ. ꝙ me tuo ne uiduam relinquam, & eam accipiam ī uxorem. Merſus. ſ. in tēpore tuo. Tacitum: nullum ſecretum reuelando. Vera nō eſt uera mater tua ſed tantū educauit. Subdititii, ſuppoſiti: quare igitur petit me ſi non ſum uerus filius. Regnum: reſpondet ſenex eā eē cauſam quia reges magis timentur quando habent filios. Superbam fidem: ut ipſi ſuperbius regnent. Decreta dicas mihi quomodo mater Merope decepit maritum educando me: fare ſecreta huius thalami.

DAN. Phocea regio: phocis pua græcorum regio famoſo oraculo apollinis Delphici: aliter aconia a rege dicta: eſt autem in Boetia & ꝯtermina atticæ. Vnū fides &c̄. mutatio eſt perſonarum: nam reſpondet hic Iocaſta quod pridem rogatus Creon reſpōderat omnes interfectores eſſe eorū qui regem comitabātur pręter vnum. ενσ χονσ ι γαρ σωσαν εισ τισ οσ φοβαφυγων.

DAN. Corinthius: inquirit œdipus de ſuis natalibus a ſene nuncio qui erat corinthius & a paſtore quodam cui nomē ſorbas qualitas huius carminis annectitur cum ſuperiori. nunciat autē corinthius ſenex œdipo mortem polybi & quemadmodū a popularibus uocatur ad regnum capeſſendum. Sed matrem .i. meropem quā putabat matrem metuit œdipus id factū iri qd̄ iam factū eſt. Merſus in corde. Tāgis in ipſos metus: ac ſi diceret: ergo uxorem ducam Regum ſuperbam: reges quibus ſunt filii: plus formidāt: iō te ſibi aſciuit in filiū. Tumore nactus nomen dr̄. ι, ασ ωοτον ει δε ματοσ των ποδων a tumor pedum ut Euripides i phœniſſis teſtat̄. quē locum tetigi in thebaide.

BER. ¶ Hæ manus. ſ. meæ dederunt te matri. ¶ Cornigeros: armenta. ¶ Adiice: adiunge ſi qua ſigna erant in corpe meo. ¶ Veſtigia: pedes. ¶ Nactus: adeptus: nam œdipus interpretatur tumor pedum. ¶ Quis uolo ſcire quis tradidit me tibi. ¶ Regios hic erat magiſter pecoris regis thebani. ¶ Langueſcit: diminuitur. ¶ Potes: ſi uideres cognoſceres eum. ¶ Spacio tempore quando quis amiſit memoriam alicuius rei poſtea uidens per aliquid ſignum recordatur. ¶ Leuis nota minimū ſignū. ¶ Exoletam: quę cecidit p diuturnitudinem. ¶ Reuocat reducit. ¶ Ad ſacra œdip⁹ mittit nuncios ut uocent omnes paſtores ſimulās ſe uelle facere ſacra. ¶ Accerſite uocare. ¶ Summa q habent gubernatorem. ¶ Siue: perſuadet ſenex ut nolit iquirere hoc. ¶ Patere: patiaris quod latuit qui et nunc lateat: nam qui ſæpe quærunt ueritatem inueniūt cum malo ſuo. ¶ Maius. ſ. q̄ quod obiiciunt mihi. ¶ Magnum eſſe, iterum ſenex vult diſſuadere neq̧ eat illud. ¶ Molle pōdere. ¶ Illic ex vna parte. ¶ Salus publica, ciuitas. ¶ Hic, ex vna parte. ¶ Vtrinq̧ patria: utrobiq̧ eſt damnum patrię ſiue inueniatur ſiue non inueniatur quia amittet regem ſuum. ¶ Contine: cape medium non impedias te neq̧ in vna neq̧ in alia parte. ¶ Vt quāuis nihil moueas. ¶ Fata expedient qđ fieri debet de hac re. Modo expedit nō ē utile. ¶ Concutere, commouere. ¶ Tuto: ſi crederem ſtatum meum: eſſe fœlicem non me mouerem: ſed puto infœliciſſimū: ideo poſſum mouere tuto. ¶ In extremo: ita quod peius non poſſit uenire. ¶ Appetis interrogatiue quæris nobiliorem partem q̄ regem. ¶ Inueniri. caue ne inuenias quod nolis. ¶ Nec penitendi: gubernationis meæ de qua non me penitebit nouiſſe. ¶ Eſſe grādeuus: ſenex paſtor iā ueniebat mare pecoris regit. ¶ Referes: reducis ad memoriā. ¶ Arridet. applaudit q̧ ſic ille:

Se. Hæ te parenti paruulum tradunt manus.
Oe. Tu me parenti tradis? at quis me tibi?
Se. Paſtor niuoſo ſub Cithæronis iugo.
Oe. In illa temet nemora quis caſus tulit?
Se. Illo ſequebar monte cornigeros greges.
Oe. Nunc adiice certas corporis noſtri notas.
Se. Forata ferro geſſeras ueſtigia,
Tumore nactus nomen, ac uitio pedum.
Oe. Q uis fuerit ille, qui meum dono dedit
Corpus, requiro. Se. regios pauit greges.
Minor ſub illo turba paſtorum fuit.
Oe. Eloquere nomen. Se. prima lāgueſcit ſenū
Memoria, longo laſſa ſublabens ſitu.
Oe. Potes ne facie noſcere, ac vultu uirum?
Se. Fortaſſe noſcam. ſæpe iam ſpatio obrutam
Leuis exoletam memoriam reuocat nota.
Oe. Ad ſacra, & aras omne compulſum pecus
Duces ſequantur, ite propere, accerſite
Famuli, penes quos ſumma conſiſtit gregum.
Se. Siue iſta ratio, ſiue fortuna occulit.
Latere ſemper patere, quod latuit diu.
Sæpe eruentis ueritas patuit malo.
Oe. Malum timeri maius his aliquod poteſt?
Se. Magnū eſſe magna mole quod petiſ ſcias.
Concurrit illinc publica, hinc regis ſalus,
Vtrinq̧ patria. contine medias manus:
Vt nil laceſſas ipſa te fata explicant.
Non expedit concutere felicem ſtatum.
Oe. Tuto moueſ, quidquid extremo i loco eſt.
S. Nobilius aliquid genere regali appetis?
Ne te parentis pigeat inueniri, uide.
Oe. Nec pœnitendi ſanguinis quæram fidem,
Sed noſſe certum eſt. ecce grandæuus ſenex
Arbitria ſub quo regii fuerant gregis
Phorbas refers ne nomen, aut vultum ſenis?
Se. Arridet animo forma: nec notus ſatis
Nec rurſus iſte vultus ignotus mihi.
Regnum obtinente Laio famulus greges
Agitaſti opimos ſub Cithæronis plaga.

Trimetri Iambici.

PHORBAS. SENEX. OEDIPVS.

LÆtus Cithæron pabulo ſemper nouo
Æſtiua noſtro prata ſummittit gregi.
S. Noſcis ne memet? Ph. dubitat anceps memo(ria.
Oe. Huic aliqs a te tradiſ quondā puer?
Effare: dubitas? cur genas mutat color?
Q uid uerba quæris? ueritas odit moras.
Ph. Obducta longo temporum tractu moues.
Oe. Fatere: ne te cogat ad uerum dolor.
Ph. Inutile iſti munus infantem dedi.

ſed penitus non cognoſco nec penitus ignoro. ¶ Plaga, regione interrogat paſtorem.

BER. Laetus: pinguis. ¶ Anceps: dubia. ¶ Verba: q̄do quis vult ſubterfugeř q̄rit uerba. ¶ Moras: tardationem. ut Teren. Q uiuerū dicit nō laborat. ¶ Obducta, tecta ¶ Tractu, ſpacio. ¶ Dolor tormentum. ¶ Infantē: appoſitiue munus inutile: quia non erat poſſibile. ut uiueret ¶ Frui cœlo: uiuere. ¶ Omen: uerbum quod dicis ſit falſum quare puer ille uiuit & prę cor uiuat diu. ¶ Accedunt prope: iam cognoſcis ueritatem fatorum.

DAN. ¶ Prima lāgueſcit: memoriā facile incurrit ſenectus in cano: Verba Ariſtotelis definientis memoriam grę ci μνημην uocāt eſt autem rei inuentæ recordatio ars eius inuenta primum a Simonide medico Metrodorus illam conſumauit: Memoria neceſſariū maximę. uitæ bonum ferē. Plinius. ¶ Sæpe quærētis ueritas quæſita aliquando inuēta parit triſtitiam & damnū: ueritas enim ut ait Terentius: odiū parit: Mai⁹ malum: non poſſum formidare maius malum q̄ ut patrem occiderim & matrem ſim compreſſurus. ¶ Magnum eſſe: ut tanquam uerus & legitimus polybi hæres accipias regnū. ¶ Non expedit nemini eſt conducibile id facere propter qđ a fœlici ſtatu deturbeř. ¶ Ecce: paraſceue ſequentis ſcenæ in qua exit phorbas. & eſt epithaſis των προσωπων. ¶ Lætus cithæron: percunctatur œdipus a paſtore fomante ortus ſuos quib⁹ cognitis craſſabitur in ſeipſum. ¶ Cithæron: Stephanus phereus ſic ait κιθαιρων ορος εν βοιωτια του νυν ονομαζωμενου καρων. ¶ Supereſſe: uiuere ſuper qđ dicunt. υπερβαινειν αντι του ζην: qđ aliter ſuperare dr. teſte Marcello in illud Virgilianum. Quid puer aſcanius ſuperat ne &c. ¶ Leue: latenti uicio. differt autem lues a peſte quo genus a ſpē.

BER. ℭ Quis fuerit: doce cuius filius fuit. ⸿ Prohibet. ꝓmiſſi nulli vnq̄ dicere aliquis ſuperbe auferat: faciam ꝙ tu dices. ⸿ Excutiet. tollet & faciet ꝓpalare. ⸿ Ignoſce: parce ſi uideor tibi obſtinatus: ſi nō dixero tibi ē parta uindicta de te: nam ſcies culpam tuam uel alius eſt ſenſus non potes eripere mihi multum quia ſum ſenex & uicin⁹ morti. ⸿ Coniuge: Iocaſta. ⸿ Dehiſce: congnoſcens œdipus errorem ſuum rogat tellurē ut eum degluciat plutonem ut rapiat ad inferna: & ciues ut in eum ſolum congerant tela. ⸿ Reuerſas uices: nolēs dicere ſeipſum dicit rape uices ſtirpis reuerſas.i.illū qui reuerſus ſum in propriū uentrem matris cum ea concūbo. ⸿ Petat. inuadat & pater & filius & coniuges & populus afflictus propter me mortē meam quærāt omnes. ⸿ Rogis: rapiant rogos quibus cōburunt cadauera ſuorum & in me iaceant. ⸿ Exitium deſtructio. ⸿ Iuris ſacri: uiolaui ius paternum & maternū. ⸿ Hauſi: attraxi: prima die qua natus fui iudicatus ſum dignus morte. ⸿ Rudes: uitę cuius nōdum eram expertus ⸿ Parēs: alloquitur ſeipſum indignatiue. ⸿ Sceleribus dignum aliquod crudele cōtra te. ⸿ Propero: curſu feſtino. ⸿ Gratare uade ut congratuleris matri quod ex ea ſuſceperis filios & dom⁹ ſit aucta ſobole.

BER. Fata. Inducit chorus laudās uitam mediocrem quæ tuta quieſcit. q ſunt i ſublimi ſtatu ſubiectæ fortunæ diuerſis caſibus agitātur ideo dicit ſi uoluntate mea poſſem eligere mihi uitam potius uellē mediocrem ſtatum q̄ regum fortunas: & ſumit tranſlationē a naui adducens fabulam dedali & icarii filii eius uerſus eſt coriambicus. ⸿ Si liceat fingere fata ſi poſſim meo mō eligere mihi uitā. ⸿ Tēperem.i.gubernarem. ⸿ Antenne: lignum ex tranſuerſo arboris nauis: a quo pendēt. ⸿ Graui ſpiritu: pſſe oppſſe nimio uento. ⸿ Lene: leniter ⸿ Vergens inclinans. ⸿ Media ui.me. ⸿ Gnoſium: minon cretenſem: trita eſt fabula dedali qui cum in turri te-

Non potuit ille luce, non cœlo frui.
Se.Procul ſit omen, uiuit, & uiuat precor.
Oe.Supereſſe quare traditū infantē negas?
Ph.Ferrū per ambos tenue tranſactū pedes
Ligabat artus. volneri innatus tumor
Puerile fœda corpus urebat lues.
Se.Quid quæris ultra, fata iā accedūt ꝓpe.
Oe.Quis fuerit īfans edoce.P. ꝓhibet fides.
Oe.Huc aliquis ignē. flāma iā excutiet fidē
Per tam cruentas uera quærenti uias.
Ph.Ignoſce quæſo, ſi ferus uideor tibi.
Et impotēs: iam parta uindicta in manu eſt.
Oe.Dic uera, qs nā, quo ue generatus patre.
Qua mře genitus? Ph.cōiuge eſt genit⁹ tua.
Oe.Dehiſce tellus. tuq; tenebrarum potens
In tartara ima rector vmbrarum rape
Retro reuerſas generis, ac ſtirpis uices.
Congerite ciues ſaxa in infeſtum caput.
Mactate telis me petat ferro parens.
Me natus, in me coniuges arment manus,
Fratreſq;, & æger populus ereptos rogis
Iaculetur ignes. ſæculi crimen uagor,
Odium deorum, iuris exitium ſacri.
Qua luce primum ſpiritus hauſi rudes,
Iam morte dignus. redde nūc animos parēs.
Nunc aliquid aude ſceleribus dignum tuis.
I, perge. propero regiam curſu pete:
Gratare matri liberis aucta domo.

CORIAMBICI VERSVS.
CHORVS.

Fata ſi liceat mihi
Fingere arbitrio meo,
Temperem zephyro leni
Vela, ne præſſæ graui
Spiritu antemnæ tremant.
Lene ſed modicum fluens
Aura, nec uergens latus
Ducat intrepidam ratem
Tuta me media uehat
Vita decurrente uia.
Gnoſcium regem timens,
Alta dum demens petit
Artibus fidens nouis,
Certat & ueras aues
Vincere ac falſis nimis
Imperat pennis puer.
Nomen eripuit freto.
Callidus medium ſenex
Dædalus librans iter
Nube ſub media ſtetit

neretur a rege vna cum filio icaro fabricauit alas quarū beneficio euolarēt extra: data lege filio ne nimis alte aut demiſſe uolaret: qui tamē fretus alarum fiducia cū ultra parētis iuſſa altius euolaret: & ſolis ardore cera qua potnæ continebatur liquefacta eſſet: ita ut ab aliis defflueret in mare decidit ꝙ eſt inter mycon & gyarū: quod a ſuo nomine ab inde icarum mare deductum eſt dicente Ouidio lib. III. de triſtibus icarus imēſas nomine fecit aquas. Vnde Iuue. Et mare percuſſum puero fabrumq; ſonantem. ⸿ Sane Var. teſte Solino icarum cretem dicit tibi naufragio interiiſſe, alicuius exitu locis nomen impoſitū fuit. ⸿ Artibus nouis: alis ſuis. ⸿ Falſis quæ non erant homini. ⸿ Eripuit. quāſ hoc dictū eſt appellatum icarum ⸿ Callidus ſenex prudens dedalus. ⸿ Librans: temperās ſe per medium iter.

DAN. ℭ Duc: ut fatebere quod nolis ſpōte. ⸿ Dehiſce te apud Sophoclē. ιου ιου τα παν τανεξ ιν ουσ σαφεισ τισ ωεφασ μαιφυσ ταφων χρωνευνοισ. ⸿ Heu heu oia ſunt aperta quicūq; reditus ſum natus a quibus nō oportebat. ⸿ In tartara: aperiat terra & rapiar in tartarum qui illud uaſculum temeraui vnde ſemel exiui uagiens. ⸿ Qua lu. pri. proxime accedit ſentētiam ſophoclei œdipodæ: ωνωσ τελευται ου σετωροσ βλεψας μιναν. uti nam te uidiſſem lux ultima. ⸿ Fata ſi liceat: hortatur ad mediocritatem chorus metro gliconico Coriābico: nō .n. beata uita eſt niſi itra fines mediocritatis contineatꝰ, hinc illud chilonis μηδεν αγαν. & Hora. ad licinium Mecenam laudat maximum in modum mediocritatē. aureā quis quis mediocritatem diligit tut⁹ caret obſoleti ſordibus tecti: caret inuidenda. Sobrius aula. ⸿ Artibus fidens nouis.i. pennis non homini datis dædalus hymetionis primus oculos apertos in ſtatuis expreſſit & manus protenſas cū antea in ſtatuis clauſi eſſent oculi & manus lateribus adhærerent damnatus ab areo pagitis ꝙ occiderit talum nepotem in cretam migrauit.

Alitem expectans ſuam.
Qualis accipitris minas
Fugit, & ſparſos metu
Colligit fœtus auis.
Donec in ponto manus
Mouit impliciras puer
Comes audacis uiæ.
Quidquid exceſſit modum,
Pendet inſtabili loco.
Sed quid hic poſtes ſonat
Regios famulus manu
Mœſtus, & quaſſans caput?
Ede, quid portas noui.

ACTVS QVINTVS.

Trimetri Iambici.

NVNTIVS.

PRædicta poſtq̄ fata, et ïfandū gñs
Deprēdit, ac ſe ſcelere ꝯuictū oedip⁹
Dānauit, ipſe regiā infeſtus petēs
Inuiſa propero tecta penetrauit gradu.
Qualis per arua Libycus inſanit Leo
Fuluam minaci fronte concutiens iubam.
Vultus furore toruus, atq; oculi truces,
Gemitus, & altum murmur, & gelidus fluit
Sudor per artus, ſpumat, & uoluit minas,
Ac merſus alte magnus exundat dolor.
Secum ipſe ſæuus grāde, neſcio quid, parat,
Suiſq; fatis ſimile. quid pœnas moror?
Vt hoc ſceleſtum pectus, aut ferro petat,
Aut feruido aliquis igne, uel ſaxo domet?
Quæ Tigris, aut quæ ſæua uiſceribus meis
Incurret ales? ipſe tu ſcelerum capax
Sacer Cithæron, uel feras in me tuis
Emitte ſyluis mitte uel rabidos canes.
Nūc redde Agauen. anime qd mortē times?
Mors innocentem ſola fortunæ eripit.
Hæc fatus, aptat impiam capulo manum,
Enſemq; ducit. ita ne? tam magnis breues
Pœnas ſceleribus ſoluis? atq; vno omnia
Penſabis ictu? moreris? hoc patri ſat eſt.
Quid deinde matri? qd male in lucem editis
Natis? quid ipſi, quæ tuum magna luit
Scelus ruina, flebili patriæ dabis?
Soluenda non eſt illa: quæ leges ratas
Natura in vno uertit Oedipode nouos
Commenta partus. ſuppliciis eadem meis
Nouetur. iterum uiuere: atq; iterum mori
Liceat: renaſci ſemper ut toties noua
Supplicia pendas. utere ingenio miſer.
Quod ſæpe fieri non poteſt: fiat diu.

BER. ¶ Alitem ſuam: filiorꝫ icarum. ¶ Qualis ponit ſimilitudinē. talis erat expectās dedalus: q̄lis auis turbata accipiter poſtea colligit filios. ¶ Donec ipſe ſterit donec uidit illum merſum. ¶ Quicquid: concludit notabili ſententia: quicunq; vult habere ultra ſtatum ſuum: pendet. i. incertus eſt ſemp uitæ & cōditionis ſuæ. ¶ Sed quid dat locū ſequēti ſcene: inducitur nūcius q narret q̄ facta ſunt ab œdipo intra domum.

BER. PRædicta. Hic eſt qnt⁹ act⁹ ubi pœna œdipi & locaſtæ tractabit̃. Nūcius itroducit̃ qui denūciet q̄ fcā ſint ab eis i domo: nā ut diximus i ſcena nō agunt̃ turpia: ſed tm̃ narrāt̃: œdipus cognoſcēs ſe nocētē uelut leo fremēs ſe ꝓtulit itra domū ſtatuitq; ſibi: cōſciſcere mortē & cū iam euaginaſſet gladiū reputauit illā pœnā eē ſufficiētē, aliāq; ſtatuit: ut ſe cecaret. ¶ Deprēdit cognouit: & ſe eſt i malo. ¶ Prædicta, denūciata a fatis & deis. ¶ Fata: malaq; ſibi fatata erāt. ¶ Infeſtus: ſibi inimic⁹. ¶ Leo lybic⁹: i lybia ubi ſūt marmaride ppli apud quos ſunt igētes leões. ¶ Vult⁹. ſ. œdipi. ¶ Voluit minas: agitat aio q̄ōo dēat ſe punire. ¶ Merſus alte: poſit⁹ i p̄fūdis. ¶ Exūdat eſtuat. ¶ Sile, ſicut cōmiſerat magna ſcelera: ita cogitabat aliqd magnū & crudele ꝯtra ſe. Quid pœnas hęc fuerūt uerba q̄ ꝓtulit œdip⁹ de ipſo. ¶ Petat, inuadat expecto forte q alıqs interficiet me. ¶ Quæ tygris: eet dignū ut ueniret aliq̄ tygris: uel ſæua auis q̄ me pderet. ¶ Cytheron: q auſſuet⁹ eſt hēre mōſtra, iuxim⁹, athēō & pētheus i eo fuerūt pditi. ¶ Ait œdipus uidebat̃ expectare ut ab aliquo iterficeret̃ vn̄ exhortat̃ aium ſuū ut ſibi det mortē. ¶ Innocētē eripit ne patiat̃ miſerias fortunæ. ¶ Capulo: mãubrio enſis ut ſe interficiat. ¶ Ducit euaginauit. ¶ Ita ne: loqt̃ ad ſeipſ ſoluēs pœnas ꝓ tātis ſceleribus ex tā breui pœna. ¶ Pſi ad uindictā pr̄is. ¶ Editis: gñatis & miſſis i lucē. ¶ Pr̄iæ q ꝓ te peſtilētiā paſſa ē. Flebili ruina miſeranda peſte. ¶ Dabis: ſatiſfacies ad uindictā ipſius. ¶ Soluēda: non oportet ita facile diſſoluere naturā tuā q̄ fuit tā ingenioſa ad iueniēdū noua ſcelera: nouos ptus. ¶ Ratas: iā firmatas. ¶ Cōmēta inuenirs. ¶ Suppliciis, quēadmodum ipſa natura iuenit nouū modū gñandi ita debet pati nouas pœnas. ¶ Eadē. ſ. natura. ¶ Iterꝫ: obcecabo me & quotidie ſentiā pœnas & ero nec uiuus nec mortu⁹. ¶ Renaſci. ſ. ad pœnā quotiēs ſurget a ſomno: uidebit̃ renaſci ſua pœna. ¶ Pēdas: ſoluas. ¶ Quod ſæpe: nō p̄t fieri. ſ. mori. ¶ Fiat diu: lōgus modus moriēdi eſt cæcitas.

DAN. ¶ Alitem expectās: dictum ex moliculo quodam effectu alitē icarꝫ aligerꝫ. ¶ Qualis accipitris auis timebat icaro Dædalus haud ſecus q̄ uolucris cuius nidum: turbauerit accipiter, accipiter uolucris rapax ſocietate quadam cū homine aucupatur: maxime circa Amphipolim thraciæ oppidum: græci uocant κιρκον nos accipitrem qđ malo mō accipiat alias aues iones cymindin uocant teſte Ariſtotile uolunt tamē nōnulli differre ab aliis qđ hic ſolus mōtes incolit & raro apparet. ¶ Prędicta: œdipus patricidii ſe reum tandē intelligens & materni adulterii torquente cōſciētia ruit preces: & q̄ teterrimum mortis genus imo ſupplicio facto ad æquari queat nititur ſcrutari tandem ſibi ipſe oculos exterebat dirum ac miſerabile ſupplicium uitæ: Carmen eſt nouum ſcriptum trimetro iambico Archilochio & quintus actus ex perſona nuncii tantū conſtitutus pronuncians miſerabilem œdipi uicem & cęcitatem. ¶ Fuluam iubam: fuluus color de ruffo atq; uiridi mixtus ſic poeta uerborum diligentiſſimus fuluam aliquam dicit & iaſpidem, & fuluum leonem fuluum æs dixit, Qu. Enni. in annalibus. ¶ Sudor gelidus quaſi monſtroſus: nam ut inquit Plau. pro monſtro eſt quando quis ſudans tremit quod placet mihi: ut intelligatur ſudor gelidus uel quod proprium ſit epithetō ſudoris ſic ut dicim⁹ aquam gelidā. ſudorem dicunt græce ιδρωτα Sophoclem in aiace, ειδτον γαρ ανμαρτι τυγ Χανει καρα σταζοντι δρωτι

-δεραστι και χερασ ξιφο κατο νουσ &c. Grāde: imane aliqđ ac formidabile facinus pæq ac ē fortuna. Scelegę cap. multorū ſanguie cōfœdat⁹. Agaué, q̄ diſſipet meos artus ut olim pētha. Innocētē: ergo & nocētem. Ita: ne tā magnis ac ſi dicat meorū ſcelegę pœnæ nō vna ſunt morte finiēdæ ſed plurib⁹ ſi potis eēt. Male editis: infœlici ſidere atq illicito concubitu pgenitis.

BER. ℭQua nec: p q̄ uitā neqs ſis iter uiuos q fruūt lucē: nec iter mortuos q carent aia. Exēptus: remot⁹: ne ſis inter uiuos. Morere: moriaris ſed nō ut pr̄ tuus q mortu⁹ ē vno ictu. Citra: imo lōgiore pœna. Subitus dīc o aia uis plorare nō ſufficit hoc: uolo exeat ali⁹ liquor ex oclis. Maritales: q placuerūt mr̄i eius marit⁹ fui. Ardēt: uidēt emittere flāmas. Retinēt qđ fit i magna ita crebro motu agitantur oculi. Torſit: miſit cū ipetu: ſicut poſuit man⁹ aduerſus oculos: ita ipſi inſtabāt ut euellerent. Occurrūt, q̄ſi uelit exire. Scrutat̄ pfudit. Lumia oculos. Vncis manibus: recuruis & vnguib⁹. Orbes: totā rotūditatē oculi. Receſſus: illas ɔcauitates oclog. Inanes ſinus: loca uacua ubi fuerāt lumia. i. oclī. Fruſtra q̄rebat extraher̄ ſed nihil erat ampli⁹ ad extrahēdū. Pluſq̄: exercebat furorē ubi nō erat op⁹. Periculū lucis timebat ne remaneret aliqd lucis. Attolit caput: eleuauit caput in cœlū ut experiret an eēt cæcus i totū. Victor: aliqñ q obtinet uictoriā i certamie: ubi cōpos mētis fuerit qa fecit qđ uoluit. Iuſſa quod uoluiſtis. Thalamis, ɔiugiis. Rigat: ſunt uerba nūcii. Fœdus: ſtomacoſus liquor.

Mœſta capilli. tepido Troiæ
Puluere turpes paret exertos
Turba lacertos, ueſtæ remiſſa
Subſtringe ſinus, uteroq; tenus
Pateant artus, cui coniugio
Pectora velas captiue pudor?
Cingat tunicas palla ſolutas.
Vacet ad crebri verbera planctus
Furibũda mãus, placet hic habitus
Placet, agnoſco Troada turbam.
Iterum luctus redeant veteres.
Solitum flendi vincite morem.
Hectora flemus.
C. Soluimus omnes lacerũ multo
Funere crinem. coma dimiſſa eſt
Libera nodo, ſparſitq; cinis

tuorum. ¶ Trepidus: propter hoſtes vicinos. ¶ Leua: pro eleua, tu regina prius incipæ luctum & eleua manum ad dandum ſignũ aliis: vel ad percutiendum pectus: & nos omnes te ſequamur. ¶ Tepido: puluere cinere adhuc calido propter incendium: ſolebant antiqui in maximo luctu ſpargere caput cinere. ¶ Paret exertos, nudatos apparet: ut ſint magis expediti ad percutiendum. ¶ Sinus: dimittite veſtes vſq; ad ventrem & occurrit Hecuba ne poſſit reſpõdere contrarium propter honeſtã dicendo non opus eſt ſeruare pudorem captiuis. ¶ Subſtringe: dimitte & aperi. ¶ Palla: veſtis ſuperior cingat inferiorem tunicam. ¶ Vacet: intenta ſit. ¶ Planctus: percuſſiones pectoris verberati.

DAN. ℭHic Antenoris: vxor antenoris fuit thebano Ciſſi filia: venerabilis & pudica matrona: quam Troiani ſacerdotio Mineruæ præfecerunt. Home. meminit .iii. Iliados Hecuba ibat ad templum Palladis iuſſu Hectoris ſacrificatum cum generoſo matrum comitatu aduenientibus aperit ianuam thebano. τῇσ θύρασ ὤιξε θεανὼ καλλιπάριοσ κισσηἱσ ἄλοχοσ ἀντήνοροσ ἱπποδάμοιο.

DAN. NOn rude vulgus inſcribitur ſecũdum carmẽ metro pidarico dimetro anapeſtico. Chorus Iliadum vna cum Hecuba deplorat excidium patrium id quod erat illis iam vetus malum loquitur Chorus: Iubes regina nos non rude neq; nouum ad dandas lachrymas vulgus lugere: id quod egimus ex quo Paris Helenã rapuit. ¶ Leua: manum: tolle digitum miſera & tu prima luctum incipe ſequemur ſecundum. ¶ Non indociles, occaluimus longa lugendi cõſuetudine. ¶ Fidę: & conſtantes ſociæ noſtræ fortunæ. Dominam tamen earum facit ſe conſeruam Hecuba apud Euripidẽ. τὴν ὁμόδ' ἐοῦδ' ἐον νῦν τρωιάδ' ἐσ ἡμῖν. πρὸσ

σ τευδ ιανα ασ τασ. λαο βετε φερετε, & cætera. ⁋ Vocet: omni caſu accuſandi raro inuenitur: frequentius omni dandi quando ſignificat ſuperſum aut ocium eſſe, eſt. n. vacare interdum vacuum eē & ſtruitur cum caſu, auferendi cuius rei vulgatiſſima ſunt exempla. ⁋ Iterum redeāt, alterum vacat.

BER. ℂComplete: quia nihil aliud reſtat de Troia niſi cinis. ⁋ Suffulta, ſuffarcinata & ſuccincta vt demiſſa uſq; ad ventrem videantur humeri. ⁋ Retheia: rethus mons eſt Troianus in quo Aiax Thelemonis poſtquam ſe interfecit ſepultus eſt. ⁋ Echo vox quę reſpondet ex locis concauis: eſt ideclinabilis. ⁋ Extrema: vltima, nam ſi vltima ſolet reſpondere: clamate ita fortiter vt referat omnes voces. ⁋ Pulſu, verberatione. ⁋ Sanguineos, plenos ſāguie. ⁋ Tibi, ad honorem tui. ⁋ Cicatrix: ſignum ſanati vulneris: iterum rumpunt cicatrices verberando quas fecerāt ſuperioribus annis in funere Hectoris. ⁋ Columen: Hector tutela patriæ. ⁋ Mora: qui tardabas calamitatem Troianam. ⁋ Fulta, ſuſtentata. ⁋ Cecidit: dū ſtabat hect. ſtetit: Troia dum cecidit deſtructa eſt. ⁋ Vertite exhortatur vt modo priamū fleant. ⁋ Bis capte Troia bis capta fuit prio ad herculе quando fuit cum argonauti: ſecundo a græcis ſub Agamemno. ⁋ Troia dum fuiſti Rex Troia bis tulit omnia. ⁋ Pharetras: fatatum era Troiam non poſſe capi, ſecundo ſine ſagittis Hercu. vnde phiotes armiger hercu. cum ſagittis ipſius ad bellum Troianum ductus eſt. ⁋ Partus elatos: filios ſepultos. ⁋ Cludis: vltimus morieris cum prius videris tot mores filiorum. ⁋ Victimas quia ante aras interfectus fuit. ⁋ Alio ad aliam partem: noli dolere mortem Priami: quia fœliciorem me quæ ſuperſum ad tot miſerias. Iliades matres troianæ. ⁋ Iugum: ſeruitutem quemadmodum ego.

Feruidas ora.
H. Complete manus, hoc ex Troia
Sumpſiſſe licet. cadat ex humeris
Veſtis apertis: utrunq; tegat
Suffulta latus. iam nuda vocant
Pectora dextras, nunc nunc uires
Exprome dolor. Rœthea ſonent
Littora planctu, habitanſq; cauis
Montibus echo non (ut ſolita eſt)
Extrema breuis verba remittat.
Totos reddat Troiæ gemitus.
Audiat omnis pontus & æther.
Sæuite manus pulſu vaſto
Tundite pectus. non ſum ſolito
Contenta ſono. Hectora flemus.
C. Tibi noſtra ferit dextra lacertos:
Humeroſq; ferit tibi ſanguineos.
Tibi noſtra caput dextera pulſat.
Tibi maternis vbera palmis
Laniata iacent fluit: & multo
Sanguine manat quancunq; tuo
Funere feci rupta cicatrix.
Columen patriæ, mora fatorum,
Tu præſidium phrygibus feſſis:
Tu murus eras humeriſq; tuis
Stetit illa decem fulta per annos.
Tecum cecidit ſummuſq; dies
Hectoris idem: patriæq; fuit.
H. Vertite planctus: priamo veſtros
Fundite fletus: ſatis Hector habet.
C. Accipe rector phrygiæ planctus.
Accipe fletus bis capte ſenex.
Nil Troia ſemel te rege tulit.
Bis pulſari dardana graio
Mœnia ferro, biſq; pharetras
Paſſa Herculeas. poſt elatos
Hecubæ partus, regumq; rogos
Poſtrema pater funera cludis.
Magnoq; Ioui uictima cæſus
Sigea premis littora truncus.
H. Alio lachrymas flectite ueſtras.
Non eſt priami miſeranda mei
Mors Iliades, felix priamus
Dicite cunctæ, liber manes
Vadit ad imos, nec feret vnquam
Victa Graium ceruice iugum.
Non ille duos vidit atridas.
Nec fallacem cernit Vlyſſem.
Non argolici præda triumphi
Subiecta feret colla trophæis.

⁋ Atridas: filios ac rei agamem. & Menelaum: nam grauiſſimum eſt videre hoſtes victores & pati. ⁋ Non argolici: nō ducetur cathenatus in triumphum.

DAN ℂSparſitq; cinis: vetuſtiſſimi moris fuit ſpargere ſuper caput puluerem in funeribus quē morē ſeruant Solymi & iudæi. ⁋ Echo nympha olim fuit a pane paſtorali in deliciis habita extra quem memini ſe vnquam palpandam præbuit, fabulam tangit Ouidius elegāter in metamorphoſi. ⁋ Hectora flemus apud Homerum Hecuba ſic deflet. ⁋ O fili miſera ego quid viuo grauia patiens τρωσι τε και τρωσιν κατα πτολιν. οισε ν εοι ωσ δε. δεχατη γαρ και σφι μαλα μεγα κυδος εσ ειαζωυσ εων & cætera. ⁋ Bis capte ſenex: Priamus Laomedontis filius puer ab Hercule captus eſt poſt ereptam a marino monſtro heſionem cui in mercedem triginta equos candidos pollicitus tā fuerat Laomedon, ſed cum pmiſſis non maneret facto impectu inuaſit Troiam priamus poſtea pecunia redemptus eſt vt omnia plane cominiſcitur Valerius Flaccus Appollonii ſtudio ſus æmulator poſtremo ſenex captus, & occiſus ad aram Iouis Hercei vt canit Homerus & Iuuenalis in omnibus meminit, nec non poetarum lux Maro. ⁋ Elatos, decem & ſeptem numero ad rogum elatos. ⁋ Cludis: terminas Comples. Cicero, Priamum tanta progenie orbatum cum in aram confugiſſet manus hoſtilis interemit. Hic ſi uiuis filus, incolumi regno occidiſſet aſtante ope barbarica, tectis celatis, vtrum tandem a bonis an a malis diſceſſiſſet: & propterea ipſa Hecuba nō inepte ſubiungit non eſt Priami miſerāda mei mors iliades: & Home. a doloribus ceſſandū eē demōſtrat qui plurimi ſunt mortalib⁹ dati in hac uita. ου γαρ τισ πρηξισ πελεται κρυεροιο γοοιο ωσ γαρ επεκλωσαντο θεοι δειλοισι βροτοισ ζωειν αχνυμενουσ &c.

ℂVincula,

Non aſſuetas ad ſceptra manus
Poſt terga dabit/curruſq; ſequens
Agamemnonios aurea dextra
Vincula geſtans latis fiet
Pompa Mycenis. Ch. felix Priamus
Dicimus omnes.
Secum excedens ſua regna tulit.
Nunc Elyſii nemoris tutus
Errat in umbris/interq; pias
Felix animas Hectora quærit.
Felix Priamus.
Felix quiſquis bello moriens:
Omnia ſecum conſumpta uidet.

ACTVS SECVNDVS.

Trimetri Iambici.

TALTIBIVS CHORVS.

Vã lõga Danais ſemp ĩ portu moras
Seu petere bellũ/petẽ ſeu pr̃iá uolũt.
C. Quæ cã ratib' faciat, & Danais moras
Effare reduces quis deus claudat uias.
T. Pauet aius. artus horridus quaſſat tremor.
Maiora veris monſtra uix capiunt fidem.
Vidi ipſe uidi (ſumma iam titan iuga
Stringebat. ortus vicerat noctem dies)
Cum ſubito cæco terra mugitu fremens
Concuſſa cæcos traxit ex imo ſonos.
Mouere ſylux capita/& excelſum nemus
Fragore uaſto tonuit, & lucus ſacer.
Idæa ruptis ſaxa ceciderunt iugis.
Nec ſola tellus tremuit/& pontus ſuum
Adeſſe achilllem ſenſit/ac ſtrauit uada.
Tunc ſciſſa tellus aperit immenſos ſpecus:
Et hiatus Erebi peruium ad ſuperos iter
Tellure fracta præbet/ac tumulum leuat.
Emicuit ingens umbra Theſſalici ducis.
Threicia qualis arma præludens tuis
Iam troia fatis ſtrauit. aut Neptunium
Cana nitentem perculit iuuenem coma.
Aut cum inter acies Marte violento furens
Corporibus amnes clauſit, & quærens iter
Tardus cruento Xanthus errauit uado.
Aut cum ſuperbo victor in curru ſtetit.
Egitq; habenas, Hectorem, & troiam trahens:
Impleuit omne littus irati ſonus.
Ite, ite inertes debitos manibus meis
Auferte [illegible]res/ſoluite ingratas rates
Per noſtra ituri maria non paruo luet
Iras achillis Græcia. at magno luet.
Deſponſa noſtris cineribus polyxena
Pyrrhi manu mactetur/& tumulum riget.

BER. ℭ Vincula, quia non du-cetur vinculo aurato poſt currum Agamemnonis. ¶ Micœni: vbi regnauit Agamemno. ¶ Eliſii: campi vbi animæ beatorum dicebantur eſſe: vt deſcribit Virgilius in libro. vi.

BER. Quam lõga: Hic eſt ſecũdus actus in quo inducitur talthybius renuncians choro miranda prodigia quę uidit: & umbrã achillis ſibi apparuiſſe increpantem græcos ingratitudine ab eoq; monitum ſe dicit ut polixena ad ſepulchrũ eius mactaretur. ¶ In portu: illud accidit græcis quando ueniebant ad bellum troianum: cum ¶ Agamen. in aulide famoſiſſimo portu boetiæ ceruam dianæ ignarus occidiſſet: & ob id diana a græcis uentos abſtuliſſet: reſponſo habito ut agamẽnonio, ſanguine dea placaretur factum eſt ut iphigenia agamẽnonis filia ſacrificaretur: ſed miſeratione deæ pro ea oblata cerua. ¶ Petere: ire. ¶ Maiora ueris: maiora q̃ poſſit credi. ¶ Vix capiunt fidem uix creduntur. ¶ Stringebat: leuiter percutiebat ſummos colles. ¶ Fremẽs: murmurans. ¶ Cæcos: quorum cauſa ignoramus ¶ Sacer, conſecratus cybeli in india. ¶ Suum: quia natus eſt de Thetide dea maris. ¶ Hiatus: apertura terræ: fecit iter ab inferno ad ſuperos. ¶ Leuat: ſubleuat. ¶ Emicuit: in tanto tumore terræ exiuit vmbra Achillis Theſſalici ducis. ¶ Proludens: quaſi faciens proludium & principium ſuæ virtutis. ¶ Treicia: quando græci ibant ad bellum Troianum finitima quæq; loca populabantur ſicut Achilles multos duces & vrbes abſtulit, quod proſequitur Homerus. ¶ Iuuenem: cignum de quo inferius dicemus. ¶ Hectorem & Troiam: nam mortuo Hectore viſa eſt Troia capta. ¶ Irati, ſcilicet Achillis: & hæc fuit eius vox indignantis. ¶ Debitas, meritas. ¶ Magno, ſcilicet damno. ¶ Deſponſa, hæc erat eius petitio, vt mactaretur Polyxena p manus filii ſui. ¶ Coeunte: coniungente ſe: nam ſupra dixerat apertã fuiſſe terram. ¶ Triton: tubicem neptuni cecit Hymeneum epithalamium tanquam Polyxe. deberet duci ad maritum.

DAN. Quam longa Danais ſemper. ¶ Talchybius Agamemnonis preco & Eurybatis comes vt meminit Homerus: fuerunt enim apparitores, & miniſtri Agamemnonis ambo quibus Achilles hippodamiam abigendum per Patroclum tradidit: is procedit in hoc ſecundo actu: & carmine tertio trimetro Iambico Hypercatalectico recitans Achil. vmbraʒ valde apud ſe conqueſtam grecorum ingratitudinem in ſe nec fore ventos faciles prius quam manibus Achilleis immoletur Polyxena ſciſſa palla: ſciſſis crinibus: interlocutores Talchybius & Chorus. ¶ Vidi: facit fidem a viſione & ne ſomnium videat a crapula, & plenitudine ortum addit ſub ipſum ſolem hoc genus phantaſmatis ſibi obuolaſſe quo tẽpore ſomnia vera eſſe creduntur. ¶ Adeſſe, prope eſſe ſuum. ¶ Suum: Thetis Achillis mater Nereidum vna: ut Ouidius libro duodecimo meminit. Leua tenet thetis & melite panopeaque virgo filia Chironis, fuit Pelei vxor. ſcribente Orpheo in argonauticis, καὶ μήτερον χειρωνίς τ' ἀργυρόπεζα. ¶ Impleuit omne littus: inſonuit totum littus clamante umbra Achilles: quo portentoſo clamore admoniti ſũt græci inſtaurare parentalia ſanguine puellari. ¶ Xanthus: fluuius alio nomine Camander dicitur ab Homero, ὃν Ξάνθον καλέουσι θεοί, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον.

BER.

Hæc fatus alta voce, dimiſit diem:
Repetenſq; Ditem merius ingentem ſpecum
Coeuntre terra iunxit. immoti iacent
Tranquilla pelagi, ventus abiecit minas.
Placidumq; fluctu murmurat leni mare.
Triton ab alto cecinit hymenæum choro.

Trimetri iambici.

Pyrrhus. Agamemnon. Calchas.

Cum læta pelago vela reditur' dares,
Excidit achilles. cuius unius manu
Impulſa Troia corruit tandem ſolo
Breui repenſans quidquid adiecit moræ
Scyros, fretumq; Leſbos Ægeum ſecans
Illo remoto, dubia, quo caderet, ſtetit.
Velis licet, quod petitur: ac properes dare,
Sero es daturus. iam ſuum cuncti duces
Tulere pretium, quæ minor merces poteſt
Tantæ dari uirtuti? an is meruit parum
Qui fugere bellum iuſſus, & longa ſedens
Æuum ſenecta degere, ac Pylii ſenis
Tranſcendere annos, exuit matris dolos,
Falſaſq; veſtes, faſſus eſt armis uirum?
Inhoſpitali Thelephus regno impotens:
Dum Myſiæ ferocis introitus negat.
Rudem cruore regio dextram imbuit.
Fortemq; eandem ſenſit: & mitem manum.
Cecidere Thebæ, uidit Eetion capi
Sua regna uictus. clade ſubuerſa eſt pari
Appoſita celſo parua Lyrneſos iugo.
Captaq; tellus nobilis Briſeide.
Et cauſa litis regibus Chryſe iacet.
Et nota fama Tenedos, & quæ paſcuo
Foecunda pingui Thracios nutrit greges.
Et ſacra Phoebo Cilla. quid, quas alluit
Vernis Caicus gurgitem attollens aquis?

Cum læta propter victoriam, hæc eſt ſecunda pars ſecundi actus: Achilles petebat Polyxenam mactari ad tumulum ſuum Agamemnon negat Pyrrhus Achillis filius cũ Agamẽnone diſputat vt illa mactet. ¶ Excidit, ab animo tuo: delata ſunt patris mei beneficia q cauſa fuit iſtius victoriæ. ¶ Breui, paruo tpe Troia cadens cõpenſauit tarditatem eius. ¶ Scyros: inſula maris ægei vna ex cycladibus lycomedis regis patris in q̃ Achil. ſub habitu puellari a thetide matre occultatus eſt ne iret ad bellum troianũ: tãdẽ cognitus ab Vlyxe ductus ẽ ad obſidionẽ troianã. ¶ Illo, Achille, erat habitũ oraculo troiã non poſſe capi ſine Achil. ¶ Velis: ſi velles dare præmium Achil. ſero id facturus es: cũ alii duces totã p̃dã intra ſe diuiſerint pater meus debat eẽ prius & erit vltimus. ¶ Minor mer. q̃ vna puella hoſtiũ. ¶ Iuſſus .ſ. ab oraculo & m̃re thetide: vnde probat per merita illud nõ debere negari. ¶ Sedens: ocioſus nã ſi voluiſſet viuere ſine bello ut erat fatatũ a Ioue potuiſſe viuere tercẽtũ annos, vt uixit neſtor. ¶ Semis pi. neſt. regis pilii pilos optidũ fuit iuxta theſſaliã verſus mari nũ littus a neleo p̃re neſto. cõditũ. ¶ Falſas veſtes muliebres qb' Achil. fuit apd̃ licomedẽ. ¶ Faſſus, demõſtrauit ut ſcri. Sta. in Achilleide: Vlyxes volẽs reperire Achil. inter mulieres attulit munera diuerſi generis. ¶ In hoſ. telephus fuit Her. filius ex ãgaue nympha progenitus ut Sophocles atteſtat: quem in ſiluis expoſitũ a ceruia lactatum duxit: ſed tractu tpis robuſtus effectus in licia citenſibus iperauit, veniẽſq; deinde in auxiliũ troianoꝝ dũ Vlyxẽ inſequit a trunco q in vinea præpeditus ab Achil. i uniſtro femore vulnerat ſed auſis prectus manus illius effugit: ac cũ malo indies vulneris grauaret: nec adhibita p̃ficerent remedia apol. cõſuluit q r̃ndit nõ alr̃ poſſe liberari q̃ ꝓ iterũ ab Achil. vulnerandus accederet q̃ ſic quoq; ab illo itez vulneratus incolumis effectus eſt. ꝙ Ouid. tetigit lib. i. de Remedio, cũ ait vulnus Achil. q̃ quõdã fecerat hoſti. Vulneris auxiliũ pelia aſta tulit. ¶ In ho. quia nolebat dare hoſpitium græcis. ¶ Impotens, ferox. ¶ Mite: qñ ſanauit eum. ¶ Cecidere thebæ: fuerũt thebæ in ægyp. vrbes q̃ buſiris ægypti rex cõdidit græci helιopoli: hoc eſt ſolis vrbẽ vocauere huius ambitũ. cxl. ſtadioꝝ fuiſſe ſcri. Herctu. alia fuit in boe, alia in cicilia p̃ria andromaches q fuit hectoris dilectiſſima coniunx filia tetonis tebaꝝ i cicl. regis ut oñdit Ho. li. ilia. vi. Nã iduces illã cũ Hecto. loquẽtem lamẽtariq; miſerabilr̃ rettulit de Achil. q p̃riam ſuã thebas i qua orta fuerat euerterat: & patrẽ regẽ ſeptẽq; ſuos f̃res occiderat: traxeratq; captiuã matrẽ quã deide imenſa ſũma redemptam, Diana apud a des ꝑ ẽnas cõmorãtẽ ſagittis interfecit. ¶ Lyrneſos: euntibus græcis ad troiã Achilles vtrãq; ciciliã & thebaicã & lyrneſiã inuaſit thebaicã tetion: andromaches pater lyrneſiã Menetes regebat: His trucidatis ex tebe Aſtimonem Chryſi: ex lyrneſo Hyppodamiã Briſei filiam expugnatis oppidis abduxit, q̃q̃ Euſtachius ex pedaſo hypodamiã abreptã tradit. Agamemnon græcoꝝ imperator ex oĩ p̃da ſibi delecit aſtimonem, Achilli neſtori & idomeneo: partiende p̃de auctoribus hippodamia ſorte obtigit: i tarea chryſes apollinis ſmyntheĩ ſacerdos in templo erat in chryſeo multis oblati muneribus repetit. Minabundus ſenẽ a ſe abigit agamẽnõ: apollo ſui antiſtitis cõtumelia pcitus nouẽ dieb' ut Home. ſcribit: iumenta & hoĩes ſagittis cõfodit: cadebat hac peſte quotidie miſerãda multitudo: Palladis monitu vocata cõtione Achilles deplacãda deorũ ira deliberat calchas p̃eſtoris filius q cũ mopſo de vaticinio certauit: niſi aſtimone patri redderet placari apollinẽ non poſſe in mediũ ptulit: Acclamantibus vniuerſis. Agamẽnon per Vlyxẽ ad patrẽ puellam remittit achilli vero quẽ reddende aſtimões auctorem credebat t appariroribus Telribio & Euribate miſſis hyppodamiã abſtulit: ideo dicit criſe cauſa litis. ¶ Tanedos: fuit inſula notiſſima in cõſpectu troiæ. ¶ Cilla: vrbs ꝯſecrata phœbo. ¶ Caic': fluui' ẽ phrygie teſte Liuio in. vi. de bello macedonico veniẽs a miſia. ¶ Attollẽs: q ſolet creſcere tpe veris qñ ſoluũt niues.

DAN

Cum læta: quartũ carmen metro archilochio in quo Polini. & Aſtianaxa capitis fiunt rei. Cõtẽtio p Polixe. orit iter agamẽ. & Pyr. Res ad iudiciũ deferẽ calchãtis uatis. ¶ Cuius unius manu: occiſo. ſ. hecto. nõ. n. minus valuit Vlyxis fallacia quẽ vrbis euerſorẽ peculiari tanq̃ epitheto Ho. appellauit. Lerneſos: oppidum Ciliciæ qd expugnauit Achil. quo capto tres hippodamæ f̃res trucidauit: p̃r vero ſuſpẽdio vitã finiuit. ¶ Criſſe oppidũ: criſſei patris aſtimones de quo meminit Home. in illade. ¶ Cauſa litis: non

oppidum

Hæc tanta clades gentium:ac tantus pauor:
Sparſæ tot urbes turbinis uaſti modo:
Alterius eſſet gloria:ac ſummum decus.
Iter eſt Achillis:ſic meus uenit pater.
Et tanta geſſit bella:dum bellum parat.
Vt alia ſileam merita:non unus ſatis
Hector fuiſſet?Ilium uicit pater.
Vos diruiſtis:inclytas laudes iuuat.
Et clara magni facta genitoris ſequi.
Iacuit peremptus Hector ante oculos patris:
Paritercꝫ Memnon:cuius ob luctum parens
Palente mœſtum protulit uultu diem.
Suicꝫ uictor operis exemplum horruit:
Didicitcꝫ Achilles:& deis natos mori.
Tum uerſa Amazon ultimus cecidit timor:
Debes achilli:merita ſi digne æſtimas.
Et ſi Micenis uirginem:adcꝫ argis petat.
Dubitatur etiam? placita nec ſubito probas?
Priamicꝫ natam pelei nato ferum
Mactare credis? at tuam natam parens
Helenæ immolaſti.ſolita iam & facta expecto.
A. Iuuenile uitium eſt:regeſ nō poſſe impetū.
Ætatis alios feruor hic primæ rapit:
Pyrrhum paternus.ſpiritus quondam truces:
Minaſcꝫ tumidi lentus Æacidæ tuli.
Quo plura poſſis:plura patienter feras.
Quid cæde dira nobilem clari ducis
Aſpergis umbram?noſcere hoc primū decet:
Quid facere uictor debeat:uictus pati.
Violenta nemo imperia continuit diu.
Moderata durant:quocꝫ fortuna altius
Euexit/ac leuauit humanas opes:
Hoc ſe magis ſuprimere felicem decet.
Varioſcꝫ caſus tremere metuentem deos
Nimium fauentes:magna momento obrui.
Vincendo didici:Troia nos tumidos facis:
Nimium ae feroces.ſtamus hoc Danai loco:
Vnde illa cecidit.fateor:aliquando impotens
Regno ac ſuperbus altius memet tuli.
Sed fregit illos ſpiritus hæc:quæ dare
Potuiſſet alii cauſa:fortunæ fauor.
Tu me ſuperbum priame:tu timidum facis.
Ego eſſe quidquam ſceptra niſi uano putem
Fulgore tectum nomen?& falſo comam
Vinclo decentem?caſus hæc rapiet breuis.
Nec mille forſan ratibus:aut annis decem.
Non omnibus fortuna tam lenta imminet.
Equidem fatebor:pace dixiſſe hoc tua
Argiua tellus:liceat.affligi phrygas
Vincicꝫ uolui.ruere:& æquari ſolo:

opidum fuit cauſa litis ſed puella oppidana quã coactus ē Agamēnon reſtituere in patriam parenti ſuo ipulſore Achille: ut ſingula Home. plane proſequit̃ i prio. Iliados. αλλα σοι μεν νυν τινδε τεω ποτε αυ ταραχαιοι τρισ πλ… τετρα πλ… ρα ποτισομεν, &c̄. ſic meus venit ſic mei patris accepit nobile incremētū virtus & gloria ut nō immerito illud Papi. de eo cōmemoret video iā mille carinis Ioniū ægeūcꝫ p̄mi, nec ſufficit ois quo plaga gralugenū tumidis coiurat aridis. Iam pelago terriſcꝫ meus q̃rat̃ Achilles: & volet ipſa ſequi.

BER. ℭHæc tanta: tot vrbes & puincie captæ fuiſſent alteri magna glīa expugnando illas in lōgo tpe ſed eūdo Achilles illas expugnauit. ⸿Pauor: nā oib⁹ erat terror. ⸿Parat, dū vadit ad troiā. ⸿Hector. omitta m⁹ alia merita pr̄is: ſatiſfecit ſi nō feciſſet alia occidēdo Hectorem cuius morte troia de facili capta ē. ⸿Ilion: troia. ⸿Mēnon: filius titōi & aurore fr̄is Priami q ab oriēte venerat. ⸿Parens: mr̄ aurora pp mortē filii obſcurauit ſe. ⸿Victor: Achilles cū iterfeciſſet filiū deæ timuit: nā cū eſſet ipſe quocꝫ filius deæ thetidis: intellexit dearꝫ filios poſſe occidi. ⸿Amazon pēthesilea regia amazonū: maximis uirib⁹ præſtans. ⸿Debes: agamēnon obligatus es: etiā ſi peteret vnā de tuis micenecis & argiuis, q̄to magis debes dare vnā hoſtem tumulo ſuo. ⸿Nato pelei Achilli. ⸿Ferū: eſſe crudele. ⸿Priami: filius q genuit paridem raptorē: Helenæ: p qua voluiſti imolare filiā tuā ut hēres vētos ſcdos: ut poſſes ire factū vindictā contra Troianos. ⸿Helenæ: cā helenæ vt poſſes hr̄e eā. ⸿Iuuenile vitiū: iuuenes: qcqd appetūt volūt. ⸿Paternus, altis iuuenib⁹ accedit furor pp abūdātiam a p̄re. ⸿Lētus: patiēs: pbat patrē ei⁹ fuiſſe iracūdū qd auſus eſt reſiſtere tibi regi. ⸿Tumidi eacide ſupbi patris tui. ⸿Quo: q̄to plus qs pōt tāto ſubmiſſius de

bet ſe gerere: ut eſt ſnia Ciceronis in primo officiorꝫ. ⸿Cede: morte polixene. ⸿Vmbras: aiaꝫ. ⸿Victor, nō debet victor facere qd pōt in victis, ſed vti modeſtia decet. ⸿Quocꝫ: qn̄ aliqs euectus eſt ad altiorem gradū: tanto magis debet conſiderare quid accidere poſſet &c̄. ⸿Fauentes: qui hēt vnde amplius aſcēdere nō poſſit: debet timere caſum & ruinā. ⸿Vincendo: expugnādo: troiam didici magna nō eſſe firma. ⸿Loco: ſilui ſtatu & conditione poſſem⁹ & nos vinci. ⸿Impotēs, nō moderans ſeipſum te putaui me pluſq̄ ſim ſed exēplo priami diminui ſupbiam meam qd mihi accidere poſſe cognoui qd illi tāto regi euenit. ⸿Supbū, pp victoriā. ⸿Timidū: pp ter metū ruie. ⸿Eſſe: qd facit me timidū ꝯſidero regna caduca eē: & ſub noie fœlicitatis hr̄e multa mala. ⸿Splēdore: q nō habet qd oſtēdit. ⸿Decētē: ornatam ⸿Vinculo: diademate. ⸿Hoc. ſ. nomen regni. ⸿Breuis: qa una hora perdit. ⸿Nec mille: non oibus euenit qd Priamo q per. x. annos ſuſtinuit bellum.

DAN. ℭInclytas lau. iuuat. mep ſeq & extollere p̄rnas laudes. ⸿Helenæ imolaſti p republica grçcorꝫ & reparādæ helenes gr̄a iphianaſſam ꝯſecraſti dianæ ad Aulidē. ⸿Iuuenile vitiū: iſani eſt neſcire ipetū cōpeſcere: ppterea ꝙ difficiles adit⁹ ipetus ois hēt. Et Papini⁹. Male cūcta miniſtrat ipetus: inqt. Pyrrhum paternus: hoc illud eſt. ⸿Inclytas laudes iuuat, & clara magni facta genitoris ſeq. ⸿Moderata durant: iā ſuperius laudauim⁹ illud qd eſt inter vtrūcꝫ: quicuncꝫ, amat vitā rectā trāquillā & ſecurā: contineat ſe itra terminos mediocritatis: necꝫ altum mare ſemp vrgeat: neue iniquū littus ſp̄ p̄mat: ſed teneat medium. ⸿Quocꝫ. i. quanto altius te attulerit fortuna. ⸿Aurea: quaſi dicat magnifica ſnia cōcors Oratianæ. Rebus anguſtis animoſus atcꝫ fortis appare: ſapienter idē contrahes vento nimiū ſecūdo turgida vela. ⸿Ma

BER.

gna momento:omnia ſunt hominum tenui pendentia filo. Et ſubito caſu quæ va luere ruit.⸿ Eſſe ego qcq̄, nil aliud inquit eſt regnū q̄ tectū nomē vano fulgore: regii aūt faſtus incomoda elegant̃ Claudianus poeta generoſus ſub noie theodoſii cōſcripſit. Tu licet extremos late dominere per indos.⸿ Te medus,ſe molles arabs: te ſeres adorent: ſi metuis:ſi parua cupis: ſi duceris ira ſeruitii patiere iugū:tolerabis iniquas interius leges &c̃. ⸿ Caſus hoc rapit breuis: momēto eni magna obruunt̃: teſtat̃ hoc Galba q totā ætatē luculēter ꝑducēs iſeniū,fortunę aura: breui ſublimatus eſt,& breui itē ꝑcipitatus, vt teſtis eſt Trāquillus & Plutarchus ſeīdē cōmemorat deā cœcā nō niſi a cœcis coli quos ipſa tādē i foueam ꝑcipitat miſeriaꝝ.
⸿ Arguiſſem,noluiſſem cupiebam ſuperare Troianos ſed nō deſtruere troiā eo mō:tamē ira & dolor iniuriç:& victoria nocturna hoc voluit,ut tam crudeliter deriperet̃, quia ī nocte maior habet̃ licentia.⸿ Irritat:a ccēdit ad male faciē dum ⸿ Gladius fœlix:qui cū ſemel intingit̃ ſanguine nō pōt refrenari vnde dicit vecors libido.i.immoderatus appetitus effundendi ſanguinem .⸿ Cuius infecti: gladii ſanguine tincti. ⸿ Quicqd : ſatis eſt factū crudeliter in Troiam , vñ quicqd ſupereſt ſeruādū ē. ⸿ Regia virgo : polixena. ⸿ Facinus : hanc mortem indignam ut appellem thalamos & cōiugiū Achillis non patiar,nā quicqd mali fit: regi imputat̃ . ⸿ Vetat:vt Cicero in.i.officioꝝ qui nō reſiſtit iniuriæ cum poſſit tñ eſt in culpa : ut ſi patriam & parentes deſerat. ⸿ Manes : anima pr̄is mei.⸿ Cuncti : ſimul omnes laudabunt illum fortiſſimū. ⸿ Quod ſi: ſi umbra delectat̃ ſanguine pōt imolari alia victima q̄ polixena.⸿ Opima: pinguia ex gregē capto.⸿ Inferias, in ſacris mortuoꝝ.⸿ Quādo:quaſi dicat nunq̄.⸿ Inuidiam:odium quia ſi hoc fiet omnes haberent illum

Etiam arguiſſem.ſed regi frenis nequit
Et ira:& ardens hoſtis:& uictoria
Commiſſa nocti.quidquid indignum: aut ferū
Cuiquam uideri potuit:hoc fecit dolor:
Tenebræq;:per quas ipſe ſe irritat furor:
Gladiuſq; felix/cuius infecti ſemel
Vecors libido eſt.quidquid euerſe poteſt
Supereſſe Troiæ:maneat.exactum ſatis
Pœnarum:& ultra eſt : regia ut uirgo occidat.
Tumuloq; dono detur/& cineres riget:
Et facinus atrox cædis/ut thalamos uocem:
Non patiar.in me culpa cunctorum redit.
Qui non uetat peccare:cum poſſit:iubet.
P.Nullum ne achillis præmium manes ferent?
A.Ferent/& illum laudibus cunctis canent.
Magnumq; terræ nomen ignotæ audient.
Quod ſi leuatur ſangine infuſo cinis:
Opima Phrygii colla cædantur gregis.
Fluatq; nulli flebili matri cruor:
Quis iſte mos eſt?(quādo in iferias homo eſt)
Impenſus homini? detrahe inuidiam tuo
Odiumq; patri/quem coli pœna iubes.
P.O tumide:rerum dum ſecundarum ſtatus
Extollit animos/tumide:cum increpuit metus:
Regum Tiranne/iam ne flammatum geris
Amore ſolito pectus:ac Veneris noue.
Solus ne toties ſpolia de nobis feres?
Hac dextra Achilli uictimam reddam ſuam.
Quam ſi negas:retineſq;:maiorem dabo:
Dignamq;:quam det pyrrhus/& nimium diu
A cæde noſtra regia ceſſat manus.
Parēq; poſcit priamus. Aga.haud eqdē nego
Hoc eſſe pyrrhi maximum in bello decus.
Seuo peremptus enſe quod priamus iacet
Supplex paternus.Pyr.ſuplices noſtri patris:
Hoſteſq; eoſdem nouimus.priamus tamen
Præſens rogauit.tu graui pauidus metu
Nec ad rogandum fortis:Aiaci preces:
Ithacoq; mandas:clauſus atq; hoſtem tremēs.
A.At non timebat tunc tuus fateor parens:
Interq; cædes Græciæ: atq; uſtas rates.
Segnis iacebat belli:& armorum immemor.
Leui canoram uerberans plectro Chelim.
P.Tunc magnꝰ Hector arma contemnens tua
Cantus achillis timuit/& tanto in metu
Nanalibus pax alta Theſſalicis fuit.
A.Nempe iiſdem in iſtis Theſſalis naualibus
Pax alta rurſus Hectoris patri fuit.
P.Eſt regis alti ſpiritum regi dare.
A.Cur dextra regi ſpiritum eripuit tua?

odio.⸿ Pœna ſcilicet: polixenę.⸿ O tumide:iratus pyrrhus minatur Agamēnonem dicens qñ es in fœlici ſtatu efficeris tumidus & inſolens : quando habes fortunam aduerſam es timidior dāna.ſi non imolauero polixenam patri teipſum interficiā ad ſacra patris peragēda quēadmodū interfeci Priamū.⸿ Regū nā in exercitu ſub agamēnone erāt alii reges.⸿ Flāmatū:incēſum amore quēadmodū de briſeide.⸿ Nimiū: tūc probat ipetū contra eum. Parē regē quēadmodum ipſe erat vt ſecum comes vadas ad inferos . ⸿ Haud equidē:trahit laudem pyrrhi in vituperium, nō eſt mirum ſi interfeciſti Priamū ita crudeliter quē pater tuus ſupplicē habuerat.⸿ Paternus,patris tui. ⸿ Supplices, reſpōdet pyrrhus ſi Priamus ſupplicauit pr̄i meo fuit fortior q̄ tu ipſe venit ad eū . ⸿ Tu vero tumidꝰ nō ferēs ꝯſpectū eiꝰ miſiſti Vlyxē ſupplicatū ei.⸿ Mandas itacho, comiſiſti vlyxi:& aiaci thelemonio ut pacē a pr̄e meo irato tibi ipetrarēt.⸿ Auſus,ñ audēs egredi.⸿ Cheli:cytharā ſcio pr̄ē tuū nō timuiſſe qñ hector cōbuſſit naues: grçcoꝝ q̄re tunc ocioſus pulſabat cytharā ſub tentorio ſuo: & hoc eſt dictū indignatiue . ⸿ Tūc ma.hector nō timēs deuaſtabat.exercitū grçcoꝝ ſed ad tentoria patris mei non audebat venire:ubi ipſe cātabat ocioſus.⸿ Theſſalicis:pr̄is mei:qa ad illas nō q̄ veit hector.⸿ Nēpe: iſtd reuoluit in vituperiū pyrrhi:veꝝ ē qd erat ſecurus: qa accipiebat hoſtes & dimittebat: vt fecit de Priāo qñ fuit redēptū corpus hectoris.⸿ Eſt re.intereſt magnanimi regis donare ſpiritū .i.vitam regi . ⸿ Cur,quid ergo occidiſti eum.
⸿ Nullū ne Achil. placari māes hoſtili imolatiōe falſo ātiqs pſuaſū ē q̄ſi adhuc irā ſeruarēt i morte defuncti ipſi hic māībꝰ patrocli. xii.formoſos adoleſcentes captiuos iugulauit Achil. δώδεκα δὲ τρώων μεγαθύμων υἱέας ἐσθλοὺς τοὺς ἅμα σοὶ πάντας πῦρ ἐσθίει &c̃.
⸿ Mortem

DAN

P.Mortem miſericors ſæpe pro uita dabit
A.At nunc miſericors uirgines buſto petis.
P.Iam ne immolari uirgines credis nefas?
A.Præferre patriam liberis regem decet.
P.Lex nulla capto parcit/ aut pœnam impedit.
A.Quod non uetat lex: hoc uetat fieri pudor.
P.Quodcunque libuit. facere uictori licet.
A.Minimum decet libere: cui multum licet.
P.His iſta iactas: quos decem annorum graui
Regno ſubactos pyrrhus exoluit iugo.
A.Hos Scyros aios? Py. ſcelere q̃ fratrũ caret.
A.Incluſa fluctu.Py.nempe cognati maris:
Atrei: & Thyeſtæ nobilem noui domum.
A.Ex uirginis concepte furtiuo ſtupro:
Et ex achille nate: ſed non dum uiro.
P.Illo ex achille: genere qui mundum ſuo
Sparſus per omnem cœlitum regnum tenet.
Thetide æquor: umbras Æaco: cœlum Ioue.
A.Illo ex achille: qui manu paridis iacet.
P.Quem nec deorũ comminus quiſquã petiit.
A.Compeſcere eqdem uerba: & audacẽ malo.
Poteram domare. ſed meus captis quoq;
Scit parcere enſis. potius interpres deum
Calchas uocetur/ fata ſi poſcunt: dabo.
Tu: qui pelaſgæ uincula ſoluiſti rati:
Moraſq; bellis: arte qui reſeras polum.
Cui uiſcerum ſecreta: cui mundi fragor:
Et ſtella longa ſemitam flamma trahens
Dant ſigna fati. cuius ingenti mihi.
Mercede conſtant ora: quid iubeat deus
Effare Calcha/ noſq; conſilio rege.
C.Dant fata Danais: quo ſolent: pretio uiam.
Mactanda uirgo eſt Theſſali buſto ducis:
Sed quo iugari Theſſalæ cultu ſolent:
Ionides ue: uel Micenææ nurus.
Pyrrhus parenti coniugem tradat ſuo.
Sic rite dabitur. non tamen noſtras tenet
Hæc una puppes cauſa/ nobilior tuo
Polyxena cruore debetur cruor.
Quem fata quærunt. turre de ſumma cadat
Priami nepos Hectoreus, & letum oppetat.
Tum mille velis impleat claſſis freta.

BER. Mortem, feci ea ratione qua pater meus voluit eum ſeruare florentem: ego autem interficere volui ne viueret in lubrio hoſtium: quæ mors fuit illi gratiſſima: nam ut loquit Ci. melius ē honeſte mori q̃ turpiter vinere. Miſericos: deridet eũ. Buſto ad ſepulchrũ pr̃is. Immolari: nõne ſcis quod voluiſti etiã virginẽ filiã tuã imolare: vt ſupra dictũ ē. Patriã: quæ vt inqt Ci. oium charitates cõplexa eſt. Lex dicis te habuiſſe iuſtã cãm imolandi iphigeniam: ipſe quoq; habeo: qa cũ ſim victor de victis poſſum facere qcqd placet. Pudor: honeſtas. Multũ: q multã hẽt lniam: nõ dẽt vti ea. Libere: placere uti lnia. Subactos: q fuerũt ſubditi tibi p. x. an. iactas inaniter oſtentas. Pyrrhus: de ſe loqt̃ i. iii. pſona fatatũ erat troiã nõ poſſe capi ſine vno de gñe eacidarũ. Iugo: ſeruitute. Hos ſcy. Pyrrhus natus erat ex deidamia filia Lycomedis regis ſcytus vbi achi. occultatus fuit ſub veſte muliebri: vñ dicit ſcyros dat ne tibi tãtã audaciã: ſaltẽ natus eẽs i loco nobili. Scelere iprõpat pyrrhus priã agamẽ, qd ſcyros nõ ē ita ſcelerata quẽadmodũ mycene vbi factum fuit ſcelus thieſtis & atrei: vt ſupra habuimus. Incluſa flu. q̃ſi minima iſula iter aq̃s. Cognati maris: rñdet Pyrrh⁹ eſt veҫ qd inſula eſt in mari minima, ſed eſt gl̃ia nr̃a, cũ illic ſit dea theris mater pr̃is mei. Noui: hironice hõ. ſcio te nobiliſſimũ q̃ſi ex domo Atrei & thieſte q fuerũt ſceleratiſſimi. Concepte: vt q. ex gñatus ex ſtupro vnſ⁹ ỽgĩnis: & Achil. nõdũ viro, i. q tũc erat iductus habitu mulibri apud lycomedẽ. Illo: hẽt emphaſim: ſu; natus ex achil. q matrẽ hẽt deã tethidem auũ eacũ iudicẽ inferoҫ & Ioue regẽ cœli pauũ ſuũ. Pari. q. d. eff. æminati hois manu iterfectus eſt. Cominus. i. pi certamine: ſum natus ex illo Achil. cũ quo nullus deoҫ eſt auſus congredi: ſed pis iſidioſe iterfecit eũ ſagittis. Compeſce: ſi vellẽ poſſem te punire de tãta audacia: ſed ſum aſſuetus parcere etiã hoſtibus, ppterea vocet calchas interpres ut intelligamus ſi placuerit diis q polyxena mactet. Dabo: concedam. Tu qui: vertit ſermonẽ ad calchantẽ. Rati: nauibus græcis q̃ retinebant̃ in aulide inſula propter tempeſtatẽ, tu prædixiſti nobis tunc voluntatẽ deoҫ. Referas: aperis facis vt intelligamus ſecreta cœli. Viſceҫ: per extiſpitium. Fragor mundi cœli tonitrua. Semitã: uiam. Lõgã: cũ cauda p circuitionem dicit cometam. Oraculus: cuius oracula ingenti mercede qui iphigeniam propriã filiã imolare voluit q̃ poſtea trãſlata ē in taurica regiõe. Iubeat: an polixena mactet̃. Dant: rñdẽs calchas dicit virginẽ eẽ mactandã, cũ dii pcedant nobis reditũ eo pacto quo venimus ad Troiã. ſ. humano ſanguine. Iugari: piugari eo ornatu quo mulieres Theſſaliæ dicuntur ad maritum ita Polixenã debet duci ad Buſtum Achillis. Ionides nurus, mulieres de Ionia: quæ græcorum eſt regio: atq; colonia i extremitate minoris aſiæ verſus nos, vt ſcribit Pomponius: med a iter cariã & colõ ã: accepitq; nomẽ a duce Ionio Athenienſi qui coloniã deduxit aſiã teſte Victru. lib. iiii. architecturæ. Pyrrhus. manu Pyrrhi debet mactari. Hæc vna: hæc ſola nõ eſt cã nr̃i ipedimẽti: ſed ſupeſt vnus filius Hectoris mactãdus priuſquã diſcedamus. Hector. Aſtynax filius Hecto. Oppetat, moriatur.

DAN. Maiorem dabo: ſi mihi Polixenam patri immolandã dare detractaueris ego te faciam victimã. Hoc eſſe Pyrrhi: ironia: quæ enim reſta gloria de interfecto ſene imbelli. Priamus: apud Home. Achilli volenti eum in throno collocare loquitur in hæc verba Priamus, ne me ſedere facit in throno quo iacet Hector interea in tentoriis in glorius: ſed celeriter ſolue ut videam tu autẽ accipe dona multa quæ ferimus: & his utere & cum his repetas patriam quoniam me primum permiſiſti viuere & cernere lumen ſolis τωεἰμε πρωτονεασ ασ αυτυντεζωειν και ορ ευφαοσ ηελιοιο, &c. At nõ agunt. antitheſis & ē cõtrouerſia in ductu ſubtili p cauſatiuũ litis: agit. n. Pyrrhus p honore pr̃is iprobã Agamẽnonis: contra Agamẽnon p figurã quã vocat hermogenes τελ ι μογιον oia obiecta reiicit i Achillẽ. Hos ſcyros: p ecclypſim cõſtitutæ ſunt hæc clauſulæ ex alterna idignatiõe certãtiũ.

¶ Cuius ingenti mihi: hoc refert ad antiq̃ iniuriã calchãtis cuius vaticinio grauiter offenſus eſt qui reſpōdiſſet peſtē inuaſiſſe græcoꝝ exercitū: q̄d rapuiſſet filiã Cryſę ſacerdotibus appollinei: ꝓp q̄d vaticiniū calchanta vatē grauiſſimis apud Homeꝝ cōtumeliis inſectantur μαντι κακων ου πωποτε μοι το κρηγυον ειπας αιει τοι τα κακ' εστι φιλα φρεσι μαντευεσθαι εσθλον δ' ουτε τι πω ειπας επος ουτ' ετελεσσας. ¶ Referas: quę ꝑſtas arte ſydera: & deoꝝ pandis arcana. Homerus: Egregia ſingulari laude ꝓſequitur calchanta qui pręſentia nouerit præterita, & futura ος ηδει τα τ' εοντα τα τ' εσσομενα προ τ' εοντα και νηεσσ' ηγησατ' Αχαιων Ιλιον εισω &c. ¶ Precium ꝑ pœnam dixerunt Terentius: ego precium ob ſtulticiam fero.

BER. VErum, Inducitur chorus mulieꝝ troianoruʒ qui audiuit polixenā eē mactandam ad placādos manes Achillis vnde dolens negat aiaʒ poſſe apparere viuentib⁹ q̄ illa moriēte corpe ſiľ cū eo moriť, & eſt opinio epicureoꝝ q̄ falſa ē Verſus eſt Aſclepiadeus. ¶ Veꝝ: petit an ſit veꝝ, ꝙ appareat aia poſt mortē. ¶ Timidos, q̄bus vř eē ꝙ non eſt q̄d ſit ꝑp timorem. ¶ Cōditis: ſepultis. Oculis conſuetudo antiquoꝝ: vt proximior clauderet oculos mortuo: ut Oui. in penelope teſtať. ¶ Solibus: lucis qa vltima die perdūt lucē. ¶ Prodeſt: nō eſt opus mactare in exequiis more antiquoꝝ aiam. i. hoiem viuētē. ¶ Nulla ps, q̄ñ cōbuſtū eſt cadauer aia quoq; ꝯſumiť. ¶ Spiritus, vita nr̃a. ¶ Nudū: corp⁹ poſitū ĩ rogo. ¶ Pegaſeo gradu. celeri paſſu, nā pegaſus equus alatus fuit velociſſimi curſus dicit credo ꝙ oia q̄ ſūt ĩ oriēte & occidēte cito moriantř. ¶ Quo biſſena. xii. ſigna, vt illa faciunt curſum ſuū: ita cito tranſit a vita nr̃a. ¶ Turbine curſu accelerato. ¶ Dn̄s ſol princeps ſtellaꝝ a quo oia ſumūt lucē. ¶ Hecate: luna. ¶ Obliquis, hēt obliquū curſuʒ ꝑ zodiacum nec habet ſplēdorem niſi per ſolem obliquum. euitet terram. ¶ Flexibus, flexionibus. ¶ Lacus: per circuitionem dicit ſtygiam paludem per quam iurant dei. ¶ Vſquam: qui ſemel mortuus eſt amplius non eſt. ¶ Vt calidis: quemadmodum vaneſcit fumus & nubes in aere: ita & ſpiritus noſter moriente corpore. ¶ Arctoi: venti ſeptentrionalis. ¶ Spacii: vitæ noſtræ velociter currentis. ¶ Meta: vltimus terminus. ¶ Auidi: cupidi moriendi qui putant: ſe poſt mortem ire ad fœlicitatem nihil inuenient. ¶ Sollicitі: anxii qui timent pœnas non eſt opus cum nihil ſit poſt mortem. ¶ Quæris: ubi eris priuſquam eſſes natus, ſcilicet nuſquam. ¶ Chaos: confuſio elementorum: omnia diſſoluuntur in principia ſua. ¶ Indiuidua: non ſperatur mors vt faciat partem hominis viuere partem mori. ¶ Tænara: ſpecum apud Lacedæmonem ubi dicebatur deſcenſus ad inferos: noli credere ꝙ ſit infernus: nec iudex inferni: nec cerberus cuſtos q̄ ſunt fabulæ. ¶ Vacui: fama ſine effectu. ¶ Somnio: quemadmodum ſomnias aliquod malum quod te ſollicitat deinde nihil reperis. Tamen credendum non eſt animam Achil. apparuiſſe.

DAN VErū eſt: pulcherrima ō ſtatu aiaꝝ q̄ſtio & valde diſputabilis variiſq; philoſophantium ſectis & hereſibus cōtentioſa oritur choro motore: eſt autē quintum huius fabulę carmen metro Aſclepiadeo ſiue coriambico contextum ſpondeo duobus coriambis & pyrrhichio. ¶ Veruʒ eſt: eſt ne verum an fabuloſum animas ſimul & corpora interire: dicearcus dixit eſſe quandam viuacitatem quæ cum corpore interit quidam in omnibus animalibus vna eſſe animam dixerunt & appellauerunt eam animam mundi cuius origo eſt ſol. Ariſto. cum quatuor elemēta poſuiſſet addidit eē quintam, quandam naturam viuificantem: in animam ꝑinde in hoibus eſſe ſubitmē immortalem: neq. n. cum corpore interit tam precioſum & cœleſte ſemē. ¶ Theobrotus diſcipulus Platonis diſputauit multa de animæ imortalitate, poſtremo icertior q̄ antea voluit experiri, & pręcipitauit ſe de ſublimi ſpecula. Refert Aug. in ciui. diuina. ¶ Tradere animã: hyppallage. ¶ Hecate: luna quod placaretur centum victimis inſtitutore Menelao: ut ſuperius viſum eſt.

Coriambici Aſclepiadei.

CHORVS.

VErum eſt, an timidos fabula decipit:
Vmbras corporibus viuere conditis?
Cum coniux oculis impoſuit manum.
Supremuſq; dies ſolibus obſtitit.
Et triſtes cineres urna coercuit.
Non prodeſt animam tradere funeri.
Sed reſtat miſeris viuere longius.
An toti morimur? nullaq; pars manet
Noſtri? cum profugo ſpiritus halitu
Immiſtus nebulis ceſſit in aera.
Et nudum tetigit ſubdita fax latus?
Quidquid ſol oriens, quidquid & occidens
Nouit. cœruleis oceanus fretis
Quidquid vel ueniens: uel fugiens lauat,
Ætas pegaſeo corripiet gradu.
Quo biſſena volant ſydera turbine,
Quo curſu properat ſæcula voluere
Aſtrorum dominus. quo properat modo
Obliquis Hecate currere flexibus.
Hæc omnes petimus fata, nec amplius,
Iuratos ſuperis qui tetigit lacus:
Vſquam eſt. ut calidis fumus ab ignibus
Vaneſcit ſpatium per breue ſordidus.
Vt nubes, grauidas quas modo uidimus,
Arctoi boreæ diſſipat impetus.
Sic hic, quo regimur, ſpiritus effluet.
Poſt mortem nihil eſt, ipſaq; mors nihil.
Velocis ſpatii meta nouiſſima.
Spem ponant auidi, ſolliciti metum.
Quæris quo iaceas poſt obitum loco?
Quo non nata iacent.
Tempus nos auidum deuorat, & chaos.
Mors indiuidua eſt noxia corpori:
Nec parcens animæ, Tænera, & aſpero
Regnum ſub domino, limen, & obſidens
Cuſtos non facili Cerberus oſtio.
Rumores uacui, uerbaq; inania,
Et par ſollicito fabula ſomnio.

¶ Quid mœſte,

ACTVS TERTIVS.

Trimetri. Iambici.

ANDROMACHA. SENES. VLYSSES.

Q Vid mœſta phrygiæ turba laceratis co/
Miſeruꝗ; tūſæ pect' effuſo genas (mas?
Fletu rigatis? leuia perpeſſæ ſumus,
Si flenda patimur. Ilium uobis modo,
Mihi cecidit olim, cum ferus curru incito
Mea membra raperet, & graui gemeret ſono
Peliacus axis pondere Hectoreo tremens.
Tunc obruta, atq; euerſa troia concidit:
Torpens malis, rigenſq; ſine ſenſu feror.
Iam erepta Danais coniugem ſequerer meum
Niſi hic teneret, hic meos animos domat,
Moriq; prohibet. cogit hic aliquid deos
Adhuc rogare, tempus ærumnæ addidit.
Hic mihi malorum maximum fructum abſtulit,
Nihil timere, proſperis rebus locus
Ereptus omnis, dira, qua ueniant, habent.
Miſerrimum eſt timere, cum ſperes nihil.
S. Quis te repens commouit afflictam metus?
A. Exoritur aliquid maius ex magno malum.
Non dum ruentis Ilii fatum ſtetit.
S. Et quas reperiet, ut uelit, clades deus?
A. Stygii profundi clauſtra, & obſcuri ſpecus
Laxantur, & ne deſit euerſis metus,
Hoſtes ab imo cōditi tumulo exeunt.
Solis ne retro peruium eſt Danais iter?
Certe æq; mors eſt: turbat, atq; agitat phrygas
Communis iſte terror. hic proprie meum
Exterret animum, noctis horrendæ ſopor.
S. Quæ uiſa portent effer in medium: metus.
A. Partes fere nox alma tranſierat duas.
Clarumq; ſeptem uerterant ſtellæ iugum:
Ignota tandem uenit afflictæ quies.
Breuiſq; feſſis ſomnus obrepſit genis.
(Si ſomnus ille eſt mentis attonitæ ſtupor)
Cum ſubito noſtros Hector ante oculos ſtetit.
Non qualis ultro bella in argiuos ferens
Graias petebat facibus idæis rates.
Nec cæde uaſta qualis in Danaos furens
Vera ex achille ſpolia ſimulato tulit.
Non ille uultus flammeum incendens iubar.
Sed feſſus: ac deiectus: & fletu grauis:
Similiſq; noſtro ſqualida obtectus coma.
Iuuat tamen uidiſſe. tum quaſſans caput
Depelle ſomnos: inquit: & natum eripe
O fida coniux, lateat, hæc vna eſt ſalus.
Omitte fletus: troia quod cecidit: gemis?
Vtinam iaceret tota. feſtina, amoue:

BER. Q Vid mœſte, hic ē tertius act' ubi andromache comitata a ſene pp pudorē arguit chorū mulierū plorātiū q̄ potius moriantur q̄ uiuāt i tātis miſeriis: vñ dicit iā dudū iterfeciſſe me qñ uidi hectorē mortuum, ſed amor filii mei ꝓhibet. ¶ Vobis: nunc troia uobis eſt deſtructa. Mihi aūt qñ hector fuit mortuus ex eo tpe putaui me captā. Fer' axis crudelis currus Achillis quo tractus eſt Hector mortuus ter circū mœnia troiana. ¶ Mea mēbra .i. hectorē maritū meū: nam tūc putabā me trahi. ¶ Sono: ſtrepitu ꝓpter pondus. ¶ Torpēs: ecce illud qd' dicit leuia q̄ nō debēt tm flere ipſa doleo pluſq̄ uos: & non lachrimor ſed ſtupeo. ¶ Torpēs: pp dolorē ſtupēs. ¶ Rigēs: q̄ſi cōgelata. ¶ Erepta: nō eſſem: in manu gra cogꝫ: ſed mortua ſequerer maritū meū, niſi hic .i. filius me' teneret. ¶ Erūne miſerie hic mihi ſolet ſūma mala facere ſecurꝫ qui oia paſſus nihil timet: ſed filius meus eripit mihi iſtū fructū qd nō mihi: ſed ipſi timeo. ¶ Proſperis: nō habemus aliq̄ ſpem boni ſed mali. ¶ Dira: aduerſa. Habent .ſ. uiam qua ueniūt ad nos. ¶ Exorit: timeo q̄ uideo aliud maius malū nobis impendere quā habuimus: quia fatum ruētis ilii adhuc non ſtetit .i. firmatū eſt. Vt uelit quāuis deus uelit dare nobis maiora mala nō poſſet reperire. ¶ Stigii: laxant: aperiunt clauſtra iferni & ſurgūt anime quę ſanguinē noſtrū petāt ¶ Solis danais: eſt ne conceſſum ſolis græcis redire ab inferis magis q̄ marito meo & aliis. ¶ Equa: eq̄lis ¶ Terror: oibus troianis hic terror ē qd ſurgāt gręci ad petēdū ſanguinē ſed me turbāt uiſa noctis. ¶ Phrygas .troianos. ¶ Partes: explicat andromache uiſa: dicēs q̄ uidit hectorē laceratū q monebat ut filiū aſtyanacta occultaret quæ res ipſā ſollicitā fac. ¶ Septē ſtellę: q̄ faciūt plauſtrū ut ſupra diximus. ¶ Iugū: temo nē manēt i ſimilitudine plauſtri. ¶ Ignota quies. qa nō ſolebāt dormire. ¶ Obrepſit genis. oculis clā uenit. ¶ Ideis: ſumptis de ida ſilua qñ cōbuſſit naues græcorū. ¶ Vera: arma Achillis: qbus erat idutus patroclus: vnde dicit: Achille ſimulato: qa iuuenis magnāi ſumpſerā arma Ahillis, ut incuteret terrorē troianis & illū Hector occidit: armiſq; ſpoliauit. ¶ Similis noſtro: ita triſtis queādmodū eſt meus. ¶ Iuuat licet fuerit ita ſqualidus: iuuat tamen me uidiſſe.

DAN. Q Vid mœſta: perimit aſtyanax ereptus de ſinu Andromaches mr̄is p ulyxē: ē aūt ſextū carmen trimetro cōſtās iābico archilochio .i. agit de occultatione pueri tractat andromache cū ſene troiano ſuū prius & filii deplorat īfortuniū. fuit Andro, ut Home. eſt teſtis filia Etionis regis thæbei uxor hectori peperit filiū quem hector uocauit Scamādriū: alii aūt aſtianacta quaſi urbis regē ad quē ſpectabat regnū: ſiue q̄ ſolus illius pater urbem tutaret. Peliachus: theſſalicus a pelio mōte. Niſi hic fili' me' Scamandrius. ¶ Nil te: nil ſine eā. ¶ Stetit: p reſtitit idest ceſſauit. ¶ Tandē: q̄ſi quæ lachrymis & ſingultibus uexata tādē in ſoporē cecidi. ¶ Nō q̄lis: ſic æneas narrat q̄ſi inde uideat acceptum: heu q̄ mutatus ab illo hectore q redit exuuias indut' Achilli hector apud Homerū in .p. iliados ſpoliato patroclo ſalit ſuper currꝫ arma aūt dedit troianis ferre in urbem magnū decus ſibiipſi εκτωρ δ' αψ ες ομιλον ιων ανεχαζε εταιρων ες διφρον δ' ανορουσε διδου δ' ο γε τευχεα καλα τρωσι φερειν ποτιαστυ μεγα κλεος εμμεναι αυτω. Petebat impetebat corripiebat. ¶ Non ille. Homerus cōparat hectorea flammę in extictę οξεα κεκλαγως φλογι ικελος [illegible]. ¶ Vtinam iaceret tota: utinā clades quæ ei imminet tam eſſet exacta & completa.

BER. ℭMihi gelidus,cum uidiſſem vmbram mariti: ſubito cœpi timere q̃ malum erat ſignum: vnde oblita ſilii: illum ſolũ quęrebã: ſed nõ cõplecti potui. ⁋ O Nate: andromache cõmiſerãs nato: loquitur de ſpe illius qui pergama poſſet reſtituere ſi ſuperſtes fuerit: ſed ubi occultet eum nõ eſt locus in urbe tam dirupta tãdem ueniens ad ſepulchrũ patris hectoris in eo occultare ſtatuit illum. ⁋ Diſpuſans: ſparges habet collũ latum & crines ſuper infuſos. ⁋ Sero: tarde.ſi eſſes adultus & magnus poſſes defendere patriã: matri cito: quia ſi non eſſes adhuc natus nõ haberẽ hanc calamitatem. ⁋ Recidua: renaſcentia. uidebo ne illud tẽpus quo reſtituas troiam. ⁋ Vota: magnũ eſt uotum q̃d debeas iſtaurare troiã: ſed tñ orabo ut poſſumus uiuere: q̃d ſatis debet eſſe captis. ⁋ Timori meo: filio pro quo timeo. ⁋ Arx: ſolebamus habere arcẽ potentiſſimã cõſtructam ab apolline & neptuno: q̃ tũc eſt uerſa in cineres. ⁋ Fraudi occultationi filii mei eligam. ⁋ Parẽs: priamus pẽ hectoris. ⁋ Nõ auarus: qui uoluit id facere magnificũ tumulũ in memoriã luct⁹. filii ſui hectoris. ⁋ Credã: comittã ad cuſtodiã patri Hectori. ⁋ Omen: ſignum mortis filio meo quẽ uolo occulere i ſepulchro. ⁋ Feralis: dicati morti. Hæc cã ſi crederent ipſum mortuũ eſſe nõ quęrerẽt: & ipſe eẽt tutus. ⁋ Credi periiſſe: q̃d crederẽt aliquẽ mortuum. ⁋ Vix: nulla eſt ſpes occultationis apud ſuperos Nobilitas q̃ ipſum nõ dimittit occultari: nã pricipes apd oẽs cognoſcũt. ⁋ Amoue: uade ſola ut nullus ſciat. ⁋ Vrbe: dicito q̧ mortuus ẽ i euerſiõe urbis. ⁋ Quid pderit: ſi nũc occulto ipm quãdo diſcedã nõ dimittã eum ad quid igit̃ occulto ſi oino uẽturus eſt in manus hoſtium. ⁋ Victor: eſt ferocior in primo ipetu deinde remittit iras. Quid habet fortunã ppitiã põt facere q̃d vult. q̃ habet aduerſam faciat q̃d põt. ⁋ Securus: qui habet tẽpus eligẽdi q̧

Q uocunq; noſtræ paruulam ſtirpem domus
Mihi gelidus horror, ac tremor ſomnũ excutit,
Oculoſq; nunc huc pauida, nunc illuc ferens,
Oblita nati miſera quæſiui Hectorem.
Fallax per ipſos vmbra complexus abit.
O nate magni certa progenies patris
Spes vna Phrygibus, vnica afflictæ domus,
Veteriſq; ſoboles ſanguinis nimium inclyti,
Nimiumq; patri ſimilis:hos vultus meus
Habebat Hector.talis inceſſu fuit.
Habituq; talis ſic tulit fortes manus.
Sic celſus humeris:fronte ſic torua minax,
Ceruice fuſſam diſſipans lata comam.
O nate ſero Phrygibus,at matri cito.
Erit ne tempus illud,ac felix dies,
Q uo troici defenſor,& uindex ſoli,
Recidiua ponas pergama,& ſparſos fuga
Ciues reducas:nomen & patriæ ſuum,
Phrygibuſq; reddas?ſed mei fati immemor
Tam magna timeo uota quod captis ſat eſt,
Viuamus(heu me)quis locus fidus meo
Erit timori?qua ne te ſede occulam?
Arx illa pollens opibus,& muris deum
Gentes per omnes clara:& inuidiæ capax:
Nunc puluis altus:ſtrata ſunt flamma omnia.
Supereſtq; uaſta ex urbe:ne tantum quidem:
Quo lateat infans. quem locum fraudi legam?
Eſt tumulus ingens coniugis cari ſacer
Verendus hoſti. mole quem immenſa parens:
Opibuſq; magnis ſtruxit:in luctus ſuos
Rex non auarus:optime credam patri.
Sudor per artus frigidus totos cadit.
Omen tremiſco miſera feralis loci.
S.Hæc cauſa multos vna ab interitu arcuit:
Credi periſſe.uix ſpei quidquam eſt ſuper.
Graue pondus illum magna nobilitas premit.
A.Ne prodat aliquis.Se.amoue teſtes doli.
A.Si quæret hoſtis?Se.urbe in euerſa periit.
A.Quid proderit latuiſſe reditturo in manus?
S.Victor feroces impetus primos habet.
A.Quidquod latere ſine metu magno nequit?
S.Miſero occupet præſidia:ſecurus legat.
A.Q uis te locus:quæ regio ſeducta inuia
Tuto reponet?quis feret trepidis opem?
Q uis proteget?qui ſemper:etiam nunc tuos
Hector tuere:coniugis furtum piæ
Serua:& fideli cinere uicturum excipe.
Succede tumulo nate:quid retro fugis?
Turpeſq; latebras ſpernis?agnoſco indolem.
Pudet timere:ſpiritus magnos fuge:

vult. ⁋ Occupet: accipiat q̃d offert. ⁋ Quis te: diſcedẽs andromache ad occultandũ filiũ cũ eo loquitur. ⁋ Seducta: ſeparata. ⁋ Inuidia. remota. ⁋ Furtũ: filiũ furtim occultatũ. ⁋ Victurũ. ſ. fili⁹. ⁋ Succede: ingredi intelligẽdũ eſt q̃d ap to ſepulchro uolebat filiũ introducere: & ipſe uolebat itrare. ⁋ Pudet timere, ſcio q̧ habes aioſitatem paternam: & non uelles timere: ſed opus eſt quod deponas iſtos ſpiritus: & inſpicias caſus noſtros.

DAN ℭMihi gelidus: in horrui q̃ primũ ab hoc phãtaſmate & ſtatim cõſurgo circũſpiciẽs ſicubi hectorẽ inuenirẽ. ⁋ Hos vultus meus: pathos ab imagine & color q̃admodũ ipſa ad aſcaniũ in epiro loquit̃: o mihi ſola mei ſuper aſtyanactis imago. Sic oculos. Sic illas manus ſic ora ferebat &c. ⁋ O nate ſero: participiũ nate. ⁋ Recidua. rediuiua dixit Sil⁹ius. ⁋ Nomen. famam & decus, ut & nos aliq̃d nomẽq; decus Geſſius. Vir. in. ti. æne. ⁋ Eſt tumulus. alba oſſa hectoris collegerũt fratres & ſocii lugẽtes & locarunt in urna aurea operiẽtes rubro oleo. rurſus poſuerunt in caua foſſa. inſup crebris lapillis ſtrauerũt. hęc Home. de tumulo hectoris. ριμφα δε ειμεχεαν. σ περιδε ισκο πιοι. ιια τοωαντα. ⁋ Victor feroces. ipetuoſi ſunt ſpiritus in uictore cętere leues & uani. ⁋ Miſer. in eũ locũ quẽcũq; ſors dederit ſe idat miſer cui ſit uacatio eligat & optet ſuo arbitratu. ⁋ Qui ſp. conſueti tuos defendere ẽs vnũ id effice cuſtodi filium in tuo ſepulchro & fideli cinere illũ uicturũ cõſerua. ⁋ Aios ueteres magnitudinẽ ai qua refers parẽtes. & auos tuos. ⁋ Simus ſup: antiſtrophe p ſupſimus. i. uiuamus iuxta illd piũ. ⁋ Quid ſum⁹: aut quid nam uicturi gignimus. ⁋ Sãcta parẽtis ſedes. uertit ſe ad aſtyanactã poeta Márian⁹: pterea fuit i tectis de marmore tẽplum cõiugis antiq miro q̃d honore colebat. ergo ſanctas ſedes ac ſi diceret tẽplũ & ſepulchrum tui Hectoris.

Clauuere

Animoſq; ueteres. ſume, quos caſus dedit.
En intuere, turba quæ ſimus ſuper.
Tumulus, puer, captiua/cedēdum eſt malis.
Sanctas parentis conditi ſedes, age
Aude ſubire. fata ſi miſeros iuuant,
Habes ſalutem/fata ſi uitam negant,
Hēs ſepulchrū. Se. clauſtra cōmiſſum tegūt,
Quem ne tuus producat in medium timor,
Procul hinc recede, teq; diuerſam amoue.
A. Leuius ſolet timere, qui propius timet.
Sed, ſi placet, referamus hinc alio pedem.
S. Cohibe parūper ora / queſtuſq; opprime.
Greſſus nefandos dux Cephalenū admouet.
A. Dehiſce tellus/tuq; coniux ultimo
Specu reuulſam ſcinde tellurem ſtygis.
Sinu profundo conde depoſitum meum.
Adeſt vlyſſes, & quidem dubio gradu.
Vultuq; nectit pectore aſtus callidos.
V. Duræ miniſter ſortis, hoc primum peto,
Vt, ore quamuis uerba dicantur meo,
Non eſſe credas noſtra. graiorum omnium,
Procerūq; uox eſt / petere quos ſeras domos
Hectorea ſoboles ꝓhibet. hāc fata expetūt.
Sollicita Danaos pacis incertæ fides
Semper tenebit/ſemper a tergo timor
Reſpicere coget. arma nec poni ſinet,
Dum Phrygibus animos natus euerſis dabit
Andromacha. A. ueſter augur hoc calchas ca
V. Et ſi taceret augur hæc Calchas, tū (nit?
Dicebat Hector/cuius & ſtirpem horreo.
Generoſa in ortus ſemina exurgunt ſuos.
Sic ille magni paruus armenti comes:
Primiſq; non dum cornibus findens cutem:
Ceruice ſubito celſus: & fronte arduus,
Gregem paternum ducit/ac pecori imperat.
Quæ tenera cæſo uirga de trunco ſtetit.
Par ipſa matri tempore exiguo ſubit.
Vmbraſq; terris reddit: & cœlo nemus.
Sic male relictus igne de magno cinis
Vires reſumit. eſt quidem iniuſtus dolor
Rerum æſtimator/ſi tamen tecum exigas.
Veniam dabis/ quod bella poſt annos decē:
Totidemq; menſes iam ſenex miles timet.
Aliaſq; clades rurſus: ac nunquam bene
Troiam iacētem/magna res Danaos mouet
Futurus Hector/libera nos hoc metu.
Hæc vna naues cauſa deductas tenet.
Hic claſſis hæret. ne me crudelem putes:
Quod ſorte iuſſus Hectoris natum petam.
Petiſſem Oreſtem. patere quod uictor tulit.

BER. Intuere. cōſidera ꝙ ſumus adeo pauci & nihil reſtat niſi tumuli de patria noſtra, quare omnia alia ſunt dirupta. Credendum: oportet facere ut poſſumus in tantis malis. Conditi: ſepulti: ſi dii dabunt tibi fauorem habebis uitam ſi erunt contrarii ad minus habebis ſepulchrū Clauſtra. pueri intrauit ſepulchrū: vnde ſenex dicit recede materne tu prodas ipm hoſtibus tremore tuo. Diuerſam. remotam a loco iſto Leuius, eſt melius ut remaneam ibi quia pręſentes non timēt, niſi quæ uident. abſentes autem omnia timent propius: uicinus. Referamus pe. recedamus ſi uis. Cohibe: cum ſenex uidiſſet ulyſē uenientem ad quęrendū puerum: dicit illi tace. Cephalonum: populi cephaloniæ quę inſula eſt in ionio marit teſte Plinio: lib. iiii. hæc me nela. quondam dicebatur: fuitq; ſub ulyxis iperio. Admouet: appropiquat. Dehiſce tellus: rogat tacita Andromache ut terra apperiat ſe: & maritum ſuum ut accipiat filium ad inferos ne ulyxes reperiat eum. Conde: occulta. Depoſitum: filiū meum quem depoſuit in ſepulchro & credidi tibi. Dubio: quando quis uadit cogitabundus in continuo gradu ambulat. Aſtus: Aſtutias magnas iuenit quod apparet in vultu eius. Dure loquitur Vlyxes excuſando ſe Andromache ꝙ ſi petit filium ſuum: id facit non ſponte: ſed mandato græcorum. Sortis: quia electus ſum ad id a græcis. Vt ore: licet dicam iſta uerba. non credito eſſe mea: ſed omnium græcorum qui non diſcedēt niſi prius habuerint filium Hectoris. Seras: tardas qui manſerunt apud Troiam per. x. annos. Hanc: ſobolem filium tuum. Sollicita fides: qui nunquam credent ſe tutos eſſe ſi ſuperet proles Hectoris quæ patrem & patriam ulciſci poſſit. Natus. filius tuus faciet animos Troianis reſtituendi Troiam, græci nunquam erunt ſecuri. Calchas: prędixit uobis. hoc fatum augur ueſter. Dicebat: uidebatur dicere demonſtrando uirtutem ſuam qualem puto futuram filii ſui ſi uixerit. Generoſa: ponit aliquas ſimilitudines quibus probat filium Hectoris patri ſimilē futurum. Scindens: qui nōdum emiſit cornua. Comes: uitulus ſequens armentum. Quæ tenera: alia ſimilitudo. Matri: arboris de qua fuit ipſa uirga inciſa. Subit: creſcit. Nemus: copiam ramorum. Sic male: alia ſimilitudo. facto incendio niſi ignis bene extinguatur iterum accenditur. Eſt quidem: cognoſcimus hoc non eſſe equum: ſed dolor & timor futuri cogit nos hoc facere. Exigas: ſi tu conſideres factum iſtud dabis nobis ueniam qui timemus iterum reuerti ad bella quib⁹ defatigati fuimus per decem annos & totidem mēſes. Iacētem nunquam putant ſatis eſſe deſtructā Troiam: quia illam pullulare poſſe credunt. Hector: filius tuus futurus alius Hector. Libera: ſcilicet quando filium tuū. Deductas: paratas ad nauigandū: quia ꝓpter illum reſtamus. Hęret: ſtat firma. Horeſtem. filium Agamemnonis: noli putare me crudelem ſi iſto modo peto filium tuum: nā ſi tuliſſet ſors: ita petiuiſſem filium Agamemnonis. Patere: habeas patientiam ꝙ filius tuus occidatur: ꝙ uictor ideſt Agamemnon tulit quādo paſſus eſt filiam iphigeniam in aulide inſula Dianę immolari.

DAN. Miniſter: ego in hac triſti ſorte. Seras: ſero ſalutatas impediente filio tuo quē poſcunt fata. Dicebat Hector, ominabatur relicto generoſo poſt ſe pignore. Iniuſtus dolor rerum æſtimator. qui dolet nequit ſuam rebus æſtimationem addere: propterea tuus dolor non ſinit te recte æſtimare. Eſt autem æſtimare ſumptum ab ære & timio quod eſt precium. æſtimare ære taxare: vnde æſtimata pœna dicebatur ut ouis decuſſis & bos centuſſis. Nititur autem probare ab utili & honeſto eſſe ſatius vnū perire ꝙ̄ multos. Patere: exemplo monet. Dearum: thetidis inuento Achille Palladis: rapina palladii.

A. Vtinā quidē eſſes nate materna i manu,
Noſſemq;: quis te caſus ereptum mihi
Teneret, aut quæ regio. non hoſtilibus
Confoſſa telis pectus, aut uinclis manus
Secantibus præſtricta, non acri latus
Vtrunq; flamma cincta: maternam fidem
Vnquam exuiſſem. nata quis te nunc locus,
Fortuna quæ poſſedit? errore auio
Vagus arua luſtras? uaſtus an patriæ uapor
Corripuit artus? ſæuus an uictor tuo
Luſit cruore? nunquid immanis feræ
Morſu peremptus paſcis Idæas aues?
V. Simulata remoue uerba: nō facile eſt tibi
Decipere ulyſſem/ uicimus matrum dolos,
Etiā dearū. caſſa conſilia amoue. (ges?
Vbi nat⁹ eſt? An. ubi Hector? ubi cūcti Phry/
Vbi Priamus? vnum quæris, ego quæro oia.
V. Coacta dices, ſponte quod fari abnuis.
A. Tuta eſt, perire quæ p̄t, debet, cupit. (tit.
V. Magnifica uerba mors ppe admota excu
A. Si uis ulyſſe cogere andromacham metu,
Vitam minare nam mori uotum eſt mihi.
V. Verberibus, igne, morte, cruciatu, eloqui
Quodcunq; celas: adiget inuitam dolor.
Et pectore imo condita arcana eruet.
Neceſſitas plus poſſe: quam pietas: ſolet.
A. Propone flammas: vulnera: & diras mali
Doloris artes: & famem: & ſæuam ſitim:
Variaſq; peſtes vndiq;: & ferrum inditum
Viſceribus uſtis: carceris cæci luem:
Et quidquid audet uictor iratus tumens.
V. Stulta eſt fides celare: qđ pdas ſtatim.
Animoſa nullos mater admitis metus.
Hic ipſe: quo nunc contumax perſtas: amor:
Conſulere paruis liberis Danaos monet.
Poſt arma tam longinqua: poſt annos decē.
Minus timerem: quos facis Calchas metus:
Si mihi timerem/ bella Telemacho paras
Immiti vlyſſi gaudium: ac Danais dabo:
Dādū eſt. fatere: quos premis: luctus dolor.
Gaudete atridæ: tuq; lætifica (ut ſoles)
Refer Pelaſgis. Hectoris proles obit.
V. Et eſſe uerū hoc: qua pbas Danais fide?
A. Ita quod minari maximum uictor poteſt:
Contingat/ & me fata maturo exitu
Faciliq; ſoluant/ ac meo condant ſolo.
Et patria tellus Hectorem leuiter premat.
Vt luce caruit/ inter extinctos iacet.
Datuſq; tumulo debita exanimis tulit.

BER. ℭ Vtinā: neſcio ubi ſit filius
meus utinam eſſet in poteſta
te mea ſcirē ad min⁹ quis ca/
ſus mihi illū eriperet. ⁋ Cō/
foſſa: figurate per cōſtructio
nem græcā. ⁋ Perſtricta, ma
n⁹ aſtricta. ⁋ Cincta: ſi eēm
circūdata flamis nunq̄ falle/
rē fidē matris erga filiū nec
eum pderem: ſed o fili neſcio
ubi ſcis: an ſis inter ſiluas er/
rabūdus an ſepultus in cine/
re patriæ. ⁋ Luſit quia eras
ita purus ut quaſi lubrido te
occiderit ſine labore. ⁋ Fe/
ræ: aut eſt laniat⁹ ab aliqua
fera in ida ſilua. ⁋ Simula/
ta: ulyxes flectit ſermonem
dicens: ſcito andromache te
non poſſe decipere Vlyxem
& hēt emphaſim quaſi aſtu/
tum hominem: inueni Achil
lem occultatum etiam a ma
tre dea. ⁋ Caſſa: uana ⁋ Vbi
hector: credo q̄ ſit mortuus
ſicut alii. ⁋ Vnū quęris: vnū/
cum filium meum ego demō
ſtro ubi ſunt omnes ⁋ Coa
cta minatur Vlyxes. ⁋ Ad/
mota: uicina: quando uide
bis uicinam mortem. & tor/
mēta nō habebis iſta uerba.
⁋ Vitam: ſi uis me cogere di
cito me uiuere: qa cupio mo
ri. ⁋ A diget: cōpellet. ⁋ Ne/
ceſſitas: quę magnam habet
uim. ⁋ Stulta fides: ſtultum
eſt occultare q̄ ſtatim pdere
cogaris. ⁋ Hic ipſe: quod tu
mater animoſa nō uideris ti
mere: ſignū eſt q̄ filius tuus
uiuit: & quēadmodū times:
pro eo doces græcos timere
pro ſuis. ⁋ Perſtas: cōtumax
pertinax pſeueras. ⁋ Si mi/
hi: ſi malum eſſet uenturum
tantū in me nō adeo timerē
quēadmodum pro filio meo
thelamacho. ⁋ Paras: denū/
cias o calchas. ⁋ Immiti de/
nunciat gaudiū græcis dicēs
filiū ſuū eſſe mortuū. ⁋ Qua
fide: quo teſte pbas eſſe mor
tuum. ⁋ Ita. poſſem ita mori
ego ſicut mortuus eſt filius
me⁹. ⁋ Meo ſolo ut ſepeliar
in mea terra priuſq̄ rapiar
in græciam. ⁋ Leuiter: non
grauet. id ſolebat mortuis
optari. ⁋ Luce in obſcurita/
te: nō vult dicere uita. ⁋ Exa
nimis. mortuis. ab exanim⁹.
ma. mum. ⁋ Quid agis: uo/
lens diſcedere Vlyxes cōuer/
tit ad ſeipſum quid facis: cre
dis ne hoc. ⁋ Cui: ſcilicet cre
dis quaſi matri quæ iuraret
falſo amore filii. ⁋ Fingit:
mater quæ non timet mor/
tem pro filio nec timebit fin
gere & falſa iurare. ⁋ Auſpi/
cium: denunciationem & mi/
nas mortis. ⁋ Grauius: qua
ſi dicat nihil. ⁋ Nunc: quan/
do ita eſt o animæ mi. aduo/
ca & adhibe omnes aſtutias
tuas ut ſcias ueritatē. ⁋ To
tum Vlyxem: quaſi dicat om
nia quę nouit ulyxes. ⁋ Mœ
ret: hæc ſūt ſigna q̄ filius ui
uit. ⁋ Timet: de malo futu/
ro q̄ non curaret ſi filius eſ/
ſet mortu⁹. ⁋ Ingenio: opor
tet ingenioſe elicere uerita/
tem: vnde dicit debemus con
ſolari alios parentes orba/
tos filiis: ſed tibi eſt gratu/
landum q̄ filius tuus mor/
tuus ſit quem mors tam ſæ/
ua manebat: ſtatuerant græ
ci illum præcipitare ex tur/
re quæ ſola ſupereſt de rui/
na Troiæ: tunc mater con/
cuſſa eſt tremore: quod ui/
dens Vlyxes intra ſe dicit fi/
lius uiuit ſunt ſigna euiden/
tia: & ut certius uideat uti/
tur alia aſtutia. ⁋ Inuitus:
quare nollet tñ indicat.
ℭ Coacta dices. ſi te non ad DAN.
ducunt ſuaſus noſtri cogent
torturæ. ⁋ Iam notum eſt
mori mihi. eſt mihi iſtar ma/
gni muneris mors. ⁋ Propo
ne flammas: præclarum ac
conſtantiſſima dignum ma/
trona reſponſum: ut iam in/
certum ſit an maior appa/
ruerit conſtantia anaxarchi
dis qui cum torqueretur ut
tyrannicidas indicaret præ
ciſam edentibus linguā vnā/
que ſpem indicii in Tyran/
nos expuit. narrat Pli. ⁋ Lu
em: pedorem cæci carceris.
⁋ Animoſa nullos. contra
ipſa inferius. ſolitum ex lon/
go eſt metus. ⁋ Hic ipſe: at/
tende fallacem Vlyxem quā
ta arte ad demonſtrationem
filii ſtudeat matrem perdu/
cere: quanto cautius inquit
amās filium tuum timorem
diſſimulas: tanto clarius eū/
dem tibi adeſſe ſignificas:
tuo exemplo diſcemus iam
noſtris liberis conſulere.
⁋ Quos facis: ominādo ma
lum græcis uiuo aſtyanacte
⁋ Paras telemacho. quem
bello aggredietur. aſtyanax.
⁋ Ita quodcunque grauiſſi/
mum minari ſolet uictes: ui/
ctor utinam ſola ſuſtineam
ni meus iacet filius inter ex/
tinctos. ⁋ Condant. abſcon/
dant. Virgi. Et uaſta condun
tur in aluo.

Quærenda:

DAN. ℂ Quærenda: examinan da hac pte, ſ. timoris. ⸿ Ite ite, uocat famulos & fingit illũ ſe reperiſſe. ⸿ Erutã ex tenebris extractã. ⸿ Tenetur: iam iouentus eſt. ⸿ Quid reſpicis: dicit ulyxes andromache. ⸿ Vtinã, eſſet uerum ꝙ haberẽ cauſam timendi ꝙ filius meus eſſet viuus. ⸿ Dediſcit: obliuiſcitur illa quæ diu didicit non facile deponit. Luſtrale ſacrum purgatoriũ: poſtq̃ mortu⁹ eſt filius meliore morte quam dicebat calchas qui dicit ꝙ ſaltem ſpargamus cineres hectoris per mare ſi non poſſumus habere illius filium. ⸿ Debitum muris: qui debebat deiici de turri. ⸿ Antecesſit, quia prius mortu⁹ eſt. ⸿ Si placet: mitiget mare. ⸿ Nunc poſtq̃ filius tuus fugit hanc mortem: incipiamus diſturbare ſepulchrum hectoris. ⸿ Admouenda: appropinquanda ad deſtructionem tumuli. ⸿ Sacris ſedibus: ſepulturæ hectoris. ⸿ Quid agimus: dubitat andromache utrum potius probat filiũ aut ſinat cineres Hectoris diſpergi & dirui ſepulchrũ, demum ſtatuit ſeruare filium: & intra ſe ita loquitur. ⸿ Diſtrahit: in duas partes trahit. ⸿ Nõ aliud: nil aliud placet mihi in filio niſi q: eſt imago tua uideor uidere te maritũ quãdo uideo eum. ⸿ Referre: repreſentare. ⸿ Prorupt⁹: loquit pro alia parte mariti: & ita diuerſa trahebatur. ⸿ Poteris, nunc loquitur ꝓ filio. ⸿ Faſtigia: ſummitates turris. ⸿ Rotari: uolui. ⸿ Potero: reſpondet ſibiipſi. ⸿ Poſt fata: poſt mortem. ⸿ Hic ſuam, loquitur ꝓ filio. fili⁹ meus uiuit & ſentiet mala: Hector autem mortuus nihil ſentiet. ⸿ Tuto: quia nihil poteſt ſentire. ⸿ Quid fluctuaris: quid dubitas tandiu. ⸿ Statue: delibera. ⸿ Pœnæ: ad pœnam. ⸿ Extrahas, uel filium uel maritum. ⸿ Ingrata: de marito quem tantũ amabas. ⸿ Erras: reſpondet ſibiipſi in filio eſt hector & magiſquã in ſepulchro vnde melius eſt illũ ſeruare. ⸿ Animæ, ad ſeipſam dicit, Nam ſpe

V.Expleta fata ſtirpe ſublata Hectoris,
Solidamq; pacem lætus ad Danaos feram.
Quid agis Vlyſſe? Danaidæ credent tibi.
Tu cui? parenti. fingit an quidquam parens?
Nec abominandæ mortis auſpicium pauet?
Auſpicia metuunt, qui nihil maius timent.
Fidem alligauit iureiurando ſuam.
Si peierat, timere quid grauius poteſt?
Nunc aduoca aſtus anime, nunc fraudes, dolos,
Et totum Vlyſſem ueritas nunquam latet.
Scrutare matrem. mœret, illacbrymat, gemit.
Et huc, & illuc anxios greſſus refert.
Miſſaſq; uoces aure ſollicita excipit.
Magis hæc timet, quã mœret: ingenio eſt opus.
Alios parentes alloqui in luctu decet.
Tibi gratulandum eſt, miſera quod nato cares.
Quem mors manebat ſæua. præcipitem datum
E turre, lapſis ſola quæ muris manet.
A.Reliquit animus membra quatiuntur, labãt.
Torperq; uinctus frigido ſanguis gelu.
V.En tremuit, hac hac pte quærenda eſt mihi.
Matrem timor detexit: iterabo metum.
Ite ite celeres, fraude materna abditum
Hoſtem Pelaſgi nominis, peſtem ultimam,
Vbicunq; latitat, erutam in medium date.
Bene eſt: tenetur: perge: feſtina: attrahe.
Quid reſpicis? trepidaſq;? iam certe perit.
A. Vtinam timerẽ: ſolitus ex longo eſt metus.
Dedidicit animus ſero quod didicit diu.
V.Luſtrale quoniam debitum muris puer
Sacrum antecesſit: nec poteſt uatem ſequi
Meliore fato raptus: hoc Calchas ait
Modo piari poſſe redituras rates
Si placet undas Hectoris ſparſi cinis:
Ac tumulus imo totus æquetur ſolo.
Nunc ille quoniam debitam effugit necem.
Erit admouenda ſedibus ſacris manu.
A.Quid agimus? animũ diſtrahit geminus ti
Hinc natus: illinc coniugis cari cinis. (mor.
Pars utra uincit? teſtor immites deos:
Deoſq; ueros coniugis manes mei.
Non aliud Hector in meo nato mihi
Placere: quam te. uiuat ut poſſit tuos
Referre uultus prorutus tumulo cinis
Mergetur? oſſa fluctibus ſpargi ſinam
Diſiecta uaſtis? potius hic mortem oppetat:
Poteris nefandæ deditum mater neci
Videre? poteris celſa per faſtigia
Miſſum rotari? potero: perpetiar: feram:
Dum non meus poſt fata uictoris manu

rabat ſe poſſe ſeruare filiũ ſi daret cineres ſpargẽdos. ⸿ Pergã: cõplebo qđ dicit calchas ⸿ Vendidiſti: nam priamus corp⁹ hectoris ſepulturæ dandum emit ab achille: ut Vir. in. ii. æneid. Exanimumq; auro corpus uendebat achilles. ⸿ Pyrrhe: uocat & deos & pyrrhum filiũ achillis: ut tueatur ſepulchrum hectoris a pře ſuo dati priamo. Fuerat: adhuc græci nõ uiolaſtis ſepulchra: ſed mõ uiolabitis quẽadmodũ tẽpla ex qb⁹ rapuiſtis palladiũ: vñ dič deos fauẽtes. i. ipã palladẽ i cui⁹ tẽplo ẽt caſſandra fuit uiolata ab aiace oileo. ⸿ Trãſierat: quare nõdũ uiolauerat. ⸿ Reſiſtã obſtabo inermis ꝯtra armatos iterrogatiue. Ita cupiditas uindictæ: ero talis: ut fuit panthaſelea uel mænas ſacerdos bacchi furioſa. ⸿ Entheo denũciãte futura: dicunť enthei hoc ẽ deo pleni qui oracula ꝓbebãt. ⸿ Deo. i. baccho ⸿ Expers fui, carẽs mẽte ſua nec ſentiẽs qđ faciat: ſic irruã in iſtos diruẽtes ſepulchrũ & ſimul cadã. i. morior cũ marito meo. ⸿ Ceſſatis: loquiť ulyxes ad famulos ſimulãs uelle diruere ſepulchrũ. ⸿ Repelle: ab inferis qđ facis hector. ⸿ Molire: dehiſce terras ut dom⁹ ulyxẽ. ⸿ Vmbra ſatis eſt: vmbra tua ad ſuperãdũ illũ. ⸿ Arma cũ eẽt in fantaſia uř uidere hectorẽ.

ℂ Nunq̃ latet ueritas: ſi accurate ineſtiget. ⸿ Excipit metu indicii. ⸿ Præcipitẽ datũ: hoc reperit exploraturus an exoreſceret id qđ euenit, nã ſequiť eũ timuit. ⸿ Luſtrale: luſtrare expiare ꝙ quidã uolũt a luo detorquere hoc eſt ſoluo. & libero. Vir. Et cum luſtrabimus agros. ⸿ Volebat aũt ulyxes omnino puerũ perimere ſicut & plyxenã apđ Euripidem. ιν καβεχαις ταισ τρωασ. quas fabulas ſcripſit mira elegantia: & maximã partẽ huius tragœdię illinc trãſtulit Seneca: ut facile intelligẽtibus cõſtat υναι. δ εωκω μενσ ει δεχαιγνωμον στρατου χαφοντετιν κρανθεισαο αλλομωσ φρασεω δ εοξα χαισ οισ παιδ εαθε. DAN.

BER. ¶ Erue deiice funditus oīa ¶ Quid agis ſecum loquit mater melius eſt ꝙ conuertam me ad pces q̄ patiar ſepulchrū dirui, ſub quo etiā miſerabiliter pit fili⁹ meus ¶ Elidet: ſuffocabit. ¶ Cōditum: filiū meū ſepultum ¶ Immane: ingens lapis ſepulchri. ¶ Obruat: ne ſepulchrum patris ſit cauſa mortis filii ¶ Ad genua occido: cado & proſterno ad genua tua, cōſuetudo erat græcoꝝ ſupplicantium tāgere barbā & genua. ¶ Admoueo: appropinquo manum meam pedibus tuis q̄ nulli nunquā ſupplicauit. ¶ Fortunæ: quicquid datur miſero a potēte datur fortunæ quia & ille in tales miſerias poteſt cadere. ¶ Sic te: adiurat eum per res gratas per cōiugem penelopem & Laertem patrē & filiū telemachum. ¶ Extēdat: proroget. ¶ Iuuenis uincens: telemachus ſuperans uota ueſtra ſit maior uirtute & excellentia: quā optaris. ¶ Patrem. ſ. trāſcēdat & ſuperet te ig(e)nio ſuo ¶ Hic: eſt filius Aſtianax: ſolus miſeram matrem poteſt ſolari. ¶ Exhibe: ducas filium deinde pete miſericordiam.

BER. Heu e latebris uerſus eſt anapeſtic⁹ aptat⁹ ad lamētationem andromache facit extre filiū rogatq; ut petat ueniam ab Vlyxe quod ipſe negat. ¶ Magni ſenes: priami. ¶ Gere captiuum fac tanquam captiuus. ¶ Si tua, forte ſi nō intelligis malum tuū: imitare matrem plorātem nā in miſericordia captanda plurimum ualent lachrymę, quod probat exemplo priami pueri qui uitam impetrauit ab Hercule a quo Troia prius fuit capta. ¶ Pueri Regis. ſ. Priami. ¶ Trucis alcide: Herculis aſperi. ¶ Ille ille: habet emphaſim Hercules qui omnia monſtra ſuperauit: & clauſtra inferni. rupit uictus: eſt lachrymis pueri. ¶ Cæcum obſcurum nam infernus eſt: incētro terrę. ¶ Dixit. ſ. Hercules. ¶ Suſcipe habenas: accipe & regna. ¶ Meliore fide: q̄ habuiſtis. ¶ Hoc fuit: bonū

Iactetur Hector. hic ſuam pœnam poteſt
Sentire: at illum fata iam in tuto locant.
Quid fluctuaris? ſtatue, quem pœnæ extrahas.
Ingrata dubitas? Hector eſt illinc tuus.
Erras, utrinq; eſt Hector. hic ſenſu potens
Forſan futurus ultor extincti patris.
Vtriq; parci non poteſt/quid nam facis?
Serua e duobus anime, quem Danai timent.
V. Reſponſa peragam/funditus buſta eruam.
A. Quæ uendidiſtis? Vly. pgā/& e ſūmo aggere
Traham ſepulchra. An. cœlitum appello fidē:
Fidemq; Achillis Pyrrhe genitoris tui
Munus tuere. Vly. tumulus hic campo ſtatim
Toto iacebit. An. fuerat hoc prorſus nefas
Danais inauſum: templa uiolaſtis, deos
Etiam fauentes, buſta tranſierat furor.
Reſiſtam: inermes offeram armatis manus.
Dabit ira uires/qualis argolicas ferox
Turmas amazon ſtrauit/aut qualis deo
Percuſſa Mænas entheo, ſyluas gradu
Armata thyrſo terret/atq; expers ſui
Vulnus dedit, nec ſenſit. in medios ruam.
Tumuloq; cineris ſocia defenſo cadam.
V. Ceſſatis? & uos flebilis clamor mouet?
Furorq; caſſus fœminæ? iuſſa ocyus
Peragite. An. Me me ſternite hic ferro prius.
Repelle auernum/rumpe fatorum moras.
Molire terras Hector, ut Vlyſſem domes,
Vel umbra ſatis es/arma concuſſit manu.
Iaculatur ignes cernitis Danai Hectorem?
An ſola uideo? Vly. funditus cuncta erue.
A. Quid agis? ruina mater, & natum, & uirum,
Proſternis una. forſitan Danaos prece
Placare poteris/conditum elidet ſtatim
Immane buſti pondus. intereat miſer,
Vbicunq; potius, ne pater natum obruat,
Prematq; patrem natus/ad genua accido
Supplex Vlyſſe. quamq; nullius pedes
Nouere dextram, pedibus admoueo tuis.
Miſerere matris, & preces placidus pias
Patienſq; recipe. quoq; te celſum altius
Superi leuarunt, mitius lapſos preme.
Miſero datur, quodcunq; fortunæ datur.
Sic te reuiſat coniugis ſanctæ torus,
Annoſq;, dum te recipit, extendat ſuos
Laerta/ſic te iuuenis excipiat tuus.
Et uota uincens ueſtra felici indole,
Ætate auum tranſcendat, ingenio patrem.
Miſerere matris/unicum afflictæ mihi
Solamen hic eſt. Vly. exhibe natum, & roga.

capi ſub tam manſuet hercule. ¶ Diſcite: uos græci capite exemplum manſuetudinis Herculis qui iram mutauit. ¶ Sola arma: nō manſuetudinem uultis imitari, an arma illius ſine quibus: dicitis Troiam non potuiſſe capi. ¶ Supplex .ſ. filius meus non inferior illo ſupplice. ſ. priamo puero. ¶ Regnū, uada regnū quocunq;, dum uiuat filius meus.

DAN ¶ Quid agimus. hic incipit Andromacha ſecū diſceptare utri plus faueat hectori cōiugi an filio Aſtyanacti: tandem nititur quātū mulicbris præſtaret imbecillitas utrūq; tutari. Erras: correctio ē. ¶ Vtrinq; eſt hector per cinerē & per filium qui eſt imago patris ¶ Reſponſa: calchātis munus genitoris non tumulum dicit quē condiderunt fratres ipſius ſed cadauer Hectorem uel. ¶ Munus: intelligit hoc quod cōceſſerit honorē ſepulturę. ¶ Furorq; caſus ſi ea uis eſſet in corpore fœminę quæ ieſt animo iam uideremus uiros nere. fœminas armari. ¶ Me me ſternite: epizeuſis: ut Me me ad ſum qui feci in me conuertite ferꝝ. ¶ Rumpe fatorū moras: ad ſeipſam ille ſentētia epicureorum: interſcindit fata qui ſibi mortē cōſciſcit. Hic Virgi. & miſera ante diem. ¶ Ad genua: pathos a cauſa: vnde Cicer. in uerrem qui ob ſepulturā i carcere necatoꝝ a parentibus rogabat: ut Vir. oſtendens magnitudinē trois i æneæ cauſam poſuit: & pariter comitiq; onerię timentē. ¶ Sic, te reuiſeit, q̄ caruit uigiti ānos & ē hypalage.

DAN Heu e latebris, ed mitur per Andromachem: de ſepulchro patris Aſtianax & traditur ulyxi. Carmen eſt ſeptimum metro pindarico. Iubet cogit pati. Virgi. ac uiſum dicere iuſſit. ¶ Qui perfracto: Hercules traxit cerberum cathena ex adamāte ad ſuperos. ¶ Meliore fide: hoc dixit propter negatos ſibi ſonipedes a laomedōte: ut pulchre meminit Valerius flaccus.

¶ Sollo:

DAN. ¶Solio: ſolium armariũ e ligno factũ: in quo reges ob corporis ſui tutelam ſedebant: aliquando uas in quo homines lauabantur in balneis: qđ uocãt hiſpani duretã de quo Martialis. Non nis in ſolio pri⁹ lauari: & tranquillus in auguſto contentus hoc erat ut inſidens ligeno ſolio qđ ipſe Hiſpano uerbo duretam uocabat. manus ac pedes alternis iactaret.

BER. Matris quidem: octauũ carmen quod ſcribitur. trimetro iambico. deplorat andromacha filium moriturum uix impetrata etiam lugẽdi uenia ab ipſo ulyxe prius tamen omni impunitate promiſſa: filium ſi potis eſt liberare conatur colloquuntur ulyxes & andromache. ¶Hic: puer meus poterit ne reſtituere Troiam. ¶Vana: eſt ſpes Troianorũ ſi eſſet in iſto puero ¶Iacemus: ita ſumus deſtructi ut ampli⁹ nõ poſſumus eẽ timori alicui. ¶Ipſe pater diceres timeo ne ſit ſimilis patri: credo ſi ipſe uiueret: poſtq̃ tract⁹ fuit circũ muros iliacos depoſuiſſet aĩum & audaciã quã frangunt. i. diminuunt mala & aduerſa. ¶Si pœna: ſi vultis facere magnã uindictã nõ poteſtis dare maiorem pœnã q̃ ſeruitutem quę grauiſſima eſt regib⁹. ¶Iugũ famulare onus ſeruitutis. ¶Collo nobili metaphorice a iumẽtis quæ ſubiiciũt collũ iugo. ¶Calchas negat: excuſat ſe ulyxes hoc nõ fieri uoluntate ſua: ſed calchãtis. ¶O machinator furiis accenſa andromache ulyxi iſultat accuſando illum. ¶Virtute fortitudine ſed iſidiis. ¶Iacent mortui ſunt etiam pelaſgi gręci ut palamedes q dolis tuis interfectus eſt. ¶Pretẽdis: opponis ad excuſationẽ tuã uatẽ calchãtem: & deos ita uelle. ¶Nocturne ad cõtemptũ, ipſius appellat nocturnũ militẽ: quaſi furẽ qui de nocte palladium rapuit: & theſeũ regem thraciæ ſub tentoriis interemit. ¶Solus: ſine ſocio: quia in aliis inſidiis habuiſti Diomedem ſocium,

Anapeſtici.

ANDROMACHA.

Hvc e latebris procede tuis
Flebile matris furtum miſeræ,
Hic puer, hic eſt terror Vlyſſe
Mille carinis. ſubmitte manus
Dominiq; pedes ſupplice dextra
Stratus adora, nec turpe puta
Quidquid miſeros fortuna iubet,
Pone ex animo reges atauos,
magniq; ſenis iura per omnes
Inclyta terras, excidat Hector.
Gere captiuum, poſitoq; genu,
Si tua non dum vulnera ſentis.
Matris fletus imitare tuæ.
Vidit pueri regis lachrymas
Et Troia prior, paruuſq; minas
Trucis alcidæ flexit Priamus.
Ille ille ferox, cuius uaſtis
Viribus omnes ceſſere feræ.
Qui perfracto limine Ditis,
Cæcum retro patefecit iter.
Hoſtis parui uictus lachrymis
Suſcipe dixit. rector habenas,
Patrioq; ſede celſus ſolio.
Sed ſceptra fide meliore tene.
Hoc fuit illo uictore capi.
Diſcite mites Herculis iras.
An ſola placent Herculis arma?
Iacet ante pedes non minor illo
Supplice ſupplex, uitamq; petit.
Regnum Troiæ, quocunque uolet,
Fortuna ferat.

Trimetri Iambici.

Vlyſſes. Andromacha. Aſtyanax.

Matris qdẽ me mœror attonite mouet.
Magis Pelaſgæ me tñ matres mouẽt.
Quarũ iſte magnos creſcit i luct⁹ puer.
A. An has ruinas urbis in cinerem datas
Hic excitabit? hæ manus Troiam erigent?
Nullas habet ſpes troia, ſi tales habet.
Non ſic iacemus troes: ut cuiquam metus
Poſſimus eſſe. ſpiritus genitor facit?
Sed nempe tractus ipſe poſt troiam pater
Poſuiſſet animos, magna quos frangunt mala.
Si pœna petitur, quæ peti grauior poteſt?
Famulare collo nobili ſubeat iugum.
Seruire liceat, aliquis hoc regi negat?
V. Non hoc vlyſſes, ſed negat Calchas tibi.
A. O machinator fraudis, o ſcelerum artifex:

¶Non uacat: nõ eſt tẽpus. ¶Legit: colligit anchoras qa uolunt diſcedere. ¶Miſereri dulci uerbo uſus ulyxes dicit utinã eſſet in poteſtate: mea dimittere tibi filiũ tuũ ſed qđ eſt in ptãte mea concedã accipe filiũ & cõplectere & plura: dolor .n. lachrymis leuat, ut Oui. Explet lachrymis egeritur q; dolor. ¶Summũ: extremum. ¶Cui ego: rogabã deos vt poſſes uenire ad uirtutẽ pr̃is & ad mediã ætatẽ aui ſed uota mea fuerũt uana. ¶Cædee: vulnerabis nunquã ulciſceris patrẽ & tuos. ¶Saltibus. i. cãpis nũq̃ i tenera ætate ibis ad uenationẽ. ¶Nõ ſtatuto: certo & terminato die. ¶Luſtri quinquẽnii, ſolebãt troiani ſingulis luſtris puerile certamẽ facere quod a pueris eqtibus & armatis agebat̃ ut aſſueſcerent armis. Illud. Vir. appellauit troiæ agmen. ¶Agee: duces: Turmas: citatas ad curſum æquorũ in citaras. ¶Nõ interſolebãt troiani celebrare orgia ſobria & hõeſta ſaltãdo circa tẽpla imitantes ſonũ cornu, quẽadmodũ nr̃i faciũt in choreis vñ dicit reuocante modos. ſ. ſaltantiũ: tu fili nunquam facies iſta ſacra.

DAN. Matris: Verſus ẽ trimeter iambicus: rñdet Vlyxes mouent me lachrymæ tuæ: ſed magis mouẽt lachymæ græcarũ mulierũ q̃ filiũ tuũ timent ne creſcat ad excidiũ ſuum ¶Spiritus: aios. ¶Sed nẽpe tractus: hectoreum cadauer circa illiacos muros tractatũ fuiſſe ab Achille tũ Virgilii tũ etiã Homeri lectione manifeſtũ eſt ἦ ῥα καὶ ἕκτορα δῖον ἀεικέα μήδετο ἔργα. ἀμφοτέρων μετόπισθε ποδῶν τέτρηνε τένοντε ἐς σφυρὸν ἐκ πτέρνης & paulo poſt ἐς δίφρον δ' ἀναβὰς ἀνά τε κλυτὰ τεύχε' ἀείρας μάστιξεν δ' ἐλάαν &c. ¶Potuiſſet o machinator: fraudis. Nunc inſultat calchanti quem appellat agamemnõ Homericus uatem malorum neq; perfeciſſe vnquam bonũ opus: ſed melius ad Vlyxem pertinent hæc iurga.

BER.

¶Non pyrrhum: aut captiuum aut curru trahes quemadmodum ipſe patrem tuū. ¶ Non arma modo alludes uenienti uirtuti ullo ſimulachro pugnę: ut ſolent pueri ſpartani teſtimonio policratis. ¶ Nō ſtatuo: æqueſtris pugnæ ſimulachrum in Italia primus Aſcanius inſtituit: appellauitq; ludum Troiam quod olim pueri Troiani eo exercentur. Huius ludicri meminit Tranquillus de Cæſare. Troiam luſit turma duplex maiorū minorumq; puerorum Maro in quinto. Troiaq; nūc pueri troianum dicitur agmen tantum autem certamen illud habuit gratiæ: ut ad poſteros Romanūq; genus tranſierit, nam primus Aſcanius cenſuit eſſe reuocandum quoq; albam conderet. ¶ Non iter aras: ſacra dindimenes intellige quæ ad ſonum Timpanorum & tibiarum ſaltantes faciebant ut meminit Euſeb. iuxta gallum fluuium phrygię. ¶ Priſco, ante dardanum. ¶ Lœti: genus cōditio mortis quæ ſolet ipſam mortem aggrauare. ¶ Nece Hectoris: triſtius erit uidere pręcipitari puerum: quam raptari hectorem i curru achillis. ¶ Rūpe: fac finem lachrymis. ¶ Cōdam: claudam ut moris erat. ¶ Liberos: uide & uide troianos liberos qui ſunt apud iferos qbus eris comes. ¶ Miſere mater: uidens puer ſe trahi ad mortem implicuit ſeſe in ſinus ideſt ueſte matris. ¶ Caſſa præſidia: uanam defenſionem. ¶ Fremitu: ponit ſimilitudinem. ¶ Et plenus mei: habens multa de me. ¶ Quę potes. ſ. oſcula laceros crines & lachrymas cū his uade ad patrem ad inferos. ¶ Pauca: denunciato illi ſi curā habet de me non relinquet me ſeruam græcis potes tu redire hector quemadmodum achilles. ¶ Sume: comas crines laceratos: nam ſolebant in funere laniare capillos. Viri: Hectoris mariti. ¶ Tumulus me⁹: ſepultura mei Hectoris. ¶ Ore. ſ. lambēdo. ¶ Nullus modus ideſt finis uidens ulyxes tantam

Virtute chius bellica nemo occidit.
Dolis, & aſtu malefice mentis iacent
Etiam Pelaſgi uatem & inſontes deos
Prætendis? hoc eſt pectoris facinus tui
Nocturne miles, fortis in pueri necem.
Iam ſolus audes aliquid & claro die.
V. Virtus Vlyſſis nota Danais eſt ſatis,
Nimiſq; Phrygibus non uacat uanis diem
Conterere uerbis, anchoras claſſis legit.
A. Breuem moram largire: dum officium parés
Nato ſupremum reddo, & amplexu ultimo
Auidos dolores ſatio. Vly. miſereri tui
Vtinam liceret. quod tamen ſolum licet,
Tempus, moramq; dabimus arbitrio tuo
Implere lachrymis fletus ærumnas leuat.
A. O dulce pignus, o decus lapſæ domus,
Summumq; Troiæ funus, o Danaum timor.
Genitricis o ſpes uana, cui demens ego
Laudes parentis bellicas, annos aui
Medios precabar. uota deſtituit deus
Iliaca. non tu ſceptra regali potens
Geſtabis aula, iura nec populis dabis,
Victaſq; gentes ſub tuum mittes iugum.
Non graia cædes terga, non pyrrhum trahes.
Non arma tenera parua tractabis manu.
Sparſaſq; paſſim ſaltibus latis feras
Audax ſequeris nec ſtato luſtri die
Solenne referens Troici luſtri ſacrum,
Puer citatas nobilis turmas ages.
Non inter aras mobili uelox pede,
Reuocante flexo concitos cornu modos,
Barbarica priſco templa ſaltatu coles.
O morte dira triſtius leti genus.
Flebilius aliquid Hectoris magni necæ
Muri uidebunt. Vly. rumpe iam fletus parens.
Magnus ſibi ipſi non facit finem dolor.
A. Lachrymis Vlyſſe pua, quā petim', mora ē.
Concede paruos, ut mea condam manu
Viuentis oculos. occidis paruus quidem,
Sed iam timendus, Troia te expectat tua.
I, uade liber: liberos Troas uide.
Aſt. Miſerere mater. An. qd meos retines ſin'?
Manuſq; matris? caſſa præſidia occupas.
Fremitu leonis qualis audito tener.
Timidum iuuencus applicat matri latus.
At ille ſæuus matre ſummota leo:
Prædam minorem morſibus uaſtis premens
Frangit: uehitq; talis e noſtro ſinu
Te rapiet hoſtis oſcula: & fletus puer
Laceroſq; crines excipe: & plenus mei

moram matris in lachrymando iubet puerum abduci.

DAN.

¶Morte: ſic Martialis in epithaphio Canaces quaʒ ſerpens momordit. Triſtius eſt læto læti genus horrida vultus &c̄. ¶ Letum: quod omnia deleat: caret ſpiritu nam eſt noſtra. dictio affirmante Priſciano. ¶ I uade liber: maior erit gl'ia tua ſi liber nūc citius moriaris q̄ uiuas captus & ſeruus: quoniam ut tradit Demoſthe. υδειον ειναι ... [Greek partly illegible] ¶ Miſerere: inultus moriebatur impubes: & tremebat ab hoſte. ¶ Et penus: meæ miſeriæ & calamitatis.

BER.

Quæ uocat ſedes iſſus trochaicus endecaſilla inducitur chorus mulierū troianarum uidētium græcos uelle ſortiri eas captiuas vnde quærunt ad quę loca debeant deportari dicuntq; ſe eſſe contentas ire ad omnia loca niſi: ad patriam Helenæ & Vlyxis. ¶ Tempe: nemus eſt emonie inter oſſam & olympū ſitum, quinq; millibus paſſuum in longitudinem tendens arboribus ſe tactum ab utraq; ripa penei fluminis in cœlum tollentibus. ¶ Phytiæ: urbs eſt theſſaliæ prope lariſſam patriā Achillis. ¶ Dare uires: ad dandum uires dixit propter Achillem. ¶ Trace: regio eſt europæ: quæ ab Herodoto aliiſq; auctoribus inter partes ſcitæ ponitur. ¶ Foetu ad producendum animalia. ¶ Iolchos: ciuitas theſſaliæ de qua Iaſon qui primus nauigauit: vnde dicit domitrix maris. ¶ Crete: inſula de qua Virgilius in. iii. Creta iouis magni medio iacet inſula ponto. Gortine urbs eſt crete pulchris cincta muris quam teſte: Solino leuēs preterfluit amnis apud iſtam naſcitur chalami pro ſagittis aptiſſimi. Virgi. xi. æneid. Spicula torquebat lycio gortina cornu. ¶ Trice: urbs in creta. ¶ Methone, urbs eſt littoralis in peloponenſo.

Quæ

QVæ vocat: Nouum eſt carmen troadis metro ſaphico in quo enumerat diuerſa loca chorus troadum captiuaꝝ non ſine lachrymis non ſine gemitu quæ inhabitent abductæ a ſolo natali. ¶ Phtie. Achillis patria i Theſſalia neq͂ inter. ph. &. th. intercidit in

¶ Troazē opidū atticę regiōis: vñ troezenī populi dñr. ¶ Sinuoſa pte: ut oñdit Hero. i. vii. hiſt. li. & Luca. i. vi. in huius ſummitate magna ſunt pineta: reliq̃ vero ptē quercus occupāt: de quo ēt Oui. i. v. faſt. Pelion em ōe mons ē obuerſus i auſtros. Sūma virent pinu. cętera q̃rcus hēt in hoc habitauit chirō fuitq͂ i illo coniuiū thetidis: & pelei.

Occurre patri/pauca maternæ tamen
Perfer querelæ verba/ſi manes habent
Curas priores nec perit flammis amor.
Seruire graio pateris andromachen iugo
Crudelis Hector? lentus: & ſegnis iaces.
Rediit achilles. ſume nunc iterum comas.
Et ſume lachrymas: quidquid e miſero uiri
Funere relictum eſt. ſume quæ reddas tuo
Oſcula parenti matris hanc ſolatio
Relinque ueſtem/tumulus hanc tetigit meus:
Maneſq; cari/quidquid hic cineris latet:
Scrutabor ore. Vly. nullus eſt flendi modus:
Abripite propere claſſis argolicæ moram.

Sapphici.

CHORVS.

QVæ uocat ſedes hitanda captas?
Theſſali mōtes? & opaca Tēpe?
An uiros tellus dare militares
Aptior Phtie? meliorq; fera
Fortis armētis lapidoſa trachin?
An maris uaſti domitrix Iolchos?
Vrbibus centum ſpatioſa Crete?
Parua Gortyne? ſteriliſq; Trice?
An frequens ruſcis leuibus Methone?
Quæ ſub Oethæis latebroſa ſyluis
Miſit infeſtos Troiæ ruinis
Non ſemel arcus?
Olenos tectis habitata raris?
Virginis Pleuros inimica diuæ?
An maris lati ſinuoſa Troezen?
Pelion regnum Protei ſuperbum
Tertius coelo gradus? Hic recumbens
Montis exeſi ſpatioſus antro
Iam trucis Chiron pueri magiſter:
Tinnulas plectro feriente chordas:
Tunc quoq; ingentes acuebat iras
Bella canendo.
An ferax rari lapidis Charyſtos?
An premens litus maris inquieti
Semper Euripo properante Chalcis
Quolibet uento faciles echidnæ?
An carens nunquam Genoeſſa uento?
Quæq; formidant Borean Eniſpæ?
Attica pendens Peparethos ora?
An ſacris gaudens tacitis Eleuſis?

Homero. l. αὐτοῦ δ᾽ εἰ μύρμιδον. nunc repeto phthien. meminit Pli. in. iiii. halon. iamiam. phthien. & arnen: i anguſtiis termopilarum. ¶ Iolchos, in theſſalia ciuitas olim Iaſonæ longæ nauis i uentore ac velleris aurei precio memorabilis, de qua multa appollonius in primo conſcribit & Valerius Flaccus. ¶ Domitrix maris. ob inuentā primum nauim apud pagaſas moſtrice Pallade. Pli. poſuit Iolchon eſſe in ora iuxta thebas. ¶ Gorthinæ: vrbs Cretæ quæ a græcis. γορτυνον dr̃. teſte Euſtachio. &. y. poſt. t. hēt imutaturq; a nobis g i c. ¶ Sub oete: oeta mons in quo ſepultus eſt Hercules aliquando ſoluta diphthōgo oeta dicit: nec hūr aſpiratiōnē poſt t: quū græce dicat. οἴτη. ¶ Rubis, genus virgulti. ¶ Methona, nobis fuit littoralis magneſiæ: ppiqua theſſaliæ: vt teſtis eſt. herodotus lib. hiſtoriaꝝ ſexto. & fuit patria philoctete dicente Luca. li. vi. Precioq; nephāde lāpado herculeis fortis melloboea pharetris. ¶ Oetha: mōs eſt iter theſſaliā & macedoniā famoſus morte, origo & ſepulchro herculis. ¶ Nō ſemel. i. bis quia ab Hercule prio expugnata fuit troia illis ſagittis. Secūda philoctete. ¶ Olenos ciuitas eſt etoliæ iuxta quā aper calidonius occiſus dr̃ altā ponit iginius i aſtronomia in boetia ciuitatem ē cognominatā ab oleno vulcani filio de qua forte ibi intelligit. ¶ Pleuros: ciuitas eſt etoliæ. ¶ Virginis dianæ. ¶ Inimica. Home. i Iliade dianā his iratā fuiſſe refert qđ ſibi theſſalia p fugib⁹ oeneus: rex calidoniæ non feciſſet cū cæteri oēs dii ſacrificii ſuſcepiſſent honorē & illa ſola inhonorata remāſiſſet vel qa oblitus fuerat vel qa illi non putarat agēdū quare terribilē in feſtis: ac dētibus imiſit aprū: q regionē æneī vaſtarat,

¶ Tertius gradus nā gigātes poſuerunt, tres altiſſimos mōtes oſſam pyndū & pelyō. ideo hic erat tertius gradus ad ſcandēdū coelū. ¶ Protei: dei marini q cutā græcis maris hēt hic dr̃ bitare apd̄ ægyptū i iſula carpatos: ſed quodā regnauit i theſſalia. ¶ Chirō i h̄ mōte hitauit chiron magr̄ pueri trucis. i. achillis ferocis ¶ Tinulas, ſonoras, docebat achillē cātarē laudes eoꝝ i lyra. ¶ Acuebat: accēdebat aim pueri canēdo bella alioꝝ. ¶ Caryſtos: iſula ē vna ex cicladib⁹ i euboico mari ſita imovt qdā ferūt cū euboia cōiūcta q̃ varii marmoris feracē dñt vt Luca. i. v. loquēs de euboia iſula iqt: q̃ maris āguſtat fauces ſaxoſa caryſtos ¶ Calcis: vrbs ē metropolitana i euboia iſula: vt teſtaē Li. li. viii. ō. ii. bello punico: & ē iuxta euripū vt dicit Ptol. i geog. vñ calcidi⁹: dr̃. ¶ Euripo: mari ſp accelerato ē ps q̃dā maris iter boetiā ſeu phocidē boetię ptē & euboiā iſulā ſita, qđ alterno curſu teſte Pōpo. li. iiii. Hoc ē curſib⁹ ſepties idie totidēq; nocte referēs & iō imoderate cōuertiē vt vētos ac ēt plena vētis nauigia ſecū portet. ¶ Echidne, echidnades inſulę ſūt teſte Hero. li. hiſt. ii. i malico mari ex oppoſito ad oſtiū acheloi. Hōe. vero. li. ii. iliados addidit ex oppoſito ad helidē. & declinat ſcđm oēs poetas & Home. li. ix. odiſſę echinadis: ſed li. iliados .ii. declinauit echina echine. ¶ Genoeſſa: ciuitas in etolia. ¶ Vēto quare eſt ſita in mōte. ¶ Eniſpe: urbs fuit i lōge a pylo. ¶ Boreā, qa poſita eſt verſus ſeptentrionē. ¶ Parparetos: i mari ægeo verſus atticā abūdans oliuis. ¶ Prēdens: qa iſula eſt. ¶ Eleuſis: ciuitas diſtans: p decē miliaria ab athenis vbi fiebant ſacrificia cereri ſecreta tēpore noctis q̃ miſteria dicebant: ut ſupra diximus. ¶ Sacris tacitis, ſacrificiis cereris.

DAN ¶ Caryſtos: nobilis notiorq; marmore caryſtio antea vocitata calchodotis vt Dionyſius, & ephorus tradunt: ut Ariſtides macra. vt Callidemus narrat. dicta eſt calcis ære ibi primum reperto. ¶ Euripo: euripus diuidit modico interſtitio Euboeam a boetia vt iungatur ponte, duobus promontoriis. Geraſto ad Atticam ac Heleſpontum chaphareo. Plini. & Mela auctores ſunt, ſepties i die vndas obſorbens & totiens. Euripus græce ευριπος. meminit etiā Gellius: ſed ratione diphthongi.

BER. ¶ Salamina, ſalamin & ſalamis: & ſalamia dici poteſt inſula in mari euboico contra athenas ſita: vrbē retinēs ſui nominis in qua thelamon Aiacis & teucri pater regnauit, ſed cumq; vrbem aliam ſalaminam condidit. ¶ Calidona: ciuitas etoliæ in quam Diana miſit aprum qui omnia deuaſtabat. ¶ Fera: apro quem interfecit meleager. ¶ Notam: famoſam. ¶ Citharesos: fluuius iſtę theſſaliæ. ¶ Beſſam & ſcalphem: ciuitas etoliæ. ¶ Pylon: fuit opidum pylos iuxta theſſaliam verſus marinum littus a Neleo conditum patre Neſtoris qui dicitur vixiſſe per trecentum annos. ¶ Piſam: fuit teſte Pli. ſexto naturalis hiſtoriæ: opidum Archadiæ. ¶ Elida: elis vrbs fuit Archadiæ iuxta quam alpheus flu. oritur ibi fiebāt certamina equeſtria. Horat. quarto Carminum. Siue quos elea domum reducit palma cœleſtis: pugilem ne equumue: ideo claram. ¶ Coronis: quæ dabantur in illis ludis. ¶ Quolibet: ad omnem locum mittat nos procella & infelicitas nr̄a dū ſparte. i. prīę Helenę procul abſit. ſ. a nobis q̄ tulit tantā luē. i. Helenā peſtē Troianis. ¶ Argos & Mycœne: & ciuitates Agamēnonis qui pelopē auū habuit. ¶ Neritos: mons eſt: teſte Pli. li. iiii. i ithacha iſula qd nomē nō nunq̄ pro tota iſula capi vr̄. Virg. in. i. Aene. Iā medio apparet fluctu nemoroſa iacynctos dulichiumq; ſameq; & veritos ardua ſaxis. ¶ Zacynthos: inſula in mari græco propinqua etoliæ vrbem vnicam eiuſdē nominis detinēs teſte Liuio in ſexto de. ii. bello punico. ¶ Ithace: inſula eſt teſte Pli. libro tertio ante leucada & Achaicam poſita, he fuere ſub imperio Vlyxis ad omnia loca ducat nos fortuna niſi ad iſta. ¶ Saxis: doloſis: quæ ſunt ſub vndis, ideo nocent nautis. ¶ Quod manet: vertit ſe ad Hecubam Reginam Chorus commiſerans ei. ¶ Dominus: ut tu ſis ſerua.

Nunquid aiacis Salamina ueri?
An fera notam Calydona ſæua?
Quas ne perfundit ſubiturus æquor:
Segnibus terras Titareſos undis:
Beſſan & Scarphen? Pilon an ſenilem?
Pharin? an Piſam Iouis: & coronis
Elida claram?
Quolibet triſtis miſeras procella
Mittat/& donet cuicunq; terræ.
Dum: luem tantam Troiæ: atq; Achiuis
Quæ tulit: Sparte procul abſit/abſit
Argos: & ſeni Pelopis Mycenæ.
Neritos parua breuior zacyntho:
Et nocens ſaxis Ithace doloſis.
Quod manet fatum: dominuſq; quis te
Aut quibus terris Hecube uidendam
Ducet? in cuius moriere regno?

ACTVS QVARTVS

Trimetri Iambici.

HELENA. ANDROMACHA. HECVBA.

Vtcunq; hymen funeſtus: illetabilis:
Lamēta: cædes: ſāguinē: gemitus hn̄s
Eſt auſpice helēa dign⁹/euerſis quoq;
Nocere cogor Phrygibus. ego Pyrrhi toros.
Narrare falſos iubeor. ego cultus dare
Habituſq; graios. arte capietur mea
Meaq; fraude concidet Paridis ſoror.
Fraudetur/ ipſi leuius hoc equidem reor.
Optanda mors eſt: ſine metu mortis mori.

idest quo infans in vtero circumuoluitur: unde nonnulli hymeneum dictum volunt: ibi pro matrimonio accipitur. ¶ Illetabilis triſtis: ¶ Auſpice: Helena pronuba quādo accipit aliqd ifelix matrimoniū eſt neceſſe: ut ipſa ſim pnuba: ſolebant antiqui captare auſpicia ante coniugiū poſtea deſiit illa cōſuetudo & ſolū auſpicē interponebāt: ut apud Luca. Brutus auſpex fuit i nuptiis portiæ. ¶ Euerſus nō ſatis ē q̄ fui cā euerſionis troiæ: qd ēt cogor deſtructis nocere. ¶ Narrare, ut fit ex more nuptiaꝝ. ¶ Falſos: q̄a illā nō accipiet in vxorem: ſed mactabit ad tumulum patris. ¶ Cultus graios ornatum more ſponſæ græce. ¶ Paridis illius quem tantum amaui. ¶ Soror: Polixena. ¶ Fallatur, decipietur quia per ignorantiam fiet leuior mors. ¶ Sine metu: quia neſcit & q̄ debeat mori.

DAN ¶ Dithareſſos: mēda ē ptinax tolle & caſtiga. Titareſſos legēdū ē ſi bonos ſectamur auctores, maxime Homeꝝ i. βιχ. & Lucanū noſtrū i. vi. & Strabonē li. ix. adducerē. & Pli. ſed illū nō Titareſum ueꝝ orcon uocitat cuius hæc ſunt uerba. & ante cūctos claritare pene?, orcus iuxta gōphos inter oſſam & olymphū defines uiridis calculo: amœnus circa ripas graminæ: canorus auiū cōcentu accipit amnē orcon nec recipit olei modo ſupnatantē &c. & audi Homeꝝ. οι τ'αμφι μεντοντι ταρησιον εργ' ενεμοντο ος ρεο ποντειον προιει καλλιρροον υδωρ γεπονει σ' υμμισγεται αργυροδινη αλλα δε μιν καθυπερθεν επιρρεει ηυτ' ελαιον. & cætera.

DAN Vtcunq; hymen: aptata & conueniens negocio quæſita eſt perſona Helenæ quæ Polixenam ſubdola, & falſa nuptiarum promiſſione ad mortem duceret, quippe q̄ iura iugalia totiens violauit, quę deiphobum prodidit: quæ troianum imperiū deniq; ſua fraude demolita ē: nec longe abeſt quartus actus cum nouo carmine Trimetro Iambico, occidio eſt polixenæ: planctus hecubæ commiſeratio chori: captiuitas troadum: agitur inter Helenam primus dialogus & Andromachen. ¶ Hymen: non eſt pellicula qua in utero infans circum uoluitur ſed eſt virginalis quędam pellis quę in, ideſt coitu virginis abrumpitur: ut græci aſſeuerant libri. ¶ Illetabilis: aut valde letabilis & perniocioſus aut nō lætus & infauſtus. ¶ Auſpice, auſpicium pro nuptiis capiebant veteres, hinc auſpex qui nuptiis præſidet celebrādis etiam accipitur pro duce militiæ. Hora. Nil deſperandum teucro duce & auſpicem. ¶ Fallatur: in antiquiſſimo exemplari, & emendatiſſimo animaduerti fidentur pro fallatur: at ſic concidet mea arte fidentur, dum fidit meis verbis,

BER. Vtcunq: hic eſt principium quarti actus mittitur Helena: ut ducat Polyxenam more ſponſæ ad Pyrrhum: vnde ipſa ſecum conqueritur. ¶ Himenei deus eſt nuptiarum hymeneus hymen autem latine dicitur membrarum, ſed vt græci nonnulli ferunt proprie,

meis verbis, aut fallatur : ut ſit deliberantis uerbũ. Optandam : miſeris notum eſt mors & optabilis ẽ mors imparatis mentibus. Afflictos : Troianos quippe qui iam velit captiuã Troianã duci græco deſponſari.

BER. ¶ Ad auctores nõ erit culpa mea ſed illorũ q me cogunt hoc facere. Generoſa virgo. appropinquans polixenæ dicit hæc verba. Ipſa ſoſpes: ſi Priamus ſtante troia regnaret: nõ daret tibi tale ꝯiugiũ. Maximũ decus: p circuitionẽ dicit pyrrhum Achillis. Legitimi: nõ petit te tanq̃ pellicẽ ſed vxorẽ. Cui: ſub ipſo cuius. Tethis q̃ fuit mater Achillis & dea maris & nymphæ marinæ te vocabũt ſuã. Peleus: pr Achillis. Nereus : deus marinus maritus Thetidis. Squalidus : atros & mœſtos. Dediſce : iam obliuiſcere mala tua & venias tãq̃ libera & regina. Deprime, pecte redige i ordinẽ. Horrentes: incultas. Docta. ſ. & tunc uoluit cõponere crines Polixenæ. Hic caſus: erit forte bonũ tuũ: qa multi de infelicitate peruenerũt ad arctiorẽ fortunã. Hoc deerat: loquitur Andromache dicens non deerat nobis faceremus feſtũ in tantis malis : & præſertim cũ Helena quæ apportat ſemper bonũ omen de nuptiis: reſpice cãpos phrygios plenos oſſibus quæ ſunt dos tua. Coniugale: aptum coniugio: qs negaret nuptias: quas pſuadet Helena q̃ſi illa q̃ tulit nobis tãtã infelicitatẽ. Vtriuſq;: ſcilicet troiani & græci teſtis appoſitiue Helena. Cernis. ſ. tu Helena circunſpice. Himen: matrimoniũ nuda quando veniſti cum paride. Aſiæ, ubi erat troia. Europe: ubi erat græcia. Incerta uotis : dubia quos velles vincere & habere victoriam, an grçcos an troianos. Perge: hironice loquitur. Tedis: ſolẽni face quæ ſolebat portari in nuptiis: non opus eſt igne qa ſatis Troia lucet incendio ſuo. Nouis pyrrhi & Polyxenæ. Celebrate, vertit ſe ad Chorum Troianum. cantare cum gemitibus hoc matrimonium quod dignum eſt lachrymis. Rõne: reſpondet Helena

Quid iuſſa ceſſas agere? ad authorem redit
Sceleris coacti culpa. Dardaniæ domus
Generoſa uirgo: melior afflictos deus
Reſpicere cœpit: teq; felici parat
Dotare thalamo. tale coiugium tibi
Non ipſa ſoſpes Troia: non Priamus daret.
Nam te pelaſgæ maximum gentis decus
Ad ſancta lecti iura legitimi petit.
Cui regna campi lata Theſſalici iacent.
Te magna Thetys: teq; tot pelagi deæ:
Placidumq; numen æquoris tumidi Thetys
Suam uocabunt. te datam pyrrho ſocer
Peleus nurum uocabit: & Nereus nurum.
Depone cultus ſqualidos: feſtos cape.
Dediſce captã: deprime horrentes comas.
Crinemq; docta patere diſtingui manu.
Hic forſitan te caſus excelſo magis
Solio reponet: profuit multis capi.
A. Hoc deerat unũ phrygib' euerſis malũ:
Gaudere flagrant ſtrata paſſim pergama.
O coniugale tempus. an quiſquam audeat
Negare? quiſquã dubius ad thalamos eat?
Quos Helena ſuadet? peſtis: exitium: lues
Vtriuſq; populi. cernis hos tumulos ducũ?
Et nuda totis oſſa quæ paſſim iacent
Inhumata campis? Hæc Hymen ſparſit tu'.
Tibi fluxit Aſiæ: fluxit Europæ cruor.
Cum dimicantes læta proſpiceres uiros
Incerta uoti: perge: thalamos appara.
Tedis quid opus eſt? quid ue ſolenni face?
Quid igne? thalamis Troia prælucet nouis.
Celebrate pyrrhi Troades connubia:
Celebrate digni planctus: & gemit' ſonẽt.
H. Ratione quamuis careat: & flecti neget
Magnus dolor: ſocioſq; nonnunquam ſui
Mœroris ipſos oderit: cauſam tamen
Poſſum tueri iudice infeſto meam
Grauiora paſſa. luget andromacha Hectorẽ
Et Hecuba priamum. ſolus occulte paris
Grauis ille ſociis ſtante adhuc Troia fuit.
Quid rere ad animum ſuapte natura trucem
Troiam addidiſſe? rex Mycenarum fuit.
Veniet Tyrãnus. proſpera animos efferũt:
Effuſa circa pellicum quanto uenit
Turba apparatu? ſola ſed longe eminet
Tenetq; regem famula ueridici dei:
Feres ne thalami uicta conſortem tui?
At illa nolet: ultimum eſt nuptæ malum.
Palam mariti poſſidens pellex domum.
Nec regna ſocium ferre: nec tedæ ſciunt.
C. Ægiſthe quid me rurſus i præceps rapis?
Iramq; flammis iam reſidentem excitas?
Permiſit aliquid uictor in captam ſibi:
Nec cõiugẽ hoc reſpicere: nec dñam decet.
Lex alia ſolio eſt: alia priuato toro.
Quid: quod ſeueras ferre me leges uiro
Non patitur animus turpis admiſſi memor?
Det ille ueniam facile: cui uenia eſt opus.
Æ. Ita eſt pacíſci mutuam ueniam licet.
Ignota tibi ſunt iura regnorum haud noua.
Nobis maligni iudices: æqui ſibi.
Id eſſe regni maximum pignus putant:
Si quidquid aliis non licet: ſolis licet.
C. Ignouit Helenæ iuncta Menelao redit.
Quæ Europã, & Aſiã, paribus afflixit malis.
Æ. Sed nulla Atridẽ venere furtiua abſtulit.
Nec cepit animum coniugi obſtrictum ſuæ.
Iam crimen ille quærit/& cauſas parat.
Nil eſſe crede turpe commiſſum tibi.
Quid honeſta prodeſt uita flagitio carens:
Vbi dominus odit? fit nocens: nõ queritur.
Sparten ne repetes ſpreta? & a tanto uiro:
Patriaſq; ſedes profuga? non dant exitum
Repudia regum ſpe metum falſa leuas.
C. Delicta nouit nemo: niſi fidus: mea.
Æ. Non intrat unquam regium limẽ fides.
C. Opibꝰ merebor: ut fidem pretio obligẽ.
Æ. Pretio parata: uincitur pretio fides.
C. Surgit reſiduus priſtinæ mentis pudor.
Quid obſtrepis? quid uoce blãdiloqua mala
Conſilia dictas? ſcilicet nubet tibi
Regum relicto rege generoſa exuli?
Æ. Et cur atrida uideor inferior tibi
Natꝰ thyeſte? Cly. ſi parũ ẽ, adde & nepos.
Æ. Author phœbo gignor haud gñis pudet.
C. Phœbũ nefandæ ſtirpis authorẽ uocas?
Quem nocte ſubita frena reuocantem ſua

re priuatis toris, ideſt matrimoniis in quibus decet ſeruare fidem. ¶ Admiſſi. adulterii: nam & ipſa peccaui in eũ quemadmodum ipſe in me. ¶ Det ille: qui eſt in crimine parcat aliis ſimimiliter delinquentibus. ¶ Ita eſt: ſcilicet ꝙ habebis veniam, legẽdum eſt hironice. ¶ Ignota ſis: reges putare peccata ſua nulla eſſe & aliorũ grauia. ¶ Equi, quia putãt ſe benefacere nec in ſe vlla eſſe peccata. ¶ Pignus. ſ. facere oia pro libidine. ¶ Ignouit, quemadmodũ Menelaus pepercit helenæ: ita & mihi parcere poterit. ¶ Atridem: Menelaum: nulla fuit pellex Menelao: quẽadmodum Agamẽnoni quæ animum eius impelleret. ¶ Crimẽ: quod poſſit obicere tibi. ¶ Crede, pone ꝙ nihil peccaueris: ipſe inueniet cauſam quam te perdat. ¶ Quid honeſta: pulchra ſententia non prodeſt innocentia ibi tyrannus vult aliquem perdere. ¶ Non queritur. ſ. verum ſit innocens: quia omnino vult perdere. ¶ Spartem: remouet aliam ſpem nam tibi nulla erit fuga a tanto viro: nã repudia regum ſiunt morte vxoris. repudiũ eſt ſeparatio thori. ¶ Leuas. delinis falſa ſæpe fuge. ¶ Fidus: fidelis nullus ſcit adulteriũ meum niſi fidelis vnde celari poteſt ¶ Fides, quæ nulla eſt aduerſus reges quorũ facta nunq̃ poſſunt eſſe ſecreta. ¶ Merebor, donabo munera ut ſeruent ſecretũ. ¶ Vincitur vbi malus munus habet ab illis. ¶ Surgit: quod opus eſt ut tot rationibus me abhorreris: conſtitui ſeruare priſtinã fidẽ marito meo. ¶ Dictas: proponis. ¶ Scilicet: hironice: linquam maritũ regẽ regũ pro te exule: quia ibis in exilium. ¶ Natus Thyeſtes reſpõdet ad illud quod dicit generoſa: nam & ipſe filius thyeſtis. ¶ Si parum: ſcilicet ꝙ ſis filius: adde etiam tu es nepos illi: nam ex filia te ſuſcepit. ¶ Auctore phœbo: ſi me generauit ex filia: id fecit ſuadente Apolline. ¶ Reuocantẽ: reducẽtẽ currus ſuos, nã ſol obſcuratus eſt qñ pater tuus comedit filios.

DAN. ¶ Tenet amore ſui. ¶ Vltimum: maximũ. ¶ Nec regna, Non capiunt dños regna veruſq; duos. ¶ Ita eſt: ita eſſe

Cœlo expuliſtis? quid deos ꝓbro aduocas
Surripere doctus fraude genitales toros?
Quem Venere tantũ ſcimus illicita uirum?
Secede propere dedecus clare domus
Aſporta ab oculis. hæc uacat regi ac uiro.
Æ. Exilia mihi ſũt haud noua, aſſueui malis.
Si tu imperas regina non tantum domo
Argis ue cedo. nil moror iuſſu tuo
Aperire ferro pectus ærumnis graue.
C. Siquidẽ hoc cruenta Tyndaris fieri ſinã?
Quæ inuita peccat: debet & culpæ fidem.
Secede mecum potius: ut rerum ſtatum
Dubium: ac minacẽ iuncta cõſilia explicẽt.

ANAPÆSTICI.
CHORVS.

Canite o pubes inclyta Phœbum.
Tibi feſta caput turba coronat.
Tibi uirgineas laurum quatiens
De more comas innuba fundit
Stirps Inachia. tu quoque noſtros
Thebana manus commiſcere choros.
Quæq; Eraſini gelidos fontes:
Quæq; Eurotam: quæq; uirenti
Tacitum ripa bibis Iſmenon:
Quam fatorum præſcia Manto
Sata Tireſia Latonigenas
Monuit ſacris celebrare deos.
Arcus uictor pace relata
Phœbe relaxa: humeroq; graues
Leuibus telis pone pharetras.
Reſonetq; manu pulſa citara
Vocale chelys. nil acre uelim.
Magnumq; modis intonet altis.
Sed quale ſoles leuiore lyra
Flectere: carmen ſimplex luſus
Cum docta tuos muſa recenſet.
Licet & chorda grauiore ſones.
Quale canebas: cum Titanas
Fulmine miſſo fregere dei.
Vel cum montes montibus altis
Super impoſiti ſtruxere gradus
Trucibus monſtris. ſtetit impoſita
Pelion Oſſa. pinifer ambos
Preſſit Olimpus. ades o magni
Soror & coniux: conſors ſceptri
Regia Iuno. tua te colimus
Turba Mycenæ. tu ſollicitum
Supplexq; tui numinis argos
Sola tueris. tu bella manu
Pacemq; regis. tu nunc lauros

oporteret ut narras: paciſci quaſi ex cõuentione, & pacto cõcedere. eſt. n. proprie paciſci cõuenire cõuentione, & cõſenſu duoꝝ vel plurium. Vñ pactus mercedẽ qui de mercede cõuenit inde pactum vt finit Vlpianus. ⸿ Nobis maligni iudices: aliena maleficia ſolent conſtanti indignatione reges vindicare qui ſi quã acceperint iniuriã quo tempore non arbitrere grauiter reminiſcuntur id quod ſapientiſſimus Homerus ex perſona Chalcantis pulchre meminit. κρεισσων γαρ βασιλευσ οτε χωσεται ανδρι χερηι ειπερ γαρ τε χολον γε και αυτημαρ καταπεψῃ αλλα γε και μετ. πισθεν εχει κοτον οφρα τελεσσῃ εν στηθεσσιν εοισι συ δε φρασαι ει με σαωσεισ. ⸿ Si quicquid quod in aliis licentioſum videtur id ſibi conueniens exiſtimant eſſe par. Et cauſas: qbus agas & inuchari in ipſum aut qbus te ipſe deſtituat. ⸿ Leuas: ſi ſperas fugare. An neſcis longas regibus eſſe manus. ⸿ Precioi geminatio ad maiorẽ confirmationẽ. ⸿ Dictas: aſtruis. dictare proprium illud eſt dicere quod alter ſcribendo excipiat Cicero ad atticum. ſed illa non ſcripſiſſe ſed repatãdi lateris gratia dictaſſe. Sapho. At mihi pegaſides blandiſſima carmia dictãt. ⸿ Scilicet: cum hironia ut ſcilicet his ſuperis labor eſt: & id populus curat ſcilicet. ⸿ Auctoris: monẽte oraculo phœbi.

BER. ℂ Aduocas: ſcilicet ad excuſationẽ ſceleris veſtri. ⸿ Geniales, coniugium: nam proprium ẽ veſtrum uti ſemper inconceſſa venere propterea diſcede cito. ⸿ Vacat: viro ſeruit marito. ⸿ Aperire pectus: non ſolum diſcedam ſi iubes, etiam me interficiam ſi volueris. ⸿ Tyndaris: ego filia tyndari, non hoc patiar ut te iterficias ſed potius mecum ſecede vt rebus noſtris conſulere poſſumus. ⸿ Culpæ fidem: quæ debet haberi etiam cum peccante.

BER. Canite. Inducitur Chorus audiens Agamemnonem redeuntem cum victoria, exhortaturq; populum ad gaudendum & agendum gratias diis. ⸿ Innuba: innupta. ⸿ Manus: multitudo inuitat alium populum. ⸿ Eraſini: fluuii in agro argiuo: de his diximus ſuperius. ⸿ Manto: vates filia Tyreſie quæ præcepit thebanis, vt collerent Apollinem Dianam. ⸿ Latonigenas Apollinem, & Dianam filios Latone. ⸿ Arcus: inuitat phœbũ vt veniat ſine arcu, ſed cũ ſola cythara quã canat laudes. ⸿ Titanas: gigantes: nam deorum laudes cecinit poſt bellum giganteum. ⸿ Monſtris: gigantibus volentibus aſcendere cœlum ut tota hiſtoria ſupra fuit declarata. ⸿ Ades adiis mõ inuocat Iunonem.

DAN. ℂ Si quidem: immutat conſilium ventoſa & vana muliercula leuior q̃ pluma, & verſutior q̃ rota ſingularis.

Canite. Carmen quartum Metro Pindarico Euribates, Nuncius, Agamemnonis narrat populo victoriam Hetilem ad quam ſtatim elatis vocibus applaudit populos canens pæana. ⸿ Feſta, læta & feriata ⸿ Virgines: quales decet virginem Chryſoplocamum. ⸿ Inachia Argiua ab Inacho Iouis filio qui primus argis regnauit cui poſtea ſucceſſit phoroneus. ⸿ Eraſinus: per nemeam labitur profuſus a ſtimphali vt refert Herodotus in ſexto. ⸿ Eurotas: in laconia de quo meminit Theochritus, & Lacedæmona præterfluit obſitus lauris ab vtraque ripa. ⸿ Iſmenius, fluuius in boetia ab Iſmeno filio pelaſgi dictus. ⸿ Chelis: cythara dicta αποτου χελωνησ quam pro limes euagantem deprehendit Mercurius rediens a rapina phœbi armenti. ⸿ Luſus: laſciuia: & voluptates. ⸿ Stetit impoſita: eodem ordine Homerus ſuperſtruxit hos montes. Ouidius ordinem confundit, ſic petitur cœlum. Non vt ferat oſſam olympus. ⸿ Summaque pelias cus ſydera tangat apex. eſt aurs olympus medius Theſſaliæ & Macedoniæ altiſſimus Lucanus in ſecundo. Nubes exceſſit olympus lege deum. ⸿ Sola tuetis Argos: Iunonem omnibus notum eſt Argis honore precipuo generari. Horatius.

Plurimus

Agamemnonis accipe uictrix.
Tibi multifora tibia buxo
Sollenne canit.tibi fila mouent
Docta puellæ carmine molli.
Tibi uotiuam matres Graiæ
Lampada iactant.ad tua coniux
Candida Tauri delubra cadit
Neſcia aratri,nullo collum
Signata iugo,tuq; o magni
Nata tonantis inclyta Pallas.
Quæ Dardanias ſæpe petiſti
Cuſpide turres.te permiſto
Matrona minor,maiorq; choro
Colit/& reſerat ueniente dea
Templa ſacerdos.tibi nexilibus
Turba coronis redimita uenit.
Tibi grandæui laſſiq; ſenes
Compote uoto reddunt grates,
Libantq; manu uina trementi.
Et te Triuia grata memores
Voce precamur.tu maternam
Siſtere Delon Lucina iubes.
Huc atq; illuc prius errantem
Cyclada uentis.nunc iam ſtabilis
Fixa terras radice tenet.
Reſpuit auras,religatq; rates
Aſſueta ſequi.tu tantalidos
Funera matris uictrix numeras.
Stat nunc Sypili uertice ſummo
Flebile ſaxum/& adhuc lachrymas
Marmora fundũt antiqua nouas.
Colit impenſe fœmina,uirq;
Numen geminũ/tuq; ante omnes
Pater,ac rector fulmine pollens,
Cuius nutu ſimul extremi
Tremuere poli generis noſtri
Iuppiter author cape dona libens,
Abauuſq; tuam non degenerem
Reſpice prolem.
Sed ecce uaſto concitus miles gradu
Manifeſta properat ſigna lætitiæ gerens.
Nanq; haſta ſummo lauream ferro gerit,
Fidusq; regi ſemper Euribates adeſt.

ACTVS TERTIVS.

Trimetri Iambici.

EVRIBATES. CLYTEMNESTRA.

Elubra, & aras cœlitũ, & pẽrios lares
Poſt lõga feſſus ſpatia uix credẽs mibi
Supplex adoro/uota ſuperis ſoluire.
Telluris altum remeat argolicæ decus

Plurimus in Iunonis hono rem aptum dicet equis ar gos: & in tertio uolumine carminum. Te pareat me is excifus argiuis: & poeta Mantuanus. Prima quod ad troiam pro charis geſ ſerat argis,argos neutrum in numero vnitatis,multi tudis uero uirile eſt. ⁋ Tu bella: tibi in manu eſt bel lum & item pax.

BER. ⁋ Tibia: quę canit tibi in laudem tuam. ⁋ Multifo ra: quæ habet multa fora mina. ⁋ Fila: chordas cy tharæ. ⁋ Lampada: faces, nam lampas quicquid ar det dicitur a lampo luceo. ⁋ Coniunx: tauri iuuenca. ⁋ Tuq;: inuocat Palladẽ quę amica ſemper fuit grę cis cõtra Troianos. ⁋ Ne xilibus intextis floribus. ⁋ Grandeui: annoſi. ⁋ Cõ pote: nam habuerunt quic quid petierunt. ⁋ Tremẽ ti propter ſenium. ⁋ Tri uia: inuocat Dianam quæ fecit ſtare. ⁋ Delon: ut ſu pra diximus quæ eſt ex ci cladibus i mari egeo. ⁋ Se qui: cũ eẽt iſtabilis. ⁋ Tã talidos: niobes filiæ tanta li cuius filias ſeptem ſagit tis confecit ut uidimus in Hercule furente. ⁋ Sypili, ſaxi de quo eodem loco di ximus. ⁋ Impenſe: uehemẽ ter. ⁋ Numen geminum: Apollinem & dianã. ⁋ Pa ter: inuocat Iouem ⁋ Ab auus: nam pater Tantali fuit Iuppiter, ex quo deſcẽ dit Agamemnon. ⁋ Lau reum: dum loquitur uidet Nuncium Euribatem acce lerantem: militeſq; laurea tos: ut moris erat in uicto ria: & ſic dat locum ſequen ti ſcenæ.

BER. D Elubra: Hic ẽ tertius Actus ubi Euribates nunciat Aga memnonẽ ue nientem, eumq; interrogat clytemneſtra ubi ſit mari tus. ⁋ Decus agamemnõ: appoſitiue.

DAN. ⁋ Buxo mẽtifora: & lignũ & arbor tã muliebre q̃ na turale eſt. Et torno raſile buxum: & buxuſq; uocat berecynthia tibia phrygia habebat dumtaxat duo fo ramina quam Mida Rex primus inuenit Varro re fert. ⁋ Huic tibiæ dextra vnum fuiſſe foramen ſini ſtra duo. ⁋ Monaulon: in uenit Mercurius. ⁋ Gemi nam tibiam inuenit Mar ſya. ⁋ Troezenius darda neus primus tibiis cecinit Varro & Plinius. ⁋ Con iunx tauri: iuuenca grata uictima Iunoni. Meminit Iuuenalis. Et auratam Iu noni cæde iuuẽcam. ⁋ Na ta tonantis: Iuppiter pepe rit Pallade cerebro: & quę de patrio uertice nata dea Virgilius ſiue alius quiſqs extiterit in priapo. at Ho merus auctor certior in cã tico ad ipſum confirmat a perte. τηναυτισ εγεινατο μητιετα ζευσ εμ σεμνεφαλησ πολεμαια τευχε εχουσ αυχρυσεα παμφανοωντα. &c. ο σεβασ δεχε παντασ ορων τασ αθανατουσ δε προσ ενδιοσ αιγιοχοιο εσσυμενωσ ωρουσεν απ αθανατοιο καρηνου. ⁋ Cy clada: cyclas ueſtis genus uel limbus. hic intelligit de lon vnam e cycladibus: de qua diximus in Hercule fu rente Homerum imitari. ⁋ Iam ſtabilis: antea mo bilis & erratica mox gya ro & mycone complexa ſte tit & firma radice fideliq; fundamento innixa eſt. Fle bile ſaxum niobe lapidea ex qua adhuc fluũt lachry mæ. Plinius auctor eſt Si pylum eſſe nomen montis & oppidi quod fuit caput meoniæ, alio nomine Tã talis dicitur patria niobes Marmora fundunt: Ouid. ⁋ Et lachrymis etiamnum marmora manant. ⁋ Ab auus: nam fuit Agamem non a Ioue quintus. ⁋ Pro lem: ideſt Agamemnonẽ.

D Elubra: Euri bates miniſter fuit Agamem nonis uiri tha cus & ꝓco Vly xis: de quo meminit Hom. in.i.iliados. Is vna cũ Tal tybio erant latrones Aga memnonis. τωισ αυ κηρυκε εχε ω οτρηρω θεραποντε. Narrat euribates reditum Agamemnonis a troia in Argos ſubactis hoſtibus: quæ quidem narratio iam apperit tertium huius fa bulæ actum metro. archi lochio. ⁋ Collocutores eu ribates & clytemneſtra. DAN.

Euribates clytemneſtræ

Tandem ad penates uictor agamemnon ſuos.
C.Felix ad aures nuntius uenit meas,
Vbi nam petitus per decem coniux mihi
Annos moratur, pelagus, an terras premit?
E.Incolumis, auctus, gloria, laude, inclytus
Reducem expetito littori impreſſit pedem.
C.Sacris colamus proſperum tandem diem.
Et ſi propitios, attamen lentos, deos.
Tu pande, uiuat coniugis frater mei,
Et pande, teneat quas ſoror ſedes mea.
E.Meliora uotis poſco & obteſtor deos.
Nam certa fari ſors maris dubii uetat.
Vt ſparſa tumidum claſſis excepit mare.
Ratis uidere ſocia non potuit ratem.
Quin ipſe atrides æquore immenſo uagus
Grauiora pelago damna, quam bello tulit.
Remeatq; uicto ſimilis, exiguas trahens
Laceraſq; uictor claſſe de tanta rates.
C.Quis (fare) noſtras hauſerit caſus rates?
Aut quæ maris fortuna diſpulerit duces?
E.Acerba fatu poſcis, infauſtum iubes
Miſcere leto nuntium refugit loqui
Mens ægra tantis atq; inhorreſcit malis.
C.Exprome. clades ſcire qui refugit ſuas,
Grauat timorem. dubia plus torquent mala.
E.Vt pergamum omne Dorica cecidit face.
Diuiſa præda eſt, maria properantes petunt.
Iamq; enſe feſſum miles exonerat latus.
Neglecta ſummas ſcuta per puppes iacent.
Ad militares remos aptatur manus.
Omniſq; nimium longa properanti mora eſt.
Signum recurſus regia ut fulſit rate.
Et clara lentum regimen emonuit tuba.
Aurata primas prora ſignauit uias.
Aperitq; curſus, mille quos puppes ſecent.
Hinc aura primo lenis impellit rates
Allapſa uelis, unda uix tactu leuis
Tranquilla Zephyri mollis afflatu tremit.
Splendetq; claſſe pelagus, & pariter latet.
Iuuat uidere nuda Troiæ littora,
Iuuat relicti ſola Sigei loca.
Properat iuuentus omnis adductos ſimul
Lentare remos. adiuuat uentos manu.
Et ualida nixu brachia alterno mouet.
Sulcata uibrant æquora & latera increpant.
Dirimuntq; canæ cœrulum ſpumæ mare.
Vt aura plenos fortior tendit ſinus.
Poſuere tonſas. credita eſt uento ratis.
Fuſuſq; tranſtris nauita, aut terras procul,
Quantum recedunt uela fugientes notat.

BER. ¶ Expetito, deſiderato diu. ¶ Lentos: tardos: nam per decem annos ab fuit maritus frater. ſ. menela⁹. ¶ Soror. ſ. Helena. ¶ Meliora: dicit euribates, meliora opto narrare: nã ſi dico iſta: opus eſt enarrem tempeſtatem. ¶ Votis: cũ uotis: non eſt comparatiuum. ¶ Obteſtor, rogo deos poſſe dicere meliora: ſors dubia maris uetat me dicere certa: ſed tamẽ dicit cum primũ receſſerunt a troia curſum proſperum habuerunt poſtea orta tempeſtas in mari: ita ut omnes naues ſeparate ſint: nec fratrem uidere potuerit agamemnon q tanquã uictus nunc redit cũ paucis nauibus. ¶ Tanta, nam mille naues habebat. ¶ Fatu: ad fandum. ¶ Grauat: quia deteriora credit. ¶ Torquẽt, cruciãt ¶ Vt pergamũ incipit narrare Euribates. ¶ Exonerat: quia omnes deponunt arma: & ſe nauigationi parant. ¶ Recurſus: reditus in patriam quando datum eſt ſignum a naue regis ut oẽs diſcederent. ¶ Hinc aura: primo enim ipſi habuerunt ſecundũ uentũ. ¶ Allapſa: ueniens. ¶ Tremit: deſuper criſpabatur ꝑpter leuem afflatum. ¶ Splẽdet: ꝑpter arma & aurũ. ¶ Latet ꝑpter multitudinẽ nauiũ. ¶ Nuda: ſine ædificiis. ¶ Lentare, flectere remigãdo. ¶ Nixu, a nitor niteris. ¶ Alterno: per uices: nam a pectore remouent & rurſus reducũt. ¶ Sulcata: nã uidetur nauis facere ſulcũ per mare. ¶ Increpat, ut faciunt læti in nauigãdo qui clamant in ſponda nauis: ideo dicit increpant. i. reſonant latera nauiũ. ¶ Dirimunt: diuidunt. ¶ Canæ, albicantis ꝑpter cõcitationẽ remoꝝ. ¶ Vt aura: poſtq̃ habuerunt proſpeꝝ uentũ cœperunt eſſe nautæ ocioſi in tranſtris: hoc eſt ſedilibus nautum. ¶ Tonſas: remi tonſe dicuntur a tondo quia tondunt aquas.

DAN. ¶ Tandem: a decennio. ¶ Felix uictoria pẽta a uiro clytemneſtræ uox eſt cõgratulantis nuncio. ¶ Petitus: deſideratus. ¶ Nã certa fari: euerſa Troia principes græci ditati pda gratuia & per q̃ aduerſa ꝑpeſſi ſunt in reditu idignatione Palladis: Aiax oilei locrẽſium dux fulminatur in euboia, Idomeneus eiectus e creta fugit ad Salentinos Diomedem adultera uxor Italia procul abſterminat. Menelaum i Egyptum tulit deſiderium helenes quã repeteret a rege Protheo. Vlyxem decennales procellæ diſtraxerunt. Agamemnon uix lares ſalutat & incautus ab ægiſtho percutitur ſecuri: quæ oia elegantiſſime uenerãdus Home. ꝑ totã odyſſeã proſequit. ¶ Nuncium: tam qui nunciat q̃ qd̃ nũciat̃ uirili genere pronunciat̃. ¶ Mens ægra: admonitu & recordatione præteritæ cladis ægreſſit animus meus: & artificioſe occupat qualitatẽ futuræ narrationis quã totam commodato accepit ab homero de ſecundo odyſſę: ubi neſtor talẽ acho repetit calamitates quas paſſi ſunt greci a Troia diruta, ut ſuperius paulo perſtrinximus. ¶ Pergamum omne: nauigatione deſcribit longiori pagina q̃ Neſtor Homeric⁹: qui Hemeſtichio illam abſoluit: αυταρ επει πριαμο ιο πο λιν δ ει επερσαμεν αι μυν βημεν δ εν νηεσσι. ¶ Militares: quæ actenus lanceis occaluerant nũc aptantur remis. ¶ Remigem: naucle rum qui agit remum vnde remigo & eremigo. Plinius paruoque breuius q̃ totus hinc aut illinc ſeptentrio eremigatus. ¶ Aurora mane impulim⁹ naues idium mare. αυθεν δ εοι μεν νηασ ειλκομεν εισ αλα διαν. ¶ Iuuat redeuntes, interna uigandum. ¶ Sola: deſerta: ut ſola deſertæ Troades acta. ¶ Lentare. Virgilianum uerbum quod adnotat Priſcianus vno tantum in loco uſus eſt poeta a nomine ſumptum eſt, vnde fiunt lẽteo es & lento es & lento tas. Ante & trinacria lentãdus remos in vnda. ¶ Manu: manuum robore. ¶ Latera: nauium crepant a remorum uerbere & Pulſu. ¶ Tonſas: remos quia ferro tondean tur aliter palmulas appellat Pompeius.

¶ Reciprocus:

Aut bella narrat. Hectoris fortis minas,
Curruſq;, & empto redditum corpus rogo.
Sparſum cruore regis Herceum iouem.
Tum qui iacente reciprocus ludit ſalo,
Tumidumq; pando tranſilit dorſo mare,
Tyrrhenus omnis piſcis exultat freto.
Agitq; gyros/ & comes lateri annatat
Anteire naues lætus, & rurſus ſequi.
Nunc prima tangens roſtra laſciuit Chorus,
Milleſimam nunc ambit, & luſtrat ratem.
Iam littus omne tegitur/ & campi latent.
Et dubia parent montis idæi iuga.
Et iam, quod vnum peruicax acies uidet,
Iliacus atra fumus apparet nota.
Iam laſſa Titan colla relenabat iugo,
In aſtra iam lux prona, iam præceps dies
Exigua nubes ſordido creſcens globo
Nitidum cadentis inquinat phœbi iubar,
Suſpecta uarius occidens fecit freta.
Nox prima cœlum ſparſerat ſtellis. iacent
Deſerta uento uela/ tum murmur graue
Maiora minitans collibus ſummis cadit.
Tractuq; longo littus, ac petræ gemunt.
Agitata uentis vnda uenturis tumet.
Cum luna ſubito conditur, ſtellæ cadunt.
In aſtra pontus tollitur, cœlum perit.
Nec vna nox eſt/ denſa tenebras obruit
Caligo/ & omni luce ſubducta fretum,
Cœlumq; miſcet. vndiq; incumbunt ſimul,
Rapiuntq; pelagus infimo euerſum ſolo.
Aduerſus Euro Zephirus, & Boreæ Notus.
Sua quiſq; mittunt tela/ & infeſti fretum
Emoliuntur. turbo conuoluit mare.
Strymonius altas aquilo contorquet niues.
Lybicuſq; arenas auſter, ac Syrtes agit.
Nec manet in auſtro/ fit grauis nimbis notus.
Imbre auget vndas. Eurus orientem mouet
Nabathæa quatiens regna, & Eoos ſinus.
Quid rapidus ora Corus oceano exerens?
Mundum reuelli ſedibus totum ſuis,
Ipſoſq; rupto crederes cœlo deos
Decidere/ & atrum rebus induci chaos.
Vento reſiſtit æſtus/ & uentus retro
Æſtum reuoluit/ non capit ſeſe mare.
Vndaſq; miſcent imber & fluctus ſuas.
Nec hoc leuamen denique ærumnis datum eſt,
Videre ſaltem, & noſſe, quo pereant malo.
Premunt tenebræ lumina/ & diræ Stygis
Inferna nox eſt/ excidunt ignes tamen
Et nube dirum fulmen eliſa micat.

BER. ℂ Reciprocus: qui audit & redit per eandem uiam tunc uidimus delphinas q tempeſtatẽ futurã demonſtrant ludentes per maria. ¶ Iacẽte: equali ſine fluctibus. ¶ Pando: recuruo & magno. ¶ Agit mouẽt in rotunditatẽ. ¶ Comes: aliquãdo ſequebatꝰ nos equaliter aliquãdo p̃ibat. ¶ Chorus: multitudo delphinũ. ¶ Laſciuit ludit & exultat ¶ Pria roſtra, primas naues claſſis. ¶ Milleſimam: ultimam quare erãt mille. ¶ Iam littus: eramus elongati a littore: ut mihi appareret niſi fumus: & tunc ceſſauit uentus: apparuerunt nobis ſigna tempeſtatis. ¶ Dubia quæ uix poterãt uideri. ¶ Peruicax: perſeuerãs oculus. ¶ Iam laſſa: defatigatos æquos ſol ſoluebat iugo tendebat ad occaſũ. ¶ Prona: inclinata ad noctem. ¶ Præceps: cadens. ¶ Globo: denſitate obſcura. ¶ Inclinat: obtenebrat iubar cadẽtis ſolis occidẽtis: quod ſignum eſt futuræ tempeſtatis. ¶ Varius: quia non erat vnius coloris. ¶ Graue: raucum. ¶ Petræ: quæ ſunt uicinæ littoribus. ¶ Tumet creſcit. ¶ Luna abſconditur propter nubes. ¶ Tollitꝰ eleuatur poetica eſt hyperbole. ¶ Vna nox: nõ eſt timplex vt naturalis, ſed obſcurior propter tenebras nubiũ. ¶ Obruit: tenet. ¶ Miſcet: turbat. ¶ Sua: iſti uenti mittũt quiſq; ſua: vnuſquiſq; mittit, ita exponit quaſi prolepſis implicita. ¶ Emoliuntur: euertunt. ¶ Turbo: reuolutio uentorum. ¶ Strimoniꝰ: thracius boreas. ¶ Cõtorquet, cum impetu portat. ¶ Auſter: notꝰ a meridie ubi eſt libia. ¶ In auſtro: non contentus regno ſuo ibat in ſeptẽtrionem. ¶ Grauis: plenus nimbis & pluuia. ¶ Nabatea: orientalia a nabata rege. ¶ Chorus: uẽtus collateralis zephiri. ¶ Oceano. ſ. orientali. ¶ Exerens: ducẽs & extrahens ora ſua. ¶ Chaos: confuſionem elementorum. ¶ Eſtus: impetus maris. ¶ Non capit: nõ eſt capax ſui ipſius ita intumebãt vndę. ¶ Nec hoc: poteramꝰ cognoſcere quo modo periremus ob denſas tenebras. ¶ Premũt occultant. ¶ Lumina, ſtellas. ¶ Stygis: talis eſt nox qualis inferno. ¶ Eliſa: fracta nam nubibus fractis emittuntur fulmina.

DAN. ¶ Herculem iouẽ oẽs codices tã manu ſcriptos, & quidem archetypos q̃ preſſos ære itidẽ hic, ut alibi ſępiꝰ fallaces & mẽdoſos deprehendi. nõ enim poterã facile iſto errore expediri niſi me adiuuiſſet lectio gręca cuius adminiculo lector cãdide innixus hãc mendam ego notandam duxi aſteriſco: ut herceum legas nõ herculeum. nec pigeat pro tua hũanitate repetere gręcam hyſtoriam referentem Priamum ante aram iouis hercei fuiſſe interfectum. Etiam remitto te ad pompeium vnde diſcas qui ſit herceꝰ. Et ad Ouidiũ. Cui nihil hercei profuit ara iouis. ¶ Piſcis tyrrhenus periphraſis delphini alluſione ad fabulam ſuperius ex Homerico hymno per nos repetitam. ¶ Comes delphinus. ¶ Milleſimã ratẽ .i. mille rates ut referas ad numerũ nõ tñ ſingulas tangebat. ¶ Stellæ cadũt: fulgura & crebrę corruſcationes. ¶ Aduerſus zephirus: quatuor principes uẽtorũ mira breuitate comprẽdit quos Oui. ſuperiori tetraſticho pnunciauit. ¶ Emoliuntur ab imis ſedibus tollunt. ¶ Turbo: pcelloſum mare dicitꝰ æſtuoſum pcella ſi ignem conceperit dicitꝰ fulmen: ſi arctius uenti fuerint rotati dicitur typhon ſi cũ fragore & maiori ſpecu deſcẽderint turbo eſt pxima quæq; euertens atq; demoliens idem ardentior atq; accenſus uocatꝰ præſter: quas oẽs dr̃ias Ariſt. & Ptholomeuꝰ appoſuere ¶ Aquilo: idem & boreas aliter αιθρη γενετησ .i. ſerenificus. αλλα βορεασ λεγεται απο τησ βοησ. eſt enim uiolenti & ſonori flatus: quemadmodum ſupra oſtenſum eſt fuſius & uberius. ¶ Notus idem auſter. νοτισ. humor eſt enim humectus & nebuloſus. ¶ Nabatea. ναβατα non recipit aſpirationem: Regio Arabiæ contermina ma

ri rubro: a nabaot primogenito iſmaelis dicta olim mittebat elephantes: ut teſtatur lune. i atticis. ⸿ Fluctus decimus, ſic Oui. Decimæ ruit ipetus vndæ & alibi. Poſterior nono eſt vndecimoq; prior decimũ ut mea fert opinio fluctũ acceperũt pro uiolentiſſimo & maximo denarius ſiqdẽ numerus oium pfectiſſim⁹ quippe impar eſt numer⁹: & ide reliq formant numeri: & decumana porta in caſtris maxima: vnde i extremo cõflictu totus pũolue baſ exercitus & decumana oua perfectiſſima & maxima: & decima quæq; diis ſuis offerebant ueteres: & decimanus limes ab aſtronomis ab ortu ad occaſum ſolis nuncupatur: ergo decimus fluctus maximus & uiolentiſſimus.

BER. ⸿ Miſeris: tanta eſt dulcedo uidendi lucẽ, ut optaret fulmina. ⸿ Male: aduerſe. ⸿ Ipa claſſis, nã cũ nõ uiderẽt frequẽtes naues ſe ipas collidebãt. ⸿ In præceps: talem tempeſtatẽ deſcribit Vir. in. i. æneĩ. ⸿ Dehiſcẽs. aperiens. ⸿ Haurit: abſorbet. ⸿ Reuomit. reddit. ⸿ Decim⁹ fluctus: magn⁹ poetæ ponũt de tẽpeſtate: ſcribẽtes decimum pro magno: nã decimus eſt maior numerus: quia poſt decem ſemper re incipimus: inde decumana porta dr̃. ⸿ Leuis: facta leuior. ⸿ Malus, arbor nauis. ⸿ Rectus: qa iaciebatur uentis. ⸿ V ſus: experiẽtia põt pſtare ſpem ⸿ Officio v3 gubernandi. ⸿ Effugit: non poterãt tenere manu remũ. ⸿ Troes troiani captiui. ⸿ Quid fata: ideſt dii. ⸿ Inuidet, quia uellet eſſe mortuus queadmodũ pater: eo modo ulyxes & atrides minor. i. Menelaus. Seruat de qbus eſt fama: & ſepulti ſunt apud troiã uictã. ⸿ Ferẽt: auferẽt. ⸿ Nobile: facinus forte. ⸿ Facta ignaua, mors ſine honore. ⸿ Pudenda: de qua pudorẽ hr̃e poſſumus ⸿ Quiſquis: cõuertẽt praeces ad deos. ⸿ Serena: fac numen tuum nobis fauẽs. ⸿ Vel troia: etiã illa q̃ nobis eſt inimica. ⸿ Doricũ: græcũ. ⸿ Exitio: ad perditionem. ⸿ Quibus: pp̃ter

Miſeriſq; lucis tanta dulcedo eſt malæ.
Hoc lumen optant/ipſa ſe claſſis premit.
Et prora proræ nocuit, & lateri latus.
Illam dehiſcens pontus in præceps rapit,
Hauritq;/& alro reddiram reuomit mare.
Hæc onere ſidit/illa conuulſum latus
Summittit vndis/fluctus hanc decimus tegit.
Hæc lacera, & omni decore populato leuis
Fluitat/nec illi uela, nec tonſæ manent.
Nec rectus alras malus antemnas ferens.
Sed fracta toto puppis ionio natat.
Nil ratio, & uſus audet in magnis malis.
Tenet horror artus/omnis officio ſtupet
Nauita relicto. remus effugit manus.
In uota miſeros ultimus cogit timor.
Eademq; ſuperos Troes, & Danai rogant.
Quid fata poſſunt/inuidet pyrrhus patri.
Aiaci Vlyſſes, Hectori atrides minor.
Priamo agamemnon. quiſquis ad Troiã iacet,
Felix uocatur. cadere qui meruit manu.
Quem fama ſeruat/uicta quem tellus tegit.
Nil nobile auſos pontus/atq; vndæ ferent.
Ignaua fortes fata conſument uiros.
Pudenda mors eſt. quiſquis es nondum malis
Satiare tantis cœlitum/tandem tuum
Numen ſerena. cladibus noſtris daret
Vel Troia lachrymas/odia ſi durant tua.
Placetq; mitti Doricum exitio genus.
Quid hos ſimul perire nobiſcum iuuat/
Quibus perimus/ſiſtite infeſtum mare.
Vehit iſta Danaos claſſis/& Troas ſimul.
Nec plura poſſunt/occupat uocem mare.
Ecce alia clades/fulmine irati iouis
Armata pallas/quidquid aut haſta minax/
Aut Ægide/aut furore Gorgoneo poteſt/
Aut igne patrio/tentat. & cœlo nouæ
Spirant procellæ/ſolus inuictus malis
Luctatur aiax/ne uela cogentem hunc ſua
Tenſo rudente flamma perſtrinxit cadens.
Libratur aliud fulmen. hoc toto impetu
Certum reducta pallas excuſſit manu/
Imitata patrem/tranſit aiacem/& ratem.
Ratiſq; partem ſecum & aiacis tulit.
Nil ille motus ardua ut cautes ſalo
Ambuſtus extat/dirimit inſanum mare.
Fluctuſq; rumpit pectore, & nauem manu
Complexus in ſe traxit/& cæco mari
Collucet aiax/omne reſplendet fretum.
Tandem occupata rupe: furibundum intonat.
Superaſſe nunc ſe pelagus, atq; ignes/iuuat

quos perimus, ſi vultis nos perdere pp̃ter Troianos: ſaltẽ deberetis illos ſeruare q nobiſcũ ſunt in periculo. ⸿ Siſtite: ſedate. ⸿ Nec plura: nõ poterant loqui: cũ fluctus occuparet uocẽ. ⸿ Ecce: nunc uenit ad particularem tempeſtatẽ aiacis oilei q fulminatus fuit Pallade: ut uidimus: & ſcribitur a Vir. in primo æne. ⸿ Haſta: nam armata hęc dea ſcribiſ. ⸿ Aegide: clipeo ſuo in quo erat caput Meduſæ gorgoniæ, ut ſcribiſ ab Oui. ⸿ Igne patrio: fulmine iouis nam ipſa ſia iouis fuit. ⸿ Nouę: renouabantur pcellę, & ſolus aiax reſiſtebat. ⸿ Luctatur: contra nitiſ. ⸿ Tenſo rudente fune: quo uela trahuntur. ⸿ Perſtrinxit: leuiter percuſſit. ⸿ Aliud libratur: ſecundum mittiſ in aiacem. ⸿ Certũ: quia non fefellit. ⸿ Reducta: retro ducta: nã qui vult iacere retrahit manum ad maiorẽ impetũ ⸿ Extat: eminet. ⸿ Collucet: ſplẽdet pp̃ter ignẽ fulminis. ⸿ Tandẽ: ipſe furibundus ingẽti uoce clamabat: dum eſſet in ſcopulo. ⸿ Iuuat: dicit ipſe aiax uiciſſe delectat mare natãdo fulmina & palladem.

⸿ Nil ratio: conſiliũ & ars nihil pſunt in arduis caſibus ferent: dabunt vulgare & ſordidum genus mortis eſt naufragium hic magnanimus & ſapiẽtiſſimus æneas ingemit & triſtatur ualde hinc Ouid. in triſtibus quodcunq; leti genere petit mori præterq̃ naufragio. ⸿ Tollite naufragiũ mors mihi mun⁹ erit. hinc Homeric⁹: Vlyxes digreſſus ab æolo ſolutis uẽtis temeritate ſociorum aurum incluſum exiſtimantiũ inuidet mortuis ad troiana græcis: ubi & ipſe iteriſſe exoptat τρισ μακαρεσ δαναοι και τετρακισ οι τοτ ολοντο τροιην ευρειν χαριν ατρειδησι φεροντεσ ωσ δη εγω γε ὀφελον θανειν και ποτμον επισπειν &c̃. ⸿ Serena. hortatiu⁹ eſt modus: ut tradit Diome. nõ imperatiuus ſp. ⸿ Vel: pro etiã: uel Priamo miſerãda manus. ⸿ Quid hos, artificioſa trãſlatio: non. n. potuiſſent ſeruari DAN.

Viciſſe cœlum, palladem, fulmen, mare.
Non me fugauit bellici terror dei.
Et Hectorem vna ſolus, & Martem tuli.
Phœbea nec me tela pepulerunt gradu,
Cum phrygibus iſtos uicimus. tādem horream
Aliena inerti tela mitti dextera?
Quid ſi ipſa mittat? plura cum auderet furens,
Tridente rupem ſubruit pulſam pater
Neptunus, imis exerens vndis caput.
Soluitq; montem, quem cadens ſecum tulit.
Terraq; & igne uictus, & pelago, iacet.
Nos alia maior naufragos peſtis uocat.
Eſt humilis vnda ſcrupeis mendax uadis,
Vbi ſaxa rapidis clauſa uorticibus tegit
Fallax Caphareus. æſtuat ſcopulis fretum.
Feruetq; ſemper fluctus alterna uice.
Arx imminet prærupta, quæ ſpectat mare
Vtrinq; geminum. Pelopis hinc oras tui,
Et Iſthmon, arcto qui recuruatus ſolo
Ionia iungi maria phryxeis uetat.
Hinc ſcelere Lemnō nobilem, et hinc Chalcida
Tardamq; ratibus Aulida. hanc arcem occupat
Palamedis ille genitor, & clarum manu
Lumen nefanda uettice ex ſummo efferens,
In ſaxa ducit perfida claſſem face.
Hærent acutis rupibus fixæ rates.
Has inopis vndæ breuia comminuunt uada.
Pars uehitur, huius prima pars ſcopulo ſedet.
Hanc alia retro ſpatia relegentem ferit.
Et fracta frangit, iam timent terram rates.
Voluntq; maria. cedit in luctum furor.
Poſtquam litatum eſt, phœbus in lucem redit.
Et damna noctis triſtis oſtendit dies.
C. Vtrum ne doleam, læter an reducem uirum
Remeaſſe, lætor. vulnus at regni graue,
Lugere cogor. redde iam Grais pater,
Altiſona quatiens regna, placatos deos.
Nunc omne læta fronde uelletur caput.
Sacrifica dulces tibia effundat modos.
Et niuea magnas uictima ante aras cadat.
Sed ecce turba triſtis incomptæ comas
Iliades adſunt. quas ſuper celſo gradu
Effrena phœbas entheas laurus quatit.

Variæ metrorū ſpēs ex Dactylicis, Anapæſticis, Iambicis, Adoniis partim Sectionariis.

CHORVS. CASSANDRA.

Vā mortalib⁹ heu dulce malū additū
Vitæ dirus amor. cum pateat malis
Effugiū, & miſeros libera mors uocet
Portus æterna placidus quiete.

ſent ſeruari troes: qn & ipſe in eadē naui ſeruaretur. Nec pſra pſit: παλιρροιοσ eſt. Aut igne pſio: iouiali ſuas iniurias ulciſci palladi lnia eſt cōmodato fulmine teſtaẽ Virg. Aiax: oileus. Trāſit: tranſabigit: ſcopuloq; ifigit acuto: qđ ſeqẽ Senecæ cōmētū eſt. Rupe: caphareā. Furibundū: grauiter. Aliena tela: iouis fulmia. Phœbea: apollinis qui ſemp cū matre fauit troianis.

BER. Bellici dei, matris ut ſcribit Home. Pepulerūt: fecerūt me retro cederẽ. Iſtos .ſ. deos. Tandem ſi nō timui illos deos timebo ne palladem q̄ uirib⁹ alienis utiẽ .ſ. fulmie iouis. Inertis: fœminea. Ipſe .ſ. iuppiter: etiā illū nō timerē. Tridente: ſceptro ſuo triū cuſpidū: cū audiret iactātē aiacē neptūnus ſubruit ſcopulū i quo erat. Exerēs: eleuās ipſe neptūn⁹. Soluit: ipulit & dirnit. Mōtē ſcopulū. Cadēs .ſ. aiax Nos alia: deſcriptionem cladis facie quā habuerūt pꝑe mōtē caphareū, ut ſupra diximus de nauplio pr̄e palamedis q̄ ſignū dederat ex illo pmontorio: ut illuc uenientes græci pcipitarēt. Hūilis nō pfūda: deſcribit locū ubi paſſi ſūt cladē. Vadis: ubi nō ſunt aq̄ altæ. Scrupeis: ubi ſūt ſaxa ſcrup⁹ ide diminutiuū ſcrupulus lapis dẽ. Mēdax: qa ſub aq̄ latēt ſaxa. Vorticibus: circūuolutionibus aq̄. Fallax: caphare⁹ ide hoc ſupra diximus. Alterna uice: pp euripū q mare eſt anguſtū ubi eſt icert⁹ refluxus mō fluit in vnā ptē mō i aliā. Geminū, ioniū & ægeū. Arcto: ſtricto & breui: ut deſcripſim⁹ ſupi⁹. Pelopis tui .ſ. aui. Phrixeis: heleſponto ut declaratū eſt eā ptē egei ubi helle, merſa fuit appellatū fuiſſe helleſpōtus. Lhenos: iſula egei nobil ſcelere pp mulieres q̄ ibi maritos occiderūt. Calcedona: ciuitatē in littore heleſpōti, q̄uis lōge ſit a caphareo tn̄ deſcribiẽ ibi. Aulida: ciuitatē boetiæ: ubi port⁹ famoſiſſimus in quo naues grecorū retētę ſunt: ut ſupra dcm ē, ideo ibi tardam appellat.

Hāc arc .ſ. caphareū. Ille hēt emphaſim ille ſceleratus nauplius. Efferēs: eleuās ignē qđ nobis datū eſt. Cōminuūt: frāgūt quia nō erat aq̄ pfunda. Sedet: hæret ſupra ſcopulū. Ferit: alia nauis pcuſſerat ſaxū & frāgebāt aliū ſequētē retro cedēdo: licet & ipſa eēt fracta. Timent terrā: nos antea cupidi eramus uenire i terrā: quā tūc timebamus. Volunt, maria potius q̄ terrā. Cecidit: ceſſauit i lucē uel durauit uſq; ad lucē furor .i. tēpeſtas. Litatū: ſacrificatū ad pēas nr̄as. Dāna q̄ nocte paſſi ſumus, nec uidebamus: orta luce uidimus claſſem pditā. Vulnus: magnū dānū amiſſa: claſſe Redde i leuat manus ad cœlū rogando iouē. Sacrifica: ſacris adhibita. Cedat: imolẽ. Sed ecce, dat locū ſequenti ſatyræ: nā ueniebat Agamēnō cū turba captiuorū: & añ erat caſſādra. Iliades: troiāę. Effrena phœbas: furēs ſpiritu caſſandra. Entheas: phœbas q̄ſi diuinas: nam Laurus dicata eſt phœbo.

ERB. Heu: q introduciẽ chorus deplorās miſeriā ſuā q̄ ſibi euenit: cū nō ſint auſe ſeſe occidere nā mors eſt finis miſeriarū & ipſam cōmēdat. Dur⁹, iflexibilis, uolūt ēt hoies i miſeriis uiuere. Libera, q̄ oēs ſui tutē fugit: hoc eſt ſm̄ iſtitutū ſtoicū q in extremis malis mortē acerſcendā putabāt qđ Cicero i catone dānat dicēs nō eē priuſq̄ de⁹ nos euocet. Effugiū: qua poſſumus fugere mala.

DAN. Aliena tela, iouis fulmina. Ars iminet, i uertice caphareī in eubœa ſtat tēplū iouis cenei, ad radices uero naupli fraude periclitat⁹ ē aiax. Phrixeis, helleſpontu etenim pſpectat: ut teſtaẽ in ultima tragœdia. Pulſaẽ oi pte phrixeū mare. Scelere occidione maritorū: ut canit Apol. in .i. Calcedona, & calcis ciuitas in eubo, circuitu qua parte ab eſt ab helleſpon. parte caphareī .cc. .xxv. M. paſ. pri⁹ uocabaẽ Acha, cuius ex aduerſo eſt aulis, aucto. Pli. & Stra.

Nullus hunc terror, nec impotens
Procella fortunæ mouet,
Aut iniqui flamma tonantis.
Pax alta nullos ciuium coetus
Timet, aut minaces uictoris iras.
Non maria aſperis inſana coris.
Nō acies feras, puluereamq; nubē
Motā Barbaricis equitū cateruis.
Nō urbe cū tota populos cadētes,
Hoſtica muros populāte flamma.
Indomitū ue bellū perrūpet omne
Solus contemptor leuium deorū.
Qui uultus Acherontis atri.
Qui ſtygia triſtē non triſtis uidet,
Audetq; uitæ ponere finem,
Par ille regi, par ſuperis erit.
O quam miſerum eſt neſcire mori.
Vidimus patriam ruentem nocte funeſta,
Cum Dardana tecta Dorici raperent ignes.
Non illa bello uicta, nec armis,
Vt quondam Herculea cecidit pharetra.
Quam non Pelei, Thetidiſq; natus,
Carusq; pelidæ nimium feroci
Vicit, acceptis cum fulſit armis.
Fuditq; Troas falſus Achilles.
Aut cum ipſe pelides animos feroces
Suſtulit luctu, celeremq; ſaltu
Troades ſummis timuere muris.
Perdidit in malis extremum decus,
Fortiter uinci, reſtitit annis
Troia biſquinis, vnius noctis peritura fato.
Vidimus ſimulata dona molis immenſæ.
Danaumq; fatale munus duximus noſtra
Credula dextra, tremuitq; ſæpe
Limine in primo ſonipes cauernis
Conditos reges, bellumq; geſtans.
Et licuit uerſare dolos, ut ipſi
Fraude ſua capti caderent pelaſgi.
Sæpe commotæ ſonuere parmæ.
Tacitumq; murmur percuſſit aures.
Et fremuit male ſubdolo parens
Pyrrhus Vlyſſi.
Secura metu Troica pubes,
Sacros gaudet tangere funes.
Hinc æquæui gregis, Aſtyanax,

DAN. ¶ Relegentē: remetiētē. ¶ Frangit: ſequentē. ¶ Vtrū ne: ambigit clytemneſtra utrum potius faciat doleat an redeat redeunte agamemnon & eſt paraſceue ſequentis chori ¶ Entheas: aptas furentibus in uaticinio.

Heu dolentis: interiectio q̄ dulce malū eſt homini uita &c. furor uaticiniū caſſandrę perniciosum agamēnoni: ſed primo iliadum chorus ruinas troiæ antiq̄ deplorat metro dactilico tetrametro cū pētimemeri heroica interdū abſq; pentimemeri ſcāditur. Laudat mortē & qui ſponte in illā ruūt epictetus ſtoicorū maximus mortē dixit eē quodam mediū boni & mali: Cicero nitit̄ hoc ſylogiſmo probare mortē eſſe bonū: quicquid eſt ſm naturā eſt habendum in bonis mors eſt ſm naturā: ergo mors bona. Hic Seneca ex perſona miſerabilis chori mortem probat quę eſt ultima rerum linea.

BER. ¶ Nullus. Cōmendat hūc portū mortis in quo nulla eſt procella. ¶ Impotēs, amara. ¶ Flāma: uerſus ē lābicus. ¶ Cetus, cōgregatōes, nō timet ɔſpiratiōes ciuiū qa nihil pñt facer̄. ¶ Choris: uētis. ¶ Inſana: turbata. ¶ Nō acies: nō timet hoſtes nec arma ¶ Perrūpit. ſ. iſte portus. ipa mors ſupat oia. ¶ Sol⁹: q nō curat mori ɔtēnit ſupplicatiōes deorū leniū. i. fauentiū & benignorū. ¶ Non triſtis: nō doles neq; iuitus. ¶ Ponere ſe ipm occidere. ¶ Par regi, q audet ſe occidere ē ſiſis regi: & diis q pñt dare & tollere uitā. O q̄ magna miſeria eſt hois calamitoſi q neſcit finir̄ illā mortē. ¶ Munus. equū. i quo erāt armati: ut ſcri. Vir. i. ii. æn. ¶ Fatale. qđ tu id nobis fatū & excidiū. ¶ Dorici. græci. ¶ Raperis. ɔſumeretis. Bello: imo inſidiis: ñ capta fruſtio quēadmodū ab hercule ¶ Natus pelei: achilles. Carus pelide. i. achilli p̄roclū intelligit q ſuſceptis armis achillis pugnauit cū hectore & ab eo iſeſect⁹ ē. ¶ Falſus achilles, ipſe p̄roclus induct⁹ armis achillis. ¶ Feroces: fortes & iratos. Suſtulit: eleuauit. ¶ Luctu: morte amici p̄rocli: nā prius rapta ſibi briſeide occiſus i caſtris nolebat pugnare. ¶ Saltū. ſ. achillis timebāt troiāi ex muris ne ipſe

aſcēderet: pdidit hucuſq; pēdet hypbatū iſta: p̄ria q̄ nūq̄ uictima fuit: a p̄roclo nec achille: nūc pdidit extremū decus. ſ. fortiter uinci: nā turpiter ē uicta p inſidias. ¶ Troia: ibi cōſtructio icipit. ¶ Vidimus. ſ. equū ligneū maximū, de quo ſupra. ¶ Molis: eq maximi. ¶ Fatale: qđ nobis ferebat fatū & mortē: hoc ē ſumptū a Vir. ¶ Conditos occultatos. ¶ Dolos. i. doloſos licebat eos obruere cū equo ¶ Caderēt: morirēt: nā potuim⁹ uerſare. i. itelligere: nā parme. i. clipei ſępe ſtrepitū fecerūt it⁹. ¶ Pyrrh⁹: filius Achillis audax male parēs. i. obediēs ulyxi fraudulēto ſępe clamar̄ uoluit ɔhibēte ulyxe. ¶ Pubes: in uētus ſine metu gaudebat tangere funes ſacros: qbus trahebat̄ equus ille ɔſecratus mineruæ. ¶ Aſtianax: filius Hectoris cum grege equeuo. i. cū turba puerorū eiuſdē ætatis ibat ad uidēdum illū æquū, ex alia parte deſponſa. i. polyxena ducta rogo emonio. i. ad ſepulchrum Achillis hemonii. i. theſſalici: ut uidimus in Troade: ducebat turmas puellarum.

DAN. ¶ Vidimus patriā: ex oportunitate quadā habita extēdit ſe in logiori narratione troiani excidii cuius cām fraudoloſo illi Sōnipedi durateo cū Virg. ſentiēs ſcribit quē epeus panopei filius uir Boe. architectat⁹ eſt & Pli. tradit epeū primū inueniſſe equū q nūc uocat̄ aries i murabus machinis: aut meminit i odyſſea Homerus & Strabo rāte magnitudinis ppior ſit fabulæ quā hiſt. ¶ Falſus achilles: cū iā ɔbuſiſſet naues gręcorū vnā hector: dedit arma p̄roclo achilles p cutiēs coxa & iuſſit illico armari p̄mū ita iduit ocreas argenteas ſerū thoracha uariū & fulgidū idē humeros circūdedit enſe argenteo mox ſuſtulit ſcutū ę reū capiti p̄terea impoſuit galeā criſtatū oia ſumpſit denīq; arma p̄ter lācea q̄ nemo extra Achillē poterat uibrar̄ aſcēditq; i currū aurigāts Automedōte hunc ordinē ieqt̄ Ho. π. iliados fuit p̄ro. filius Mœnetii q cū pemiſſet opū te puerū euanē aufugit ad peleū is achilli filio ſociū dedit. ¶ Donaſi. equū durateum factū armatis. ¶ Noſtra dex. Papi. i. prima ſylua hūc neq; diſciſſis cepiſſent pgama muris: Nec

Hinc hæmonio deſponſa rogo.
Ducunt turmas, hæc fœmineas,
Ille uiriles.
Feſtæ matres uotiua ferunt
Munera diuis.
Feſti patres adeunt aras,
Vnus tota eſt uultus in urbe.
Et, quod nunquam poſt Hectoreos
Vidimus ignes,
Læta eſt Hecube. quid nunc primum
Dolor infelix,
Quid ue extremum deflere paras?
Mœnia diuum fabricata manu
Diruta noſtra?
An templa deos ſuper uſta ſuos?
Non uacat iſtis lachrymare malis
Te magne parens flent Iliades.
Vidi, uidi ſenis in iugulo,
Telum Pyrrhi uix exiguo,
Sanguine tingui.
C. Cohibete lachrymas, omne quas tps petet
Troiades / & ipſæ ueſtra lamentabili
Lugete gemitu funera / ærumnæ meæ
Socium recuſant / cladibus queſtus meis
Remouete / noſtris ipſa ſufficiam malis.
Ch. Lachrymas lachrymis miſcere iuuat.
Magis exurunt, quos ſecretæ
Lacerant curæ.
Iuuat in medium deflere ſuos,
Nec enim, quamuis dura uirago
Patienſq; mali,
Poteris tantas flere ruinas.
Non quæ uerno nobile carmen
Ramo cantat triſtis Ædon
Ityn in uarios modulata ſonos.
Non, quæ tectis Biſtonis ales
Reſidens ſummis impia diri
Furta mariti garrula deflet,
Lugere tuam poterit digne cõqueſta domum,
Licet ipſe uelit clarus niueos
Inter olores.
Iſtrum Cicnus, Tanaimq; colens
Extrema loqui. licet Halcyones
Ceyca ſuum fluctu leuiter plangente ſonent,
Cum tranquillo male confiſæ
Credunt iterum pelago audaces:

ris: Nec grege pmixto pueri in nuptiæq; puellæ &c. ¶ Et licuit, & nobis erat integrum deprehendere dolos græcorum niſi omnino fuiſſemus inſanæ. ¶ Vt ipſi: ut iã q̃q; pœnas luerent fallaciæ ſuæ ipſi græci.

BER. ¶ Votiua: quibus agerent gratias diis. ¶ Vultus. ſ. lætitiæ: ſimiliter omnes erãt læti. ¶ Ignes: rogos hectoris. ¶ Hecube nominatiui caſus. ¶ Quid nũc: ideo cũ habet tot calamitates: dicit quid primo lugere debeat: aut ultimum. ¶ Non uacat: non eſt ocium & tẽpus. ¶ Magne parẽs: priame. ¶ Iugulo gutture. Exiguo: qa modicus ſanguis erat. ¶ Cohibere: ſubſequitur Caſſandra dicẽs ne mulieres troianæ fleant priamum patrem ſuum: ſed potius ſuos: illi autem reſpõdent ſe uelle cõlcare dolorem ſuum: quia ipſa non poſſet ſufficere tãto luctui etiã ſi haberet ſocias aues quæ ſemp plorãt. ¶ Queſtus: lamẽtationes. ¶ Sufficiam: per me potero lugere. ¶ Secretæ: ĩcluſe. ¶ Exurunt: affligunt. ¶ Dura uirago: licet ſis fortis nõ poteris ſola flere tantas ruinas. ¶ Triſtis edonis: philomena thracenſis filium ithim interfectum in auem conuerſa plorat: ut plene ſcri. Oui. Pẽdet textus uſq; lugeñ ille nõ poſſent digne lugere caſum tuum. ¶ Verno: tempore ueris ſic catullus: qualis ſubdenſis ramorum ↄcinit umbris. ¶ Daulias: abſumpti fata gemẽs ithilli. ¶ Aedonis: thracenſis: nõ qd ipſa eſſet de thracia ſed ibi mutata in auem ¶ Aedonis mons thraciæ declinañ & ædon teſte Lucano. ¶ Biſtonis. thracenſibus pgnem ipſam intelligit in auẽ conuerſam quæ impia mater filium ithim tereo marito comedẽdum appoſuit. ¶ Furta: adulterium cum philomena ſorore: ut ſcri. Ouid. lib. vii. meta. ¶ Cygnꝰ, auis flebiliter canens de qua ſuperius uidimꝰ. ¶ Hiſtq; & thanaim, fluuios traciæ. ¶ Extremã: nam ut teſtatur Pli. cum ſentit mortem ſuauius & flebilꝰ cantat. ¶ Alcyones: aues flebiles alcyone uxor ceycis uidens cadauer mariti merſi in mare ad littus properans in auẽ conuerſa eſt: ibi flebiliter nidificat: de hac ſcribit Propertius & Oui. & Pli. in penultimo: ipſeq; alcedinem appellauit his uerbis q̃ mire dulce eſt cum ibi alcedo pullos educit ſuos. ¶ Ceyca: accuſatiuus eſt græcus. ¶ Male cõfixe. ſ. tranquillitati maris. ¶ Audaces ſcribit idẽ Pli. lib. v. Alcyones aues paulo minores paſſeribus: hẽtq; maiori ex parte pẽnas purpureas candidis admixtas collo gracili ac pcero quas uideri cõtingit raro: quia nunq̃ niſi circa ſolſticia & in bruma inq̃ oua deponũt apparẽt. Nã tunc quoq; medio fere hyemis in mari nidificãt: quo tpe ſi pontus vodoſus fuerit: ipſis ouis manſueſcit. Caduntq; pcellæ oẽs donec alcyones poſita oua fo ueant: & cũ ſeptẽ dies ſint quibus educunt pullos ſeptem alios adiungũt qbus partus enutriãt de quibus Oui. li. xi. met. dicit. Perq; dies placidos hiberno tpe ſeptẽ: incũbant alcyone pẽdentibus equore nidis. Tũ uia tuta maris: uentos cuſtodit & arcet. ¶ Aeolus egreſſu præſtatq; nepotibus æquor.

DAN. ¶ Magis exurunt, tectæ & lactentes curæ urunt & decoquunt animũ ideo euomendas execrandaſq; a penitiſſimo corde carnifices curas mane ſurgẽtibus cõſulit Plut. in quodam iocu lari & perfaceto apophtegmate: ergo iuuat expedit o Caſſandra palam ſuos deflere. ¶ Triſtis edõis: ales daulias luſciniam ſeu mauis hirundo. ¶ Edonis, forma patronimica: & producit naturaliter penultimã. ¶ Theocritꝰ, εἴην δ' ἀηδὼν μὲν ἐν οὔρεσι Χειμῶνι μέσῳ. ut ſuperius etiã noui. Solus Lucanus arbitror ex auctoritate ſyſtolen fecit. ¶ Alciones: euſtachius grammaticorum eruditiſſimus erat hanc dictionem aſpirari licet: torqueatur ab ἅλος καὶ κύω etenim ante a ſequente. x. aſpirationem perdit. Plautus appellat alcedinem ut meminit Plutarchus in penulo quam mire dulce eſt cũ ibi alcedo pullos educit ſuos quem locum quidam male expoſuit de philomena ſentiẽs huius uolucris i odyſſea meminit Homerus & Plinius in. v. & Ouid. in conſolatoria ad Liuiam: & Ouidi. in vndecimo mutationum.

Fœtuſq; ſuos nido pauidæ titubante fouent.
Non ſi moles imitata uiros
Triſtis lacerer brachia recum,
Quæ turritæ turba parenti
Pectore rauco concita, buxum
Ferit, ut phrygium lugeat atym.
Non eſt lachrymis Caſſandra modus.
Quia quæ patimur uicere modum.
Sed cur ſacratas diripis capiti infulas?
Miſeris colendos maxime ſuperos reor.
Ca. Vicere noſtra iam metus omnes mala.
Equidem nec ulla cœlites placo prece.
Nec ſi uelint ſæuire, quo noceant, habent.
Fortuna uires ipſa conſumpſit ſuas.
Quæ patria reſtat? quis pater? quæ iam ſoror?
Bibere tumuli ſanguinem, atq; aræ meum.
Quid illa felix turba fraterni gregis?
Exhauſta nempe. regiam miſeri ſenis
Vacuam relicti totq; per thalamos uident
Præter Lacenam cæteras uiduas nurus.
Tot illa regum mater, & regimen phrygum
Fœcunda in ignes Hecuba. fatorum nouas
Experta leges, induit uultus feros.
Circa ruinas rabida latrauit ſuas
Troiæ ſuperſtes, Hectori, Priamo: ſibi.
Ch. Silet repente phœbas: & pallor genas:
Creberq; totum poſſidet corpus tremor.
Stetere uittæ/mollis horreſcit coma.
Anhela corda murmure incluſo fremunt.
Incerta nutant lumina/& uerſi retro
Torquentur oculi/rurſus immites rigent.
Nunc leuat in auras altior ſolito caput.
Graditurq; celſa nunc reluctantes parat
Reſerare fauces/uerba nunc clauſo male
Cuſtodit ore: Mænas impatiens dei.
Ca. Quid me furoris incitam ſtimulis noui:
Quid mentis inopem ſacra parnaſis iuga
Rapitis? recede phœbe: iam non ſum tua.
Extingue flammas pectori infixas meo.
Cui nunc uagor ueſana? cui bacchor furens?
Iam Troia cecidit/falſa quid uates ago?

BER. Fœtus: oua ſua. Titubante: tremēte uel ex ſcopulo: uel in littore. Nō ſi: hanc fabulā ſcribit Oui. li. iiii. faſtorum athim pueꝝ phrygium cybele deoꝝ mater caſto ſibi amore deuinxit: iuſſitq; ut purus perſeueraret: & ſua templa tueret & ſubdit Oui. ille fidē iuſſis dedit & ſi mētiar inquit. Vltima q̃ fallā ſit uenus illa mihi. Sed deinde uel pręceptoꝝ oblitus: uel libidine uel amore deuictus fallit: & nympha Sagarathide deſinit eē quo fuit. Quare: cū ea nympha pœnas dediſſet ac periſſet: puer in furias cōuerſus: putans domos ruere tectum oē diffugit: & per ſumma dimdimi montis phrygiæ: qui deæ ſacer eſt furioſe diſcurrens arrupto lapideo cultro ſe ipſum excaſtrauit dicente Oui. Ille etiā ſaxo corpus laniauit acuto: lōgaq; non iſido puluere tracta coma eſt, o uox q̄ fuit merui meritas do ſanguine pœnas, ah pereāt partes quę nocuere mihi: ah pereāt dicebat ad huc onus iguinis aufer. Cū ergo athys p eum modū ſe exercuiſſet: uenit in id exēplū: ut oēs qui matri deū miniſtrare cupiunt, ſeipſos excaſtrare debeāt: dicente Ouidio in pręfato li. Venit in exēplū furor hic molleſq; miniſtri: Cedūt iactatis uilia mēbra comis. Verum hi cū matri deū ſacra litabant ꝓprio ſibi ſanguine crines iungebant & caput ide rotātes futura pręſagire credebant. Nō ſi: ſupple lugeat. Molles: caſtratos coribātes gallos. Turrite: cybeli q̄ habet coronā ex turrib⁹. Rauco pp clamorē. Buxum: tibiā ex buxo. Modus: terminus lachrymis nō eſt. Sed cur. dū loquit̄ uidet chorus caſſandrā deponentē ornamēta ſacerdotalia cū maxime eo tēpore miſero deos: cū nihil peius poſſint ſibi dare. Oēs met⁹: nihil timeo ampli⁹: cū oia mihi ſint erepta. Quo: nō hñt aliqd malū quo nocere poſſint mihi. Quæ pria. q. d. nulla: vnde declarat qđ ſibi nihil reſtet. Bibere tumuli: hoc dic̄ pp polyxenā ad tumulū achillis interfectā. Aræ: dicit pp Priamū ad arā iouis interfectū. Gregis: nam priamus quinquagita filios habuit. Senis. ſ. priami. Relicti. ſ. uident familiā uacuā. Præter lacena: helenā q̄ menelaū hēt & prius habuerat fratrē meū paridē indignatiue loquit̄. Nutus: uxores filioꝝ priami. Hecuba: appoſitiue regimē: nā fuit aīo uirili: pia & benigna. Nouas leges: qa ſcribit̄ uerſa in cane teſte Oui xiiii. meta. In ignes. i. rogos: nā oēs filios cremari uidit. Induit: ſuſcepit cū facta fuerit canis ſuperſtes, q uixit ultra alios. Sibi: nā poſt hecubā mulierē: ipſa quoq; uixit canis. Silet: uiderat chorus caſſandrā deponere uittas: nūc āt pallidā & uariantē colorē: nec uerba exprimētē pp ſpiritū Apollinis urgentē. Phœbas. uates caſſandra. Horreſcit erigit̄. Torquent̄: tanq̄ fugiāt ſpm. Rigēt: ſtant firmi. Altior: uī maior quā añ. In auras: in altū. Reluctātes: cōtra nitentes nollet loqui ſed ſpūs cogit aliquando ſciūt & non poſſunt dicere. Reſerare aperire. Impatiens: non ualens pati deū. Menas: ꝓprie ē bacca: ſed ibi p uate furioſa ponit̄. Quid uerba. Caſſandra reſiſtētis phœbo. Stimulis: ſicut ſolet incitari equus: nam poetæ de phœbade loquūtur more eqtantis. Parnaſi: ubi colebatur Apollo. Phœbe: non ſum amplius tua, ſed agamēnonis. Flammas, quas ingeris ad diuinationē. Cui ad ultionē cuius nulla eſt cauſa cur debeam uaticinari. Furēs: uaticinās.

DAN. Turba: cybeli q incitabant̄ caſtrabāt̄: hauſtu galli iſanirēt: ē gallus fluui⁹ in galatia phrygiæ a quo nomē traxere mr̄is deū ſacerdotes auctor Plinius. v. ca. xxxii. Athim athis puer cybelis pmiſſam corpis integritatē i ſagaratide nympha rūpere coactus bñ ob in qđ inſaniā uſus ſibi acuta teſta trūcauit cliterlines id qđ denotat ſemina non producī decuſſis floribus. Athis. n. deſignat flores cliterlini uero ſpmata. auctor Euſebius i euangelica ꝑparatione in li. iii. Nec ſi uelint: iam ſunt inermes dii adeo crebra eoꝝ in nos pugna & colluctatio fuit. Relicti: ſupſtites uideat uacuā regiā. In ignes in exitium patriæ q peperit Paridem: uel quot filioꝝ uidit tot funera & rogos. Stetere: in horruere aut erectæ ſunt. Nutant: tremunt mouent̄ quaſi malū minātes & Chorus ad ſpectatores inſanæ uatis habitū ex quadam occaſione depingit. Mœnas inſana & furibūda παρατο μαινομαι. Iuuena. Crimenq; retant ululante priapo mœnades.

Bacchor

BER.

Vbi ſum? fugit lux alma: & obſcurat genas
Nox alta & æther obditus tenebris latet.
Sed ecce gemino ſole præfulget dies.
Geminumq; duplices argos attollit domos.
Idæa cerno nemora fatalis ſedet
Inter potentes arbiter paſtor deas.
Timere reges moneo: furtiuum genus.
Agreſtis ille alumnus euertet domum.
Quid iſta uæcors tela fœminea manu
Diſtricta præfert? quem petit dextra uirum
Lacena cultu ferrum amazonium gerens?
Quæ uerſat oculos alta nunc facies meos?
Victor ferarum colla uexatus iacet:
Ignobili ſub dente Marmaricus Leo
Morſus cruentos paſſus audacis leæ:
Quid me uocatis ſoſpitem ſolam e meis
Vmbræ meorum? te ſequor tota pater
Troia ſepulta frater auxilium Phrygum:
Terrorq; Danaum: non ego antiquum decus
Video: aut calentes ratibus exuſtis manus.
Sed lacera membra: & ſaucios uinclo graui
Fortes lacertos: te ſequor nimium cito
Congreſſe achilli troile: incertos geris
Deiphœbe uultus: coniugis munus nouæ:
Iuuat per ipſos ingredi ſtygios lacus.
Iuuat uidere tartari ſæuum canem:
Auidiq; regna Ditis. hæc hodie ratis
Phlegethontis atri regias animas uehet:
Victamq; uictricemq;. uos umbræ precor:
Iurata ſuperis unda te pariter precor:
Reſerate paulum terga nigrantis poli:
Leuis ut Micenas turba proſpiciat Phrygum.
Spectate miſeri fata ſe uertunt retro.
Inſtāt ſorores ſq̄lidæ/ſanguinea iactāt uerbera.
Fert læua ſemuſtas faces, ardētq; palētes genæ.
Et ueſtis atri funeris exeſa cingit ilia.
Strepuntq; nocturni metus/ & oſſa uaſti corpis
Corrupta lōginquo ſitu palude limoſa iacent.
Et ecce deffeſſus ſenex ad ora ludentes aquas
Nō captat oblitus ſitis: mœſtus futuro funere.
Exultat: & ponit gradus pr̄ decoros Dardāus.
Ch. Iam peruagatus ipſe ſe fregit furor:
Caditq; flexo qualis ante aras gradu
Ceruice taurus uulnus inciſa gerens.
Releuemus artus entheos. tandem ſuos
Victrice lauro cinctus agamemnon adit.
Coniuxq; pariter obuios illi tulit
Greſſus/reditq; iuncta concordi gradu.

¶ Bacchor inſanio. ⁋ Falſa: quia non creditur mihi. ⁋ Vbi ſum: ingredit̄ ſpūs q ſibi oēm mētē mutat. ⁋ Abdit⁹: occultat⁹ nō vr̄ mihi. ⁋ Gemino ſole furiatis & ebriis oia vidēt̄ geminari. ⁋ Argos: pr̄ia Agamēnōi. ⁋ Idæa: mōtis idæ vbi Paris tulit ſniam inter deas. ⁋ Furtiuū. h. d. pp ægiſtū: ſed ad ſiſ̄itudinem paridis. ⁋ Agreſtis: ægiſtus nutritus fuit i argis: nā cū natus eēt ex Pelopeia ob pudorē piectus ē: & a capris nutritus ē vn̄ nomē ægiſthi aſſumpſit: nā argos capra dr̄ hic tādē ad regiam ductus Agamēnonē a bello troiano redeūtē iterſecit vna cū clytēneſtra. ipſe aūt tādē & clytēneſtra ab horreſte iterfecti ſunt. ⁋ Quid iſta videt, ēt mulierē armatā ſecuri more amazonum. ⁋ Diſtricta, euaginata. ⁋ Lacena: hn̄s cultū lacedemoniū ⁋ Ferrū ſecuri amazoniā. ⁋ Quæ verſat: tertia imago offert̄ ſibi videt leonē victorem ferrarum lacerari ab vna leena. Facies: apparētia ⁋ Marmaricus. magn⁹. vt ſunt i marmaria regiōe verſus ęgyptū, hic erit agamēnō victor q a muliere occidet̄ ignobili, vili & fœmineo. ⁋ Quid me, nūc accedit ad diuinationē de morte ſuorum & ipſiuſmet. ⁋ Vmbra: aiæ uidebat̄ ita ſibi videre ſuos. ⁋ Pater priame, ⁋ Solā, qa oēs mei mortui ſunt excepta me. ⁋ Troia ſepulta, iterēptis oib⁹ nr̄is. ⁋ Fr̄ hector appoſitiue auxiliū & terror videbat̄ illi videre hectorē. ⁋ Exuſtis: nā hector ignē tulit ad naues gręcorum nō video te nūc talē: ſʒ laceratū. ⁋ Troile, Fr̄ q adoleſcētulus ꝯgreſſus cū Achille iterēptus ē. ⁋ Incertos q non pn̄t cognoſci, nā vt ſcri. Virg. in. vi. æneí. trūcis narib⁹ & auribus & vmbra deiphœbi appuit æneæ. ⁋ Munus, domū nouæ cōiugis helenæ q̄ poſt mortem: paridis illi nupſerat: & ſupræma nocte illū ꝓdidit dicēte Virg. Intra tecta vocat danaos & limina pādit. ⁋ Canē: cerberum. ⁋ Auidi: qui oia deuorat. Hæc ratis: cymbā carōtis quā videbat̄ videre hodie vehet aias regias itelligit aiam Agamēnonis actā, ſ. ipulſam violēter ex corpore nā occiſus fuit ferro. ⁋ Victā, ſ. meā & victricē Agamēnōis. ⁋ Iurata vnda: ſtigiā pallndē itelligit: rogat deos vt aperiāt terrā vt aiæ troianorum poſſint videre vidictā de morte Agamēnonis. ⁋ Terga ſupficiē terrę nā ipſi ſunt i cētro. ⁋ Poli nigrātis: cœli vr̄i iferualis obſcuri. ⁋ Leuis, ſine corpore: nā aiæ icorpeæ ſunt Mycenas: vbi occidet̄ agamē. nā ut igt Iuue. Vidicta bonū vita iucundius ipſa. ⁋ Spectare: vertit ſmonē ad aias troiāo. ⁋ Fata dii: q nobis fuerāt inimici: nūc ſe vertūt ꝯtra gręcos. ⁋ Sorores: furię de qb⁹ diximus. ⁋ Leua ſiniſtra. ⁋ Illa. ſ. furiarum apparat ſecū habitu mortifero. ⁋ Nocturni: qa ſolēt errare i nocte. ⁋ Vaſti gigātū q ſunt i pricipio inferni. ⁋ Senex: tātalus q adeo triſtabat̄, vt ſitis ſue nō recordaret̄ pp Agamēnonē nepotē ſuum. ⁋ Futuro, morte Agamēnonis futura. ⁋ Pater: auctor troię ecōtrario letabat̄ dardan⁹ in vindictā ſuorum. ⁋ Cadit, nā phœbades decedēte ſpiritu: ut ſcri. Vir. Exaoimes relinquebāt̄. ⁋ Releuem⁹, dicunt mulieres Troianę. ⁋ Entheos: concitatos ſpiritu. ⁋ Victrice: dat locum ſequenti ſcenæ.

DAN.

¶ Fatalis: capitalis pr̄iæ & nobis. ⁋ Fœmia manut ad Clytēneſtrā ptinet hoc vaticiniū. ⁋ Ferrū bipēnē armant̄ ſecuribus & pelris amazones vt tradit Apol. in. ii. & Pētiſilea amazonū regina teſte Pli. iuenit ſecurim pria. ⁋ Ferarum, troiāotū. Marmaricus leo Agamēnon. ⁋ Deiphœbe: deiphœbus priami ex hecuba fili⁹ cui nupſit helena poſt paridē q̄ dictio cū gręce ſit δειφοβοσ nullo mō latine deiphœbus dici pōt: vt docet paſſim lectio homerica: pōt āt iterpretari fuga vaſtationis nā φοβοσ fuga & δειζο populor, ſʒ prius dicebat̄ deiphœbus. ⁋ Victā & victricē: ſbimus æqua ſorte & neceſſitate victi pariter & victores i ifernū hodie, oēs. n. vna manet mors & tēptāda ſemel via leti recte meminit Ora. numeroſus & doctiſſimus i tertio carminū æqua lege neceſſ

ſitas ſortiſ iſignes & imos. Oē caput mouet vrna noſ mē. ¶ Iurata, paſſiue poſu it pricipiū abſoluto. ¶ Poli. i.proprie dictū. ¶ Futuro ſu.nepotis agamēnonis ¶ Flexo gradu . cernuus & ꝯcumbēs qd graci dicunt οκλαϲ Apollo. in tertio de tauris quos domuit Iaſon. τονδ᾽ εν χθονικα βαλλετο κλαξ ριμφα ποδ᾽ει ποσ σακροισασ χαλκεον.

BER. Tandē. Hic eſt q̄rtus actus i quo reditus Agamēnonis i vrbē: veniēs agamēnō vidit Caſſandrā exanimā iubetq; eā refocillari aqua ut reuiuiſcat, demū cū reſipiſciſſet, vaticinat̃ ſine furore mortē Agamē. ¶ Gelido la. aq̄ frigida. ¶ Marcēte, deficiēte, iā icipit leuari. ¶ Feſtus & troiæ: vr̃ dicere de vna re & itē dit aliā, troia habuit diē feſtū & iō pdita fuit qn̄ miſſus eſt equus. ¶ Pr̃, ēt priamus occiſus ē añ aras. ¶ Arceū, ēt pr̃ meus añ aras Iouis arcei iterēpt⁹ ē. ¶ Credis loco, cū ſim myceñis tu rn̄des tanq̄ ſis troiæ. ¶ Helena, q̄ ſemp ē cā ruinæ ſed itelligit a ſiſi clytēneſtrā. ¶ Libertas: ut īngt Ci. neſcit ſeruire q voluit mori. ¶ Nō timet: q̄ non credis. ¶ Hanc: credit agamēnō ipſā furiatā vñ iperat famulis, & illam teneāt donec ceſſerit furor. ¶ Ad te: vtit ſmonē ad Iouē. ¶ Sororē, iunonē. Pollētis: potentis oia. ¶ Viri: mariti. ¶ Dōis, thure. ¶ Fibra: ps p toto. i. victima.

DAN. Tandem reuertor, Secūda ps Agamēnōis iā agit & quartus actus i quo lætus victoria & diues Troiana pda Agamemnō reuertit. Mycenias. laſſam aūt Caſſandrā relicto ſpū appollonico iuitat ad cōem deoꝝ cultū id qđ renuit Caſſandra añ aras Iouis herei im miſericorditer: & turpiter patrē pcubuiſſe recordata. ¶ Refouere ge.la. aquā in faciē iſufflare dōec redeat in ſe. ¶ Marcēte: natāte. lāguido. ¶ Herce⁹ Iuppiter: quēadmodū i oña caſtigatione admonuimus colebatur intra domeſtica ſcepta quē alr̃ deū penetralē appellabāt. ¶ Pelliſq; nubes,

ACTVS QVARTVS.

Trimetri Iambici.

AGAMEMNON. CASSANDRA.

Tandē reuertor ſoſpes ad pſ̃ios lares:
O cara ſalue terra:tibi tot Barbaræ
Dedere gentes ſpolia.tibi felix diu
Potentis Aſiæ Troia ſummiſit manus.
Cur iſta uates corpus effuſa:ac tremens
Dubia labat ceruice?famuli attolite:
Refouete gelido latice/iam recipit diem
Marcente uiſu/ſuſcita ſenſus tuos.
Optatus ille portus ærumnis adeſt.
Feſtus dies eſt.Cas.feſtus & Troiæ fuit.
A.Veneremur aras.Caſ.cecidit añ aras pater.
A.Iouem precemur pariter.Caſ.Herceū Ioue?
A.Credis uidere te Iliū? Caſ.& Priamū ſimul.
A.Hic troia nō ē.Caſ.ubi helena ē troiā puto.
A.Ne metue dn̄am famula.Caſ.libertas adeſt.
A.Secura uiue.Caſ.mors mihi ē ſecuritas.
A.Nullū ē piclū tibimet. Caſ.at magnū tibi ē.
A.Victor timere qd poteſt? Caſ.q nō timet.
A.Hanc fida famuli turba:dum excutiat deū:
Retinete:nequid impotens peccet furor.
At te pater:qui ſæua torques fulmina.
Pelliſq; nubes:ſydera:& terras regis:
Ad quem triomphi ſpolia uictores ferunt.
Et te ſororem cuncta pollentis uiri
Argolica Iuno.pecore uotiuo libens
Arabumq; donis:ſupplice & fibra colam.

Verſus Aſclepiadei:Iambici:Trochaici:& Sapphici.

CHORVS GRÆCORVM.

Argos nobilibus nobile ciuibus:
Argos iratæ carum nouercæ:
Semper ingentes educas alumnos.
Imparem æquaſti numero deorum.
Tuus ille biſſeno meruit labore:
Allegi cœlo magnus alcides.
Cui lege mundi Iuppiter rupta:
Roſcidæ noctis geminauit horas:
Iuſſitq; Phœbum tardius:celeres
Agitare currus:& tuas lente
Remeare bigas candida Phœbe.
Retulitq; pedem alternis nomen
Stella quæ mutat:ſeq; mirata eſt
Heſperum dici.aurora mouit
Ad ſolitas uices caput:& relabens
Impoſuit ſenis humero mariti.
Senſit ortus:ſenſit occaſus:
Herculem naſci.uiolentus ille

in manu eſt Iouis & cogere & pellere nubes: ide Hom. ſępiſſime vocat Iouem nephcligeretā παρατο αſει ρο & νεφελη q̄ſi cōgregāſ nubes alr̃ dici ſolet Iuppiter nephelodes. i. nubibus. ad quē. Romæ erat tēplū Iouis feretrii cui Iouis ferebant ſpolia hoſtilia cōductū a Romulo ut tradit Plut. Hic aūt Seneca vr̃ ut aſſolēt poetę locut⁹ κατα τηυ σωτολη ſuad tpa ſua.

BER. Argos: introducit̃ Chorus laudana argos a nobilitate regū qđ pbat p labores Herculis Verſus ē aſclepiadeus: ſed interdū mutatur. ¶ Caræ: quia ibi colitur. ¶ Nouercæ: Iunoni. ¶ Impare: quare addidiſti Herculē cœlo. ¶ Biſſeno: duodecim. ¶ Adlegi: ad ſuperabundat. ¶ Roſcide: humide: nā ut vidimus: Iuppiter geminauit noctē qn̄ gn̄auit Herculē. ¶ Retulit, heſperus iuſſu eſt non uenire. ¶ Nomen: dū dēret vocari lucifer appellatus ē heſperus. ¶ Alternius, aduerbiū eſt viciſſim. Heſperꝰ nā bis ſtetit & bis heſpus appellatus ē, cū lucifer de mane appellari ſoleat. ¶ Auroræ: eodē mō fecit aurora quæ dormiebat apđ titonē maritū. ¶ Vices, vt veniret more ſolito. ¶ Relabēs: itꝫe cadēs cū capite redibat ad maritū nā cū ſurgit aurora: ut ſcribit Virg. dr̃ relinquere cubile. ¶ Titoni: vñ ſcribit titoni croceum linquēs aurora cubile. ¶ Senis, titoni mariti ſui. ¶ Sēſit, qa geminata eſt nox.

DAN. Argos. Octauū eſt carmē quod aſclepiadeo mō ſaphico inſcribit̃ metro mō etiā archilochi odimetro Argos laudibus pſequit̃ uoce cātantis chori ¶ Ciuib⁹, p̄ſerti hercule q ab euictoor be ſupis allegat⁹ ē & iuſta Iunōe apotheoſim ꝯſequutus. ¶ Roſide: roriferæ & humecte. ¶ Geminauit: ex tēdit triplicauit Lucretius thebas Alcmene qua dum frueret̃ olympi rector lucifeꝛ ter iuſſerat Heſperon eſſe triplicauit noctē Iuppiter dum pararet magnum opus & ut ſuus daret deliciis terminus non breuis.

¶ Subſtitit,

BER. ¶Subſtitit, firmauit ſequi ſemper moueri ſolet. ¶Tibi: ꝓpter. ¶Nemus: leo in nemea ſilua duodecim iſti labores in Hercule furēte explicati fuerunt. ¶Parraſis, archadica. ¶Populator: i vaſtator aprorum. ¶Dictæa creteuſia. ¶Fœcundū: renaſcētē: idrā itelligit. ¶Geminoſq; fra. gerionē intelligit hiſpanum. ¶Stipite: claua icuſa ſupra caput gerionis: & fratres quos geminos appellat: cū eſſent tres ſed ꝓprie gemini ſunt nati eodē partu. ¶Treiciū: itelligit diomedē & equos ſuos: equos paſcebat carne humana. ¶Vltimis. ſ. ipe Diomedes q ab Hercule equis ſuis appoſitus eſt ad comedendū. ¶Rictus: ora. equorum. Aurige. ibi aurigam ponit pro Diomede. ¶Hyppolite: regia amazonū. ¶Spolium: balteū quo erat cincta. ¶Stymphalis: aues ſtymphalides ſagittis cōfecit Hercules. ¶Arbor: intelligit horros heſperidum aureis pomis ſpoliatos. ¶Leuiore ſpoliato pomis nā prius pēdebat pp onus. ¶Frigidus cuſtos, ſerpens peruigil ad cuſtodiam orti audiuit Herculē cū ignib⁹ qn ſpoliauit ortum. ¶Plenus, onuſtus illis pomis. ¶Tractus: cerberū itelligit ad ſupos tractū. ¶Triplici: qa tria capita hēbat. Mēdax fallax nā pciū neptuno & Apollini negauit q pgama ſtruxerāt. ¶Succidit, cecidit. ¶Arcus iterū, nā fatarū erat troiam non poſſe capi iterū ſine ſagittis Herculis: qḋ factū fuit ut ſupra narrauim⁹ cū philothetes illas haberet.

BER. RES agit. Hic eſt quītus act⁹ in quo hētur: mors Agamēnonis quę nō poteſt agi in ſcena ſed tractaſ p viſionē & vaticiniū caſſandrę. ¶Magna: qḋ nō fuit talis troia in decem annis. ¶Preciū, qa vindictā hoſtis. ¶Vicimus: quia hoſtis occidit. ¶Tranſiſti ſicut corruiſti, ita nunc corruit res mycenarū. ¶Dat ter. qa fugit. ¶Tā clara: nūq̄ vidi p vaticiniū tā clarā rē. ¶Prouidæ, ante uidentis.

Nocte non una poterat creari:
Tibi concitatus ſubſtitit mundus:
O puer magnum ſubiture cœlum.
Te ſenſit nemeæus arcto
Preſſus lacerto fulmineus Leo,
Ceruaq; Parrhaſis.
Senſit archadii populator agri.
Gemuitq; Taurus Dictæa linquens
Horridus arua.
Morte fœcundum domuit draconem.
Vetuitq; collo pereunte naſci.
Geminoſq; fratres pectore ab uno
Tria monſtra natos: ſtipite incuſſo
Fregit inſultans. duxit ad ortus
Heſperium pecus Geryonei
Spolium triformis.
Egit Threicium gregem.
Quem non Strymonii gramine fluminis:
Hebri ue ripis pauit tyrannus.
Hoſpitum dirus ſtabilis cruorem
Præbuit ſæuis: tinxitq; crudos
Vltimus rictus ſanguis aurigæ.
Vidit Hyppolite ferox
Pectore e medio rapi ſpolium: & ſagittas.
Nube pcuſſa ſtymphalis alto
Decidit cœlo.
Arborq; pomis fertilis aureis
Extimuit manus inſueta carpi.
Fugitq; in auras leuiore ramo.
Audiuit ſonitum crepitante flamma
Frigidus cuſtos neſcius ſomni:
Linqueret cum iam nemus omne fuluo
Plenus alcides uacuum metallo.
Tractus ad cœlum Canis inferorum
Triplici cathena tacuit: nec ullo
Latrauit ore: lucis ignotæ
Metuens colorem. te duce ſuccidit
Mendax Dardaniæ domus.
Et ſenſit arcus iterum timendos:
Te duce concidit totidem diebus
Troia: quod annis.

ACTVS QVINTVS.

Trimetri Iambici.

CASSANDRA.

RES agitur intus magna: par annis decē.
Eheu quid hoc eſt? aie cōſurge: & cape
Pretium furoris: uicimus uicti phryges.
Bene eſt: reſurgis troia: traxiſti iacens
Pares Mycenas terga dat uictor tuus.
Tam clara nunquam prouidæ mentis furor

¶Furor: vaticiniū. ¶Non fallit, qa iterſum & video. ¶Spectamus: deſcribit ordinē rei: paraſ cōuiuiū agamēnoni qḋ erit tale: ſicut fuit troianis q credētes grecos diſceſſiſſe lętis cōuiuiis vocabāt: & illa nocte capti fuerūt. Oſtro iliaco, purpura quā ex pda troiana habuit. ¶Auro: bibunt pateris: q̄s olim habuit aſſaractus rex troiāorū. ¶Sublimis: in ſede alta ſedet agamēnon. ¶Exuuias: ornatus veſte q̄ fuit Priami regis. ¶Detrahere cultus, veſtē clytēneſtra iſtabat, ut depōeret illā veſtē, & ſumeret aliā: quā ꝓpriis texuerat manib⁹. Hoſtiles troiāos.

DAN. ¶Noctis nō vna, nā ſic breue opus cito pficiſ ita magnū op⁹ nō niſi lōgo tpe pfici pōt. ¶Geminos fra. exponunt nōnulli p geryonē nō placet. ¶Vidit hy. Hercules menalippē amazona dilexit & dilecta eſt potius hyppolite ei⁹ ſoror veritane alio auferret iſinita miſit munera Her. & zonā variā auctor Apol. rhodius l. ii. argonauticō. ισ-ϖϖο λυτηξωστηρα ϖαναιο λου εσ[ϛ]υαλιξεν. αμφιχασοισ υ ατιο οδεατ. ιμονα ϖεμ ϖενοϖιαστω &c. Arbor q; po. athlas rex paſcebat oues purpurea lana has rapuit herc. ide occaſio data fabulæ ē de aureis pōis: q̄ grece dīr τα μηλα. id qḋ ē mediū ouis & pomi vocabulū. ¶Fuluo met. piphraſis auri. ¶Dardaniæ: i troiæ. ¶Quot an. ſ. nōc occidit.

DAN. RES agiſ. Sanguis fundiſ agamēnonis manu ægiſti adulteri ſceleris duce & magiſtra fœmina occidiſ & Caſſandra vexaſ minis maternis electra filia quæriſ ad cædē: Oreſtes ceterū p ſororē occultatus eſt, ut maternæ necis occaſiōe paterna vlciſcaſ quītus actus. Carmen vero nonū & vltimū quod ſcribiſ metro archilochio tota hæc vltima pars de κλεπτρα Sophoclis uſurpata. ¶Par annis decem nō minoris ruinæ q̄ quæ illata eſt troię ſpacio annorū. x. ¶Precium furoris: in precium vaticinii ſit cædis Agamemnonis.

BER. ℭ Exul: ægiſtus: timeo referre quæ video Clytēneſtrā: & ægiſtū parare mortē Agamēnoni. ℱ Fata: ipſa mors. ℱ Dñi. Agamemnonis. ℱ Cruor: in menſa: ſanguis miſcebatur uino. ℱ Mortifera, Clytēneſtra īferens mortē. ℱ Exitū: q̄a nō poterat educere manus ex illa veſte. ℱ Manibus: p manicas. ℱ Sinus laxi: largi nō permittunt exire caput. ℱ Semiuir. ægiſtus timidus haurit. i. aperit latus Agamēnonis: nec magnū vulnus facit: q̄a in medio vulneꝛ ſtupebat nec audebat ꝑficere facinꝰ. ℱ At ille. ſ. Agamēnō erat tanq̄ aper hiſpidus. i. ſeptuoſus & horridus qui captus laqueo cū plus trahit tanto magis ligatur. ℱ Caſſe, laqueo. ℱ Arctat, ſtringit. ℱ Incaſſum: fruſtra q̄re nō pōt. ℱ Diſiicere, frangere. ℱ Cæcos: clauſas ueſtes. ℱ Implicitus, iplicatus in hac veſte. ℱ Hoſtē: a quo percuſſus erat: ſed nō uidet ℱ Tyndaris clytemneſtra. ℱ Qualis: fecit quēadmodū is qui vult ferire taurū ante aras, primo notat locū in quē vult ferire. ℱ Librat: eleuat. ℱ Habet percuſſus eſt: dū hæc vidit dicit clytēneſtrā percutiente: antiqui dicebant abſolute hēt. i. percuſſus eſt. ℱ Pendet: q̄ in totū nō potuit abſcindere. ℱ Murmure: na͡ȝ adhuc cadēs murmurabat ℱ Recedunt. nūc audet Aegiſtus ipſo Agamēnone perempto. ℱ Adiuuat. i. Clytemneſtra. ℱ Reſpondet: ſuis cōuenit & ſiſis eſt maioribus ſuis. ℱ Thieſte. ſ. perfido. ℱ Helene. ſ. ſcelerate qui delphœbum maritum lacerate fecit. ℱ Stat: ſol ob ſcelus firmauit ſe dubius an deberet fugere & obſcurari quēadmodū fecit quando thieſtes comedit filios: vnde dicit thieſtea uia. ſ. per quā fugit ꝓpter ſcelus Thieſtis.

BER. Vge, electra filia Agamēnonis videns patrē mortuum fratri Oreſti ɔſulit, ut fugiat ſeruetq́ſe ab iniqua parēte ut poſſit vlciſci mortem parētis. ℱ Hoſtiū. ſ. ægiſti & Clytēneſtre. ℱ Quid iſte, videt

Oſtendit oculis. uideo: & interſum: & fruor:
Imago uiſus dubia non fallit meos.
Spectamus. epulæ regia inſtructæ domo:
Quales fuerunt ultimæ Phrygibus dapes:
Celebrantur/oſtro lectus Iliaco nitet.
Meromq́; in auro ueteris aſſarici trahunt.
Et ipſe picta ueſte ſublimis iacet
Priami ſuperbas corpore exuuias gerens.
Detrahere cultus uxor hoſtiles iubet.
Induere potius coniugis fide manu
Textos amictus. horreo: atq́; animo tremo.
Regem ne perimet exul: & adulter uirum?
Venere fata: ſanguinem extreme dapes
Domini uidebunt/& cruor baccho incidet.
Mortifera uinctum perfidæ tradet neci.
Induta ueſtis exitum manibus negat.
Caputq́; laxi: & inuii claudunt ſinus.
Haurit trementi ſemiuir dextra latus.
Nec penitus adigit: uulnere in medio ſtupet.
At ille: ut altis hiſpidus ſyluis aper:
Cum caſſe uinctus: tentat egreſſus tamen.
Arctat atq́; motu uincla & incaſſum furit.
Capit fluentes undiq́;: & cæcos ſinus
Diſiicere/& hoſtem quærit implicitus ſuum.
Armat bipenni Tyndaris dextram furens.
Qualiſq́; ad aras colla taurorum prius
Deſignat oculis ante: quam ferro petat.
Sic huc: & illuc, impiam librat manum.
Habet. peractum eſt. pendet exigua male
Caput amputatum parte. & hinc trunco cruor
Exundat. illinc ora cum fremitu iacent.
Non dum recedunt. ille iam exanimem petit.
Laceratq́; corpus. illa fodientem adiuuat.
Vterq́; tanto ſcelere reſpondet ſuis.
Hic eſt thyeſte natus: hæc helenæ ſoror.
Stat ecce titan dubius emerito dies
Sua ne currat an thyeſtea uia.

Trimetri Iambici. Electra.

Vge o paternæ mortis auxiliū unicū:
Fugito ſceleſtas hoſtiū euita manus.
Euerſa domꝰ ē funditꝰ/regna occidūt.
Quis iſte celeres concitus currus agit?
Germane uultus ueſte furabor tuos:
Quos anime demens refugis? externos fugis?
Domus timenda eſt/pone iam trepidos metus
Oreſta. amici fida præſidia intuor.

Trimetri Iambici.

STROPHILVS. ELECTRA.

Hoc ide relicta ſtrophilus: Elea iclytꝰ
Palma reuertor/cauſa ueniendi fuit

ſtrophiū venientem timetq́; quo poſſit occultare frēm cum ſibi omnis fides dubia ſit: ſtrophius autē fuit rex phocenſis pr̄ pyladis amicus & ɔſanguineus agamēnonis q̄ clā mycenis Oreſtē ſeruādū ſubtraxit. ℱ Furabor, occultabo ne videant. ℱ Domus, domeſtici & mater ipſa, vnde nō ſunt fugiendi externi. ℱ Intuor, video Strophium amicum noſtrum.

DAN. ℭ Fide, ſarcaſmos. ℱ Exul auget in adulterio maliciā ℱ Inulta: impoſita. ℱ Vinctum, impeditum. ℱ Haurit: i fecit poeta per tunicā ſqualētem auro latus haurit apertum. ℱ Penitus: in altum pene intus Inuii cōſutiles ſine exito. ℱ Semiuir: inſultatio in meticuloſum mechum. ℱ Armat bipenni apud Sophoclem lamentans electra i hæc verba acredit ad hanc partem o mihi miſera mlta addas luge & multum pectus ſanguinolentum feriens: quātum miſerum meum parētem defleo quem ad barbaram terram cruētus mara non perimit mater & mœchus ægiſtus cruenta ſecuri perimunt ut ſolent calones quercū ſcindere ὅπωσ δερυν υλοτομοι σχιουσι καρα φοινιω πελεκει, &c̄ ℱ Habet metaphora a Venatore qui habet in caſſibus ferā. ℱ Emerito: quaſi iam perfecto.

DAN. VGE apud Sopho. ſubducitur conſcia Electra puer oreſtes & occultatᷓ a fido pedagogo: o puer quē ex cæde patris a tua ſorore recipiens ſeruaui & enutriui vſq́ ad hoc ætatis vt fores vltor cædis paternæ, nunc Oreſta & tu cariſſime hoſpitum Pylade conſulendum eſt quid fieri oporteat & cætera, τι χρη δραν ευτα χα βουλευτεον & cætera. ℱ Euita: caue. ℱ Hoſtium, matris, & adulteri. ℱ Domus: pater tuus Columen domus. ℱ Quos anime, correctio eſt in ſeipſam, & eſt in hoc proſcenio præparatio ſequentis ſcenæ apte quæſita.

ℭ Phocide

Gratari amico/cuius impulſum manu
Cecidit decenni marte concuſſum Ilium.
Quæ nam iſta lachrymis lugubrẽ uultũ rigat?
Paueoq; mœſta?regium agnoſco genus.
Electra luctus cauſa quæ læta in domo eſt?
Pater peremptus ſcelere materno iacet.
Comes paternæ quæritur natus neci.
Ægiſthus arces venere quæſitas tenet.
S.O Nulla longi temporis felicitas.
E.Per te parentis memoriam obteſtor mei,
Per ſceptra terris nota:per dubios deos:
Recipe hunc Oreſten, ac pium furtum occule.
S.Et ſi timendum cæſus Agamemnon docet,
Aggrediar/& te Oreſta furabor libens.
Poſcunt fidem ſecunda:at aduerſa exigunt.
Cape hoc decorum ludicri certaminis
Inſigne frontis:læua uictricem tenens
Frondem:uirenti protegat ramo caput.
Et iſta demum palma piſæi Iouis
Velamen eadem præſtet:atq; omnem tibi.
Tuq; o paternis aſſidens frenis comes
Condiſce pilade patris exemplo fidem:
Vos græcia nunc teſte ueloces equi
Infida curſu fugite præcipiti loca.
E.Exceſſit,abiit,currus effreno impetu
Effugit aciem.tuta iam operiar meos
Hoſtes.& ultro uulneri opponam caput.
Adeſt cruenta coniugis uictrix ſui.
Et ſigna cædis ueſte maculata gerit.
Manus recenti ſanguine etiamnum madent.
Vultuſq; præ ſe ſcelera truculenti ferunt.
Concedam ad aras/patere me uittis tuis
Caſſandra iungi:paria metuentem tibi.

Trimetri Iambici.

Clytemneſtra. Electra. Ægiſthus.

CASSANDRA.

HOſtis parẽtis impiũ atq; audax caput:
Quo more cœt? publicos uirgo petis?
E.Adulteroꝝ uirgo deſerui domum.
Cl.Quis eſſe credat uirginem? Ele.gnatã tuã?
Cl.Modeſtius cum matre. Ele.pietatẽ doces?
Cl.Animos uiriles corde tumefacto geris:
Sed agere domita fœminam diſces malo.
E.Ni forte fallor, fœminas ferrum decet.
Cl.Et eſſe demens te patem nobis putas?
E.Nobis? quis iſte eſt alter Agamemnõ tuus?

BER. PHocide veniebat ſtrophi? :vt Agamemnonẽ amicũ ſuũ viſeret victorem ex bello troiano redeuntem: ipſeq; lętus erat qa palmã habuerat in ludis olimpicis. ¶ Elea corona habita: apud elidem ciuitatem in certamine Iouis olympici. ¶ Concuſſum: fractum. ¶ Quæ nam: ſed cum appropinquaret vidit electrã virginem plorantem: rogatq; cãm luctus ſui. ¶ Natus: Oreſtes quęritur vt interficiatur. ¶ Venere: adulterio matris. ¶ Longi temporis: ut inquit poeta magni breuis ẽ fortuna fauoris. ¶ Dubios: incertos ita tibi poſſet accedere. ¶ Et ſi: q̃uis uideã: q̃ iſti potuerunt opprimere potentiſſimum regem: tuum accipiã puerum ſeruandum. ¶ Timendũ. ſ. eſſe. Furabor occultabo. ¶ Fidẽ: notabilis ſententia: poſcunt quaſi inuitat. ¶ Exigunt: quaſi debitam: nam nullis calamitatibus debet mutari fides ¶ Cape: dat puero inſignia: quę habuerat in certamine olympico ramum palmæ & coronam. ¶ Leua: manus ſiniſtra. ¶ Piſei, qui apud ipſam colit: hoc erit tegẽdum uultum ne qs cognoſcat: & augurium futuræ victorię. ¶ Condiſce o pilade fili qui mecum ex incurſu exempli mei diſce amicitiam colendam eſſe. ¶ Vos vertit ſermonem ad equos ſuos, dicens equi qui fuiſtis citi ad palmam nũc omnium gręcorum. ¶ Pręcipiti: velocis. ¶ Operiar: expectabo poſtq̃ abiit frater. ¶ Victrix: Clytemneſtra dicens hæc audit matrem egredientem ut interficeret heſtorem. ¶ Præ ſe, ferunt demonſtrant. ¶ Cõcedam: ibo ad aras vbi eſt Caſſandra & eam alloquitur. ¶ Vittis: quibus ligabatur qui imolandi erant: & qui ſacrificaturi diis pręceps fundebant. ¶ Paria: ſimilia: ut tu. ſ. mortem.

Strophius ſecum veniens phocide. ¶ Venere adulterio capitali partas. ¶ Et ſi timendum, apte oſtenditur fidi hoſpitis ītegritas atq; cõſtantia qui ī aduerſis nõ det terga ſed ſe vltro auxiliatorem offerat: & amicũ fidelem. Oreſta vocandi caſus a græca inflexione detortus eorũ. quæ habet. τ. in vltima ſic apud Sopho. ννων ορεσα και συφια τα τεξεναι πυλαδ τι &c. ¶ Fidẽ ſecũda ꝓſpera fortuna. n. facile amicos inuenit aduerſa periclitaĩ & ꝓbat. ¶ Ludicri cer. luſoriĩ certaminis q̃ Hercules inſtituit in funere: pelopis & victorem ī ipſo ludicro apio coronari. ludicrus ludicra ludicrum ſecũde inflexionis. ¶ At priſcia. tertia eſſe inuenit. a ludo deriuatum eſt aut quodcunq; luſorium & ioculare. ¶ Piſei Iouis. olipici Iouis: in cuius honorẽ olympia celebrabãĩ apud piſam & helidem quę quinto quoque anno fieri ſolebãt vnde primum computari p luſtrum cœpta ſunt tempora ob Hercule inſtitutore certaminis uſq; ad primã olympiadem ſupputanĩ. cccc. xxx. anni. ¶ Aciẽ conſpectum hoſtilem.

BER. HOſtis parentis. Arguit Clytemneſtra filiam electram q̃ virgo audeat venire in turbã virorum. ¶ Parẽtis mei: matris tuę. ¶ Impium, appoſitio eſt. ¶ Gnatum ſimilẽ tibi: indignatiue loquitur. ¶ Modeſti?. ſ. loquere. Doces. ſ. audaciam naꝫ audax nimium occidiſti patrem. ¶ Agere fœminaꝫ. ſ. eſſe manſuetam. ¶ Malo, ſupplicio. ¶ Ferrum: hæc obiicit matri. ¶ Nobis: quia tu loqueris in plurali quis eſt iſte alter tuus. Agamemnõ qui tecum rex ſit: qbus par eſſe non poſſim.

DAN. HOſtis: apud Sophoclem clytemneſtra arguit. Electram impudentis & duri oris contra illa reſpondens: aut diſco a te mater quando quæ vidi faciam indecentia: ſed nempe ex te infœlicia opera cogunt me talia moliri mala enim a malis diſcũĩ. αισχρα παρα ματιχδ εις εσχεται &c. quo quidem dialogo videtur de induſtria facta imitatio ob multorum tranſlationem

DAN. PHocide: Clytẽneſtra Oreſtẽ inſectatur vt occideret eum patre oportune igiĩ procedit Strophius cuius fidei creditus puer occultetur. Electra vero ad Caſſandram confugiet eſt autem ſecunda pars noni carminis loquitur

In hac ſcæna quæ continèt Clytemneſtræ inſectatione & iurgia immaniſſima contra Electram quæ confidentius matri reſpōdeat quam decet & filiam, & virginem adeſt ab alia parte ægyſthus acrius inſultans & matris quam depudicauerat cauſam ſuſcipiens in puellam. ¶ Quis eſſe credat: apud Sophoclem impudentiæ electre his verbis inſultat Clytemneſtra ωϑρεμμαναιδε σισεγα καιτα μεσωι, και ταρσα ταμα ωολλαγαν λεγειν ωοιει. ¶ Fœminas ferrū decet: ut iam cernere eſt ferrum conuenit: & cōceſſum eſt fœminis non colus non penſum. ¶ Nobis: correctio quod melius dixiſſet mihi.

BER. ¶ Tu uidua, tu loqueris tāquam regina vbi eſt rex tuus: nam ſunt correlatiua rex & regina mortuo rege non eſt regina. ¶ Ediſſere: interrumpit uerba electre dic vbi ſit frater tuus. ¶ Parentem: ſcilicet mortuum. ¶ Iuſte: ſi iuſta ex mater ſatis debet eſſe ꝙ eſt in tuto. ¶ Parum, ſcilicet quod ſit in tuto: ē tibi parum ſi uis illum occidere: quare non poteſt adimplere animum tuum. ¶ Hac, ſcilicet matris & tāgit manum. ¶ Decedo: ne habeas reſpectum occidendi me añ aras. ¶ Iugulum, interfice me quouis modo. ¶ Obſoletam: maculatā: eam. ¶ Ablue ſanguine meo. ¶ Conſors loquitur ægyſtho: tu nihil dicis quod iſta ſcelata nata tot iniuriis me prouocat: & fratrem abſcōdit. ¶ Aure materna: quæ non ſunt digna vt audiantur a matre. ¶ Monebit: indignatur virgo quod monestur a ſcelerato Aegiſto. ¶ Demetere obtruncare: debere iſtam furibundam interficere. ¶ Impium: ipſe filiæ. ¶ Aut animū, ſcilicet reddat: reddere aium eſt emittere ſpiritū & mori. ¶ Exigat euum, traducat, vitam, pedore: ſordibus fœtens propter carcerem diuturnum. ¶ Ante thalamos: ante coniugium. ¶ Ethere aſpectu cœli. ¶ Sero quando non erit locus pœnitentium. ¶ Rudis: ignarus:

Cl. Indomita poſt hæc uirginis uerba impiæ
Regina frangam citius. El. interea mihi
Tu uidua loquere. uir caret uita tuus.
Cl. Ediſſere ubi ſit gnatus: ubi frater tuus.
E. Exiit micenas. Cly. redde nunc natū mihi.
E. Et tu parētem redde. Cly. quo latitat loco?
E. Tuto: quietus regna non metuens noua.
Iuſtæ parenti ſatis, at iratæ parum.
C. Morieris hodie. E. dūmō hac moriar manu.
Recedo ab aris ſiue te iugulo iuuat
Merſiſſe: ferrum præbeo iugulum uolens.
Seu more pecudum colla reſecari placet.
Intenta ceruix uulnus expecta tuum.
Scelus peractum eſt. cæde reſperſam uiri
Atq; obſoletam ſanguine hoc dextra ablue.
Cl. Conſors pericli pariter, ac regni mei
Ægiſte gandes? nata genitricem impie
Probris laceſſit: abditum fratrem occulit.
A. Furibunda uirgo uocis infandæ ſonum,
Et aure uerba indigna materna opprime.
E. Etiam monebit ſceleris infandi artifex
Per ſcelera nactus nomen ambiguum ſuis,
Idem ſororis natus: & patris nepos.
Cl. Ægiſthe ceſſas impium ferro caput
Demetere? fratrem reddat: aut animam ſtatim
Abſtruſa cæco carcere: & ſaxo exigat
Æuum per omnes torta penarum modos.
Referre: quem nunc occulit: forſan uolet
Inops, egens: incluſa pædore obſita:
Vidua ante thalamos: exul: inuiſa omnibus
Æthere negato, ſero ſuccumbet malis.
E. Concede mortem. Cly. ſi recuſares, darem.
Rudis eſt tyrannus: morte qui pœnam exigit.
E. Morte aliqd ultra ē? Cl. uita: ſi cupias mori.
Arripite famuli monſtrū, & auectam procul
Vltra Mycenas ultimo in regni angulo
Vincite ſeptam noctem tenebroſi ſpecus.
Vt inquietam uirginem carcer domet.
At iſta pœnas capite perſoluat ſuo
Captiua coniux: regii pellex tori.
Trahite: ut ſequatur coniugem ereptum mihi.
Ca. Ne trahite: ueſtros ipſa præcedam gradus.
Perferre prima Nuntium Phrygibus meis
Propero, repletum ratibus euerſis mare,
Captas Mycenas: mille ductorem ducum.
Vt paria fata Troicis tulerit malis.
Periſſe dono fœminæ: ſtupro, dolo:
Nihil moramur: rapite: quin grates ago.
Iam iam iuuat uixiſſe: poſt Troiam: iuuat.
Cl. Furibūda morere. Ca. ueniet & uobis furor.

quia eſt aliud maius ſupplicium morte. ¶ Vita: ſcilicet eſt peius quando quis cœpit mori. ¶ Arripite: imperat famulis: ut virginem ligatam ducant in carcerem. ¶ Septam: circundatam. ¶ Ariſta: ſcilicet Caſſandra: iubet ut hanc interficiant. ¶ Captiua: quæ voluit, eſſe coniunx mariti mei. ¶ Sequatur: ſcilicet ad inferos. ¶ Ne trahite: ſponte ventam nā libens morior: ut feram vindictam Troianis meis ad inferos. ¶ Repletum: hoc erat nuncium quomodo græci tempeſtate perditi ſunt. ¶ Captas: ſcilicet ab Aegyſto. ¶ Ductorem, ſcilicet Agamemnonem interemptum. ¶ Mille: nam mille naues duxiſſe ſcribitur: conſtructio eſt ad tertium verſum. ¶ Dono: propter veſtem datam a Clytemneſtra. ¶ Stupro, propter adulterium. Aegiſti. ¶ Rapite, cito me occidite. ¶ Iuuat: prius dolebam viuere poſt patriam victam, nunc gaudeo vixiſſe cum viderim vindictam meorum. ¶ Vobis furor: vaticinatur, nam poſt mortem matris Oreſtes furiis eſt agitatus.

¶ Iouiæ quia dictum eſt a principio: quo more cætus publicos virgo petis. ¶ Occidit: non patefacit. ¶ Per ſcelera natus ex patre Thyeſte & Pelopea filia & ſuperius oſtēdit thyeſtes ipſe. Coacta fatis nata fert vterum graue Me patre dignum verſa natura eſt retro. ¶ Vidua ante ſeparata ab omni viro & penitus deiecta a ſpe coniugii. ¶ Ethere negato q̄ſi cui interdictum ſit ut aqua & igni quod erat damnatis cōmune apud veteres exitium. ¶ Negato æthere: negata luce. ¶ Cōcedet, quaſi quæ mihi ſit inſtar muneris. ¶ Morte: pro morier quod. ¶ Mors ſit breuis pœna. DAN.

¶ Tragœdia octaua explicit.

¶ Iam vaga:



TRAGOEDIÆ INTERLOCVTORES.

Octauia.	Nuntius.	Nutrix.
Agrippina.	Chorus.	Romanoꝝ.
Poppea.	Seneca.	Nero.
	Præfectus.	

TRAGOEDIA NONA: QVÆ INSCRIBITVR OCTAVIA.

ACTVS PRIMVS.

Anapæſtici.

OCTAVIA.

Iam vaga cœlo ſydera fulgens
Aurora fugat, ſurgit Titan
Radiāte coma: mōdoq; diem
Reddit clarum. eia age tantis
Onerata malis: repete aſſuetos
Iam tibi queſtus.
Atq; æquoreas uince Halcyonas.
Vince & uolucres pandionias.
Grauior nanq; his fortuna tua eſt.
Semper genitrix deflenda mihi
Prima meorum cauſa malorum.
Triſtes queſtus natæ exaudi:
Siquis remanet ſenſus in umbris.
Vtinam ante manu grandæua ſua
Mea rupiſſet ſtamina Clotho:
Tua quam mœrens uulnera uidi:

BER. IAM VAGA, Claudius īperator Romanus poſt alias ſpōſas valeriā meſſalinam barbari meſalę cōſobrini ſui filiā in matrimonium accepit ex qua Octauiam & britannicum ſuſcepit: poſtea cū illā cō periſſet ſup cętera flagitia atq; dedecora Caio filio nupſiſſe ſupplicio affecit: inde Agrippinā germanici frīs ſui filiā vxorem duxit. Octauiā filiā ſyllāo deſpōſauit quē poſtea nō recuſauit modo: ſed & interemit poſtea illam Neroni quem adoptauerat priuigno ſuo collocauit mox illius conſuetudinē nero aſpernatus corripientibus amicis ſufficere illi debere reſpondit vxoria ornamēta. Tādem mox ſæpe fruſtra ſtrāgulare meditatus dimiſit vt ſterilē: ſed iprobāte diuortiū populo nec parcēte conuitiis etiam relegauit: deniq; occidit ſub crimine adulteriorū. adeo ipudēti falſoq; vt in cōne p negātibus cunctis. Anicetū pedagogum ſuum indicē ſubiecerit qui dolo ſtupratam a ſe fateretur. Popeā duodecimo die poſt diuortiū Octauiæ in matrimoniū acceptam dilexit vnice: & tn̄ ipſa quoq; ictu calcis occidit, q̄ ſe ex aurigatione ſero reuerſum grauida & egra cōuitiis inceſſerat, ibi autē Octauia ſurgens iam apparente luce lamentatur fortunā ſuā & mortem patris ſui veneno necati: poſtea veniens nutrix eam conſolari nititur. ¶ Iam vaga: quæ non ſtant: mōſtrat principium lucis. ¶ Alcyones: de his dictum eſt in ſuperiori tragœdia. ¶ Pandionias: prognem & Philomenā: olim filias Pandionis regis athenaꝝ. ¶ Vince, ſcilicet queſtu. ¶ Grauior: peior eſt conditio tua. ¶ Semper genitrix: ſcilicet Meſalina mortua: ut eſt apud Tacitum. ¶ Prima: quæ ex iſtis cauſæ omnium malorum meorum. ¶ Senſus: ſi eſt anima alicubi. ¶ Vtinā ſcilicet eſſem mortua antequam fuiſſes obtruncata. ¶ Grādeua: q̄ hēt multos annos: ideo dr̄ imortalis.

DAN. IAm vaga: Latina tota īperatorii ſupcilii petulantiā arguens dire cęde īfecta polluta īſidiis parētalibus fœdæ libidinis irritamēta cōtinēs: & ob id in cæcam prumpens rabiē & quodā velut indomito furore detonitans titulus latina euphonia, q̄ ſitus ē dramatis partes pricipales tres. Prima Octauiæ repudiū, ſecūda Neronis ipietas. Tertia popeæ nuptialis pōpa in quinq; actus ut reliq; item diſtributa Argumētū eius tale. Nero Claudius Sextꝰ Claudii priuignus Senecę diſcipulus a pueritia uſq; hō inquinatiſſimū ac viciorū ꝑpe oium labe & iſamia notatus Octauiæ Claudii ex Meſſalina. Filia connubio iā ſtomachatus quam prius Syllano deſpōſatam iubēte Claudio vxorē duxerat ut oia exequit ubertim, & affatim Suetonius in geſtis & vita vtriuſq; ad popeæ nuptias et in tēperantia amoris aium addixit quare conſuetudinem Octauiæ cito aſpernatus, corripiētibus amicis & populo diuortiū improbante nec parcente conuitiis popeam in matrimonium accepit dilexitq; vnice & effflictī Octauiā ſæpius meditabatur ſtrangulare tandē falſo Aniceti pædagogi teſtimonioſos crimine adulterii: exiliū coegit & necauit popeam vero Antonia Claudii filia pempta ictu calcis occidit poſtea Aulū Plautiū iuuenē ꝯcubitu cō ſpurcauit Seneca arguētē mori iuſſit, ſed iā ad Octauiā reuertamur. Exit itaq; primum Octauia & ſoror & cōiunx Neronis ingemiſcens & iniq̄ repudii cauſaꝫ expoſtulās in primulo crepuſculo quo iā vaga cœlo ſydera fulgēs aurora imitatio homerica & Virgiliana & qd̄ pene oblitus fueram Carmē primū metro pindarico dimetro catalectico iſcriptū eſt āt periphraſis cā ornādæ rei: quæ pulchra eſt, ut & iā prima nouo &c. & i mille locis Hōe. ημοσδ' ιηριγενεια φανηρο δ' ιοσ σακτολοσ ιοσ τε τονιθοεχαλεκτροισ ι &c.

Oraq; fœdo ſparſa cruore.
O lux ſemper funeſta mihi.
Tempore ab illo lux eſt tenebris
Inuiſa magis.
Tulimus ſæuæ iuſſa nouercæ:
Hoſtilem animum:uultuſq; truces.
Illa illa meis triſtis Erinnys
Thalamis ſtygios prætulit ignes.
Teq; extinxit miſerande pater:
Modo cui totus paruit orbis
Vltra oceanum.
Cuiq; Britanni terga dedere
Ducibus noſtris ante ignoti
Iuriſq; ſui:
Coniugis(heu me)pater inſidiis
Oppreſſe iaces/ſeruitq; domus
Cum prole tua capta tyranno.

Trimetri Iambici.

NVTRIX.

FVlgore primo captus,& facili bono
Fallacis aulæ/quiſquis attonitus ſtupet.
Subito latentis ecce fortunæ impetu
Modo præpotentem cernat euerſam domum:
Stirpemq; Claudii/cuius imperio fuit
Subiectus orbis.paruit liber diu
Oceanus:& recepit inuitus rates.
En:qui ora Tanais primus impoſuit iugo.
Ignota tantis claſſibus rexit freta:
Interq; gentes Barbaras tutus fuit:
Et ſæua maria.coniugis ſcelere occidit
Mox illa gnati cuius extinctus iacet
Frater ueneni.mœret infelix ſoror:
Eadẽq; coniux/ nec graues luctus ualet
Ira coacta tegere crudelis uiri.
Secreta refugit ſemper: atq; odio pari
Ardens mariti mutua flagrat face.
Animum dolentis noſtra ſolatur fides,
Pietaſq; fruſtra.uincit immitis dolor
Conſilia noſtra.nec regi mentis poteſt
Generoſus ardor : ſed malis uires capit.
Heu q̃ nefandum proſpicit noſter timor
Scelus/quod utinam numen auertat deum.

¶ Iam tibi:adonicus eſt. ¶ Prima cauſa:meſſalina ſcortorum illud piſcatũ ac ſpectabile ſimulachrũ q̃ Claudius refectis herculanilla & elia petia duxit vxorẽ & ex qua ſuſcepit Octauiã & germanicũ ut indicant Tacitus & Tranquillus:fuit aũt Valeria meſſalina barbari meſſale cõſobrini Claudii Neronis filia. ¶ Nate in gõne eſt locus q̃ño innocet natũ ſi dimiſſa ſterilis a Nerone non placet mihi : Sed cõſtitue ordinẽ ſic o Meſſalina prima cauſa meorũ malorũ audi triſtes q̃ſtus natæ tuæ Octauiæ ſiqs in eſt ſenſus &c̃,cuius rei cõtentioſa eſt apud Platonẽ diſputatio & Ciceronẽ in Catone. ¶ Tua q̃ merens vulnera uidi:Meſſalina dum cum matre eẽt in horto a tribuno confoſſa eſt iubente Narciſo nuncio Claudii: Meſſalina inquam quæ teſte Plinio in .x.inter diem & noctem quinq; & viginti concubitibus nobiliſſimam proſtitutis meretricem ſuperauit.

BER. ¶ Lux,ille dies quo interẽpta fuiſti. ¶ Tulimus : explicat miſerias ſuas. ¶ Nouercæ agrippinæ. ¶ Illa: nouerca fuit tanquam furia quæ ſtygios: ignes portauit in nuptiis meis:quãdo neroni filio eius coniuncta fui. ¶ Pater : Claudii te quoq; boleto venenato extinxit : vt ſcribit Tranquillus & Iuuenalis. ¶ Modo: paulo ante. ¶ Britãni: vt ſcribit Suetonius Claudius britannos ſubditione Romana redegit iuris ſui qui a legibus ſuis viuebant. ¶ Tyranno : Neroni qui imperium tuum ſuſcepit violenter: cuiq; ipſa proles tua ſeruio.

BER. FVlgore:Cõqueſtio nutricis de Octauia proponentis ſpeculũ vitæ humanæ: vt ſiquis cõfidat rebus humanis videat:domũ Claudii patris Octauiæ quam cõſolari vellem, nec voces meas accipit. ¶ Fulgore, ſplẽdore regni quod videt pulcherrimũ. ¶ Fallaci: videtur habere multa cõmoda cũ habeat tot inſidias: & mala. ¶ Latentis fortunæ,incognitæ:nã non præuiſa nocet. ¶ Liber pp britannicos quos vicit. ¶ Rates.ſ.Claudii. ¶ Ora thanais,regiones ſeptẽtrionales. ¶ Iugo ſeruituti romanç. ¶ Coniugis ſcelere: veneno agrippinæ. ¶ Mox illa,ſcilicet Octauia ſoror & coniunx gnati Neronis cuius veneno frater.ſ.Octauiæ britannicus occidit. ¶ Soror : Octauia qñ nero maritus eius factus erat filius Claudii per adoptionem. ¶ Viri mariti neronis perſuaſi Octauiæ tegere iram, ſed ipſa non poteſt. ¶ Quem.ſ.virum. ¶ Secreta ipſa ſolitaria. ¶ Flagrat:ardet. ¶ Dolentis.ſ.Octauiæ. ¶ Pietas:amor meus: ¶ Fruſtra, quia nõ vult cõſolari. ¶ Dolor:quãdo recordat̃ mortis ſuorum mutuãtur omnia conſilia quæ ei dederam. ¶ Generoſus ardor : inflammatio mentis Octauiæ generoſæ. ¶ Regi moderari. ¶ Malis : videns ſe omnia amiſiſſe : nõ timet pdere plura. ¶ Heu quam timet ne maritus interficiat aut eam repudiet. ¶ Proſpicit,a lõge videt.

¶ Nouercç: agrippina per ius oſculi ſumpta eſt vxor a Claudio:cum iam nouiſſet cœlibatum tot relectis nouiſſet & occiſum antea vxoribus inimica ſemper Octauiæ priuignæ. ¶ Teq; extinxit: miſerãde pater Claudio cænati in arce cũ ſacerdotib⁹ obtulit Agrippina boletum medicamentum artifice locuſta auidiſſimo ciborũ per halotum ſpadonem prægustatorẽ. ¶ Ignoti,falſum : nam Iulius domuit:ſed noſtris intelligit fortaſſe familiatũ. DAN.

FVlgore : carmen ſecundum metro archilochio trimetro catalectico dolet vicẽ Octauiæ nutrix quam arbitror eſſe lepidã amitam ipſius Octauiæ & Neronis : apud quã nero ipſe ab infantia fuit educatus ſub duobus pçdagogis tonſore & ſaltatore. ¶ Fallacis aulæ : ſurgit in mentem ad hunc locum diſtichon elegantiſſimũ qd ſcripſit Ioannes ſalis barienſis ad policratum ſi mihi credideris linguam cohibebis:& aulæ limina nõ intret pes tuus eſto domi: extrema nanq; miſeria eſt colere aulas : ambicioſum ſeruitutem ſeruare. inter domeſticos iſidiatores verſari & quod omnium peſſimũ eſt flagicialis officiis mancipari. de qua re elegantiſſimum compendium reſtat pii pontificis maximi:& præclarus liber policratis: q pulcherrime omnes nugas & miſerias curiales proſequutus eſt hortans ad philoſophiam & uirtutũ cultum capeſſendum.Ora tanais,Eutropius qui eleganti compendio DAN.

ti compendio Romanam tradit hiſtoriam ſcribit in ſexto & Tranquillus in uita eius Tacitus Cornelius Egeſipp? confirmāt: Claudium primum poſt.C.Cæſarem bellum intuliſſe britannis ſuperbiſſimis & ſeuiſſimis gentibus: & deuiciſſe.Gn.Sentium & Aulum Plantium illuſtres & nobiles uiros: & inde filio ſuo Britannici nomen impoſuit.

dat: retribuat meritum illi morte: nam matrem fecit mori ut ſcribunt Tacitus & Tranquillus. ¶ Hunc titulum: ſcilicet dediſſe imperium filio per ſcelus.

Mea: carmē tertium metro pindarico introducitur alternatim Octauia plāgens & nutrix cōſolans & ſimul & uindictā diſſuadēs quā parabat i nisi octauia Ex cōparatione alienę calamitatis artificioſe ſuam exagerat. ¶ Parētes. claudiū & meſſalinam Claudium agrippina uxor & nouerca Octauię medicato boleto conſilio locuſtę peremit per halotum ſpadonem Meſſalinam tribun? iuſſū uarciſſi confodit in orto cū matre. ¶ Vmbra magni nominis parentibus germano ampliſſimis nominib? ego ſola relicta ſum parſlum ueluti uetigium & vmbra manis. ¶ Alumnę, licet lepida nunq̄ nutrierit Octauiam, tamen abſolute poſſumus ipſam adductam a Seneca de induſtria ɔſectare. ¶ Ceſſat thalamis qd moror ad eam celerare greſſus meos ¶ O miſeranda: Octauia quādo dabitur vnquam tibi ociū a tot luctib? ¶ Nec fortunam capit: neſcit mētem temperare ab inſolenti lætitia. ¶ Parens: Neronis ut iperaret. ¶ Nec fortunam capit ipſe ſuam uide quam cæcum & inſanū reddidit Neronem fortuna. teſte nanq; Oroſio: cuius uerbis & ſenſu eo libentius utor q̄ ſcto chriſtianū & magni diſcipulum Auguſtini: Omnia prope Italiæ & gręcię theatra perluſtrauit. aſſumpto uarii ueſtitus dedecore. citariſtas: tragœdos: aurigas: uiſus eſt ſuperare uirum i uxorē duxit, ipſe a uiro ut uxor acceptus eſt & rectas nuptias celebrauit: ræctibus aureis piſcabatur purpureis funibus nullam ueſtem bis induit. nec vnquā minus mille carrucis iter traditur cōfeciſſe. ¶ Deniq; urbis Romæ incendium uoluptatis ſuę ſpectaculū fecit. per ſex dies ſeptemq; noctes ardēs ciuitas regios pauit aſpectus auariſſimus centies cētena milia ſeſtertium annua a ſenatu conferri ſibi imperauit plurimos ſenatorū nulla cauſa bonis priuauit. Crudeliſſimus plurimam partem Senatus interfecit equeſtrem ordinē

Anapæſtici.

OCTAVIA. NVTRIX.

Mea nullis æquanda malis
Fortuna; licet
Repetam luctus electra tuos.
Tibi mœrenti cæſum licuit
Flere parentem.
Scelus ulciſci uindice fratre,
Tua quem pietas hoſti rapuit
Texitq; fides.
Me crudeli ſorte parentes
Raptos prohibet lugere timor.
Fratriſq; necem deflere uetat.
In quo fuerat ſpes vna mihi,
Totq; malorum breue ſolamen.
Nunc in luctus ſeruata meos
Magni reſto nominis vmbra.
N. Vox en noſtras perculit aures
Triſtis alumnæ ceſſat thalamis
Inferre gradus tarda ſenectus.
O. Excipe noſtras
Lachrymas Nutrix, teſtis noſtri
Fida doloris.
N. Quis te tantis ſoluet curis
Miſeranda dies?
O. Qui me ſtygias mittet ad vmbras.
N. Omnia, quæſo, ſint iſta procul.
O. Non uota meos tua nunc caſus,
Sed fata regunt.
N. Dabit afflictæ meliora deus
Tempora mitis. tu modo blando
Vince obſequio placata uirum.
O. Vincam ſæuos ante leones,
Tigreſq; truces, ferat quam ſæui
Corda tyranni.
Odit genitos ſanguine claro,
Spernit ſuperbos, humileſq; ſimul.
Nec fortunam capit ipſe ſuam.
Quam dedit illi per ſcelus ingens
Infanda parens/licet in gratum
Diræ pudeat munere matris:
Hoc imperium cepiſſe/licet
Tantum munus morte rependat.
Feret hunc titulum poſt fata tamen
Fœmina longo ſemper in æuo.

¶ Mox illa gnati. Nero ſimulata reconciliatione cū matre eā reuocant a baulis baias ad quinquatria inde machinoſa naui redire iuſſit qua ſoluta i aquis concidit & enatauit incolumis. ligerinum nunciātem incolumem matrem iuſſit occidi. miſſo ſtatim ſpiculatore q matrem omnino necaret eo ſpacio maris: quod eſt inter baulas & baias ut in quodam tetraſtico epigrammaticus uates pulchre teſtificatur.

BER.

Mea nunc exit Octauia cōparans ſua mala malis electræ filiæ agamemnonis interempti: ut pauloante uidimus. ¶ Licuit flere: q̄ pars eſt leuamenti doloris aperte flere ſuos id ipſa facere non poſſum metu mariti. ¶ Fratre. ſ. Oreſte qui matrem Clytemneſtram & Egyſtum interfecit in ultionem Patris. ¶ Rapuit: nam: ut ſupra uidimus electra occiſo patre Oreſtem fecit fugere committēs illū ſtrophio phocenſi. ¶ Texit: ideſt occultauit. ¶ Crudeli ſorte nam Meſſalina mater iuſſu parentis interempta eſt: & ipſe pater ueneno nouercę periit. ¶ Timor. ſ. mariti. ¶ Fratris. ſ. britannici ueneno interempti. ¶ Magni nois: claudii imperatoris. ¶ Vox audiuit uocem Octauiæ ſecum conquerentis. ¶ Alumnæ: Octauię. ¶ Senectus: mea ceſſat ire in thalamū eius. ¶ Et excipe, ueni ad me ut audias luctus meos. ¶ Sol ues., depones ne ullo tpe lachrymes. ¶ Qui: ſcilicet dies quo moriar. ¶ Nō uota, non ut optas euenit nobis: ſʒ ut uolūt fata. ¶ Nec capit fortunam: elatus fortuna ſeipſum moderare nequit. ¶ Infanda parens, ſcelerata agrippina quę claudiam maritum: & britannicum priuignum ſuſtulit de medio: ut Nero fili? regnaret. ¶ Licet pudeat qa matrem habet odio, ¶ Repeq

DAN.

BER. ¶ Expetito, deſiderato diu. ¶ Lentos: tardos: nam per decem annos abſuit maritus frater. ſ. menela⁹. ¶ Soror. ſ. Helena. ¶ Meliora: dicit euribates, meliora opto narrare: nã ſi dico iſta: opus eſt enarrem tempeſtatem. ¶ Votis: cũ uotis: non eſt comparatiuum. ¶ Obteſtor, rogo deos poſſe dicere meliora: ſors dubia maris uetat me dicere certa: ſed tamẽ dicit cum primũ receſſerunt a troia curſum proſperum habuerunt poſtea orta tempeſtas in mari: ita ut omnes naues ſeparate ſint: nec fratrem uidere potuerit agamemnon q tanquã uictus nunc redit cũ paucis nauibus. ¶ Tanta, nam mille naues habebat. ¶ Fatu: ad fandum. ¶ Grauat: quia deteriora credit. ¶ Torquẽt, cruciãt. ¶ Vt pergamũ incipit narrate Euribates. ¶ Exonerat: quia omnes deponunt arma: & ſe nauigationi parant. ¶ Recurſus: reditus in patriam quando datum eſt ſignum a naue regis ut oẽs diſcederent. ¶ Hinc aura: primo enim ipſi habuerunt ſecundũ uentũ. ¶ Alapſa: ueniens. ¶ Tremit: deſuper criſpabatur ꝓpter leuem afflatum. ¶ Splẽdet: ꝓpter arma & aurũ. ¶ Latet ꝓpter multitudinẽ nauiũ. ¶ Nuda: ſine ædificiis. ¶ Lentare, flectere remigãdo. ¶ Nixu, a nitor niteris. ¶ Alterno: per uices: nam a pectore remouent & ruſus reducũt. ¶ Sulcata: nã uidetur nauis facere ſulcũ per mare. ¶ Increpat, ut faciunt læti in nauigãdo qui clamant in ſponda nauis: ideo dicit increpant, i. reſonant latera nauiũ. ¶ Dirimunt: diuidunt. ¶ Canæ, albicantis ꝓpter cõcitationẽ remorũ. ¶ Vt aura: poſtq̃ habuerunt proſperũ uentũ cœperunt eſſe nautæ ocioſi in tranſtris: hoc eſt ſedilibus nauium. ¶ Tonſas: remi tonſæ dicuntur a tondo quia tondunt aquas.

DAN. ¶ Tandem: a decennio. ¶ Felix uictoria pẽta a uiro clytemneſtræ uox eſt cõgratulantis nuncio. ¶ Petitus: deſideratus. ¶ Nã certa fari: euerſa Troia principes græci ditati ꝑda gra

Tandem ad penates uictor agamemnon ſuos.
C. Felix ad aures nuntius uenit meas,
Vbi nam petitus per decem coniux mihi
Annos moratur, pelagus, an terras premit?
E. Incolumis, auctus, gloria, laude, inclytus
Reducem expetito littori impreſſit pedem.
C. Sacris colamus proſperum tandem diem.
Et ſi propitios, attamen lentos, deos.
Tu pande, uiuat coniugis frater mei,
Et pande, teneat quas ſoror ſedes mea.
E. Meliora uotis poſco & obteſtor deos.
Nam certa fari ſors maris dubii uetat.
Vt ſparſa tumidum claſſis excepit mare.
Ratis uidere ſocia non potuit ratem.
Quin ipſe atrides æquore immenſo uagus
Grauiora pelago damna, quam bello tulit.
Remeatq; uicto ſimilis, exiguas trahens
Laceraſq; uictor claſſe de tanta rates.
C. Quis (fare) noſtras hauſerit caſus rates?
Aut quæ maris fortuna diſpulerit duces?
E. Acerba fatu poſcis, infauſtum iubes
Miſcere leto nuntium refugit loqui
Mens ægra tantis atq; inhorreſcit malis.
C. Exprome. clades ſcire qui refugit ſuas,
Grauat timorem. dubia plus torquent mala.
E. Vt pergamum omne Dorica cecidit face.
Diuiſa præda eſt, maria properantes petunt.
Iamq; enſe feſſum miles exonerat latus.
Neglecta ſummas ſcuta per puppes iacent.
Ad militares remus aptatur manus.
Omniſq; nimium longa properanti mora eſt.
Signum recurſus regia ut fulſit rate.
Et clara lentum regimen emonuit tuba.
Aurata primas prora ſignauit uias.
Aperitq; curſus, mille quos puppes ſecent.
Hinc aura primo lenis impellit rates
Allapſa uelis, vnda uix tactu leuis
Tranquilla Zephyri mollis afflatu tremit.
Splendetq; claſſe pelagus, & pariter latet.
Iuuat uidere nuda Troiæ littora,
Iuuat relicti ſola Sigei loca.
Properat iuuentus omnis adductos ſimul
Lentare remos. adiuuat uentos manu.
Et ualida nixu brachia alterno mouet.
Sulcata uibrant æquora & latera increpant.
Dirimuntq; canæ cœrulum ſpumæ mare.
Vt aura plenos fortior tendit ſinus.
Poſuere tonſas. credita eſt uento ratis.
Fuſuſq; tranſtris nauita, aut terras procul,
Quantum recedunt uela fugientes notat.

uia & per q̃ aduerſa ꝑpeſſi ſunt in reditu idignatione Palladis: Aiax oilei locrẽſium dux fulminatur in euboia, Idomeneus eiectus e creta fugit ad Salentinos Diomedem adultera uxor Italia procul abſterminat. Menelaum i Egyptum tulit deſiderium helenes quã repeteret a rege Protheo. Vlyxem decennales procellæ diſtraxerunt. Agamemnon uix lares ſalutat & incautus ab ægiſtho percutitur ſecuri: quæ oia elegantiſſime uenerãdus Home. ꝑ totã odyſſeã proſequit. ¶ Nuncium: tam qui nunciat q̃ qd̃ nũciat̃ uirili genere pronunciat̃. ¶ Mens ægra: admonitu & recordatione præteritæ cladis ægreſſit animus meus: & artificioſe occupat qualitatẽ futuræ narrationis quã totam commodato accepit ab homero de ſecundo odyſſę: ubi neſtor talẽ acbo repetit calamitates quas paſſi ſunt greci a Troia diruta, ut ſuperius paulo perſtrinximus. ¶ Pergamum omne: nauigatione deſcribit longiori pagina q̃ Neſtor Homeric⁹: qui Hemeſtichio illam abſoluit: αυταρ επει πριαμοιο πολιν διεπερσαμεν αιπυν βημεν δ' εν νηεσσι. ¶ Militares: quæ actenus lanceis occaluerant nũc aptantur remis. ¶ Remigem: nauclerum qui agit remum vnde remigo & eremigo. Plinius paruoque breuius q̃ totum hinc aut illinc ſeptentrio eremigatus. ¶ Aurora mane impulim⁹ naues iďium mare. ηωθεν δ' εοι μεν νεας ελκομεν εις αλα διαν. ¶ Iuuat redeuntes, interna uigandum. ¶ Sola: deſerta: ut ſola deſertæ Troades acta. ¶ Lentare. Virgilianum uerbum quod adnotat Priſcianus vno tantum in loco uſus eſt poeta a nomine ſumptum eſt, vnde fiunt lẽteo es & lento es & lento tas. Ante & trinacria lentãdus remos in vnda. ¶ Manu: manuum robore. ¶ Latera: nauium crepant a remorum uerbere & Pulſu. ¶ Tonſas: remos quia ferro tondeantur aliter palmulas appellat Pompeius.

¶ Reciprocus:

BER. ¶ Reciprocus: qui audit & redit per eandem uiam tunc uidimus delphinas q tempeſtatẽ futurã demonſtrant ludentes per maria. ¶ Iacẽte: equali ſine fluctibus. ¶ Pando: recuruo & magno. ¶ Agit mouẽ in rotunditatẽ. ¶ Comes: aliquãdo ſequebat̃ nos equaliter aliquãdo p̃ibat. ¶ Chorus: multitudo delphinũ. ¶ Laſciuit ludit & exultat ¶ Pria roſtra, primas naues claſſis. ¶ Milleſimam: ultimam quare erãt mille. ¶ Iam littus: eramus elongati a littore: ut mihi appareret niſi fumus: & tunc ceſſauit uentus: apparuerunt nobis ſigna tempeſtatis. ¶ Dubia quæ uix poterãt uideri. ¶ Peruicax: perſeuerãs oculus. ¶ Iam laſſa: defatigatos æquos ſol ſoluebat iugo tendebat ad occaſũ. ¶ Prona: inclinata ad noctem. ¶ Præceps: cadens. ¶ Globo: denſitate obſcura. ¶ Inclinat: obtenebrat iubar cadẽtis ſolis occidẽtis: quod ſignum eſt futuræ tempeſtatis. ¶ Varius: quia non erat vnius coloris. ¶ Graue: raucum. ¶ Petræ: quæ ſunt uicinæ littoribus. ¶ Tumet creſcit. ¶ Luna abſconditur propter nubes. ¶ Tollitũ eleuatur poetica eſt hyperbole. ¶ Vna nox: nõ eſt ſimplex vt naturalis, ſed obſcurior propter tenebras nubiũ. ¶ Obruit: tenet. ¶ Miſcet: turbat. ¶ Sua: iſti uenti mittũt quiſq; ſua: vnuſquiſq; mittit, ita exponiẽ quaſi prolepſis implicita. ¶ Emoliuntur: euertunt. ¶ Turbo: reuolutio uentorum. ¶ Strimoni⁹: thracius boreas. ¶ Cõtorquet, cum impetu portat. ¶ Auſter: not⁹ a meridie ubi eſt libia. ¶ In auſtro: non contentus regno ſuo ibat in ſeptẽtrionem. ¶ Grauis: plenus nimbis & pluuia. ¶ Nabatea: orientalia a nabata rege. ¶ Chorus: uẽtus collateralis zephiri. ¶ Oceano .ſ. orientali. ¶ Exerens: ducẽs & extrahens ora ſua. ¶ Chaos: confuſionem elementorum. ¶ Eſtus: impetus maris. ¶ Non capit: nõ eſt capax ſui ipſius ita intumebãt vndę. ¶ Nec hoc: poteram⁹ cognoſcere quo

Aut bella narrat. Hectoris fortis minas,
Curruſq;, & empto redditum corpus rogo.
Sparſum cruore regis Herceum iouem.
Tum qui iacente reciprocus ludit ſalo,
Tumidumq; pando tranſilit dorſo mare,
Tyrrhenus omnis piſcis exultat freto.
Agitq; gyros/& comes lateri annatat
Anteire naues lætus, & rurſus ſequi.
Nunc prima tangens roſtra laſciuit Chorus,
Milleſimam nunc ambit, & luſtrat ratem.
Iam littus omne tegitur/& campi latent.
Et dubia parent montis idæi iuga.
Etiam, quod vnum peruicax acies uidet,
Iliacus atra fumus apparet nota.
Iam laſſa Titan colla releuabat iugo,
In aſtra iam lux prona, iam præceps dies
Exigua nubes ſordido creſcens globo
Nitidum cadentis inquinat phœbi iubar,
Suſpecta uarius occidens fecit freta.
Nox prima cœlum ſparſerat ſtellis. iacent
Deſerta uento uela/tum murmur graue
Maiora minitans collibus ſummis cadit.
Tractuq; longo littus, ac petræ gemunt.
Agitata uentis vnda uenturis tumet.
Cum luna ſubito conditur, ſtellæ cadunt.
In aſtra pontus tollitur, cœlum perit.
Nec vna nox eſt/denſa tenebras obruit
Caligo/& omni luce ſubducta fretum,
Cœlumq; miſcet. vndiq; incumbunt ſimul,
Rapiuntq; pelagus infimo euerſum ſolo.
Aduerſus Euro Zephirus, & Boreæ Notus.
Sua quiq; mittunt tela/& infeſti fretum
Emoliuntur. turbo conuoluit mare.
Strymonius altas aquilo contorquet niues.
Lybicuſq; arenas auſter, ac Syrtes agit.
Nec manet in auſtro/fit grauis nimbis notus.
Imbre auget vndas/Eurus orientem mouet
Nabathæa quatiens regna, & Eoos ſinus.
Quid rapidus ora Corus oceano exerens?
Mundum reuelli ſedibus totum ſuis.
Ipſoſq; rupto crederes cœlo deos
Decidere/& atrum rebus induci chaos.
Vento reſiſtit æſtus/& uentus retro
Æſtum reuoluit/non capit ſeſe mare.
Vndaſq; miſcent imber & fluctus ſuas.
Nec hoc leuamen deniq; ærumnis datum eſt,
Videre ſaltem, & noſſe, quo pereant malo.
Premunt tenebræ lumina/& diræ Stygis
Inferna nox eſt/excidunt ignes tamen
Et nube dirum fulmen eliſa micat.

modo periremus ob denſas tenebras. ¶ Premũt occultant. ¶ Lumina, ſtellas. ¶ Stygis: talis eſt nox qualis inferno. ¶ Eliſa: fracta nam nubibus fractis emittuntur fulmina.

DAN. ¶ Herculem iouẽ oẽs codices tã manu ſcriptos, & quidem archetypos q̃ preſſos ære itidẽ hic, ut alibi ſępi⁹ fallaces & mẽdoſos deprehendi. nõ enim poterã facile iſto errore expediri niſi me adiuuiſſet lectio gręca cuius adminiculo lector cãdide innixus hãc mendam ego notandam duxi aſteriſco: ut herceum legas nõ herculeum, nec pigeat pro tua hũanitate repetere gręcam hyſtoriam refferentem Priamum ante aram iouis hercei fuiſſe interfectum. Etiam remitto te ad pompeium vnde diſcas qui ſit herce⁹. Et ad Ouidiũ. Cui nihil hercei profuit ara iouis. ¶ Piſcis tyrrhenus periphraſis delphini alluſione ad fabulam ſuperius ex Homerico hymno per nos repetitam. ¶ Comes delphinus. ¶ Milleſimã ratẽ .i. mille rates ut referas ad numerũ nõ tñ ſingulas tangebat. ¶ Stellæ cadũt: fulgura & crebrę corruſcationes. ¶ Aduerſus zephirus: quatuor principes uẽtorũ mira breuitate comprẽdit quos Oui. ſuperiori tetraſticho p̃nunciauit. ¶ Emoliuntur ab imis ſedibus tollunt. ¶ Turbo: p̃celloſum mare diciẽ æſtuoſum p̃cella ſi ignem conceperit diciẽ fulmen: ſi arctius uenti fuerint rotati dicitur typhon ſi cũ fragore & maiori ſpecie deſcẽderint turbo eſt p̃xima quæq; euertens atq; demoliens idem ardentior atq; accenſus uocaẽ præſter: quas oẽs dr̃ias Ariſt. & Ptholomeu⁹ appoſuere ¶ Aquilo: idem & boreas aliter αιθρη γενέτης .i. ſerenificus. αλλα βορεας λεγεται απο της βοης, eſt enim uiolenti & ſonori flatus: quemadmodum ſupra oſtenſum eſt fuſius & uberius. ¶ Notus idem auſter. νοτις, humor eſt enim humectus & nebuloſus. ¶ Nabatea. ναβαταί non recipit aſpirationem: Regio Arabiæ contermina ma

ri rubro:a nabaot primogenito iſmaelis dicta olim mittebat elephantes:ut teſtatur Iuue.i atticis. ¶ Fluctus decimus,ſic Oui. Decimæ ruit ipetus vndæ & alibi. Poſterior nono eſt vndecimoq; prior decimũ ut mea fert opinio fluctũ acceperũt pro uiolentiſſimo & maximo denarius ſiqdẽ numerus oium pfectiſſim⁹ quippe impar eſt numer⁹: & ide reliq formant numeri:& decumana porta in caſtris maxima:vnde i extremo cõflictu totus pvoluebat exercitus & decumana oua perfectiſſima & maxima : & decima quæq; diis ſuis offerebant ueteres : & decimanus limes ab aſtronomis ab ortu ad occaſum ſolis nuncupatur:ergo decimus fluctus maximus & uiolentiſſimus.

BER. ¶ Miſeris:tanta eſt dulcedo uidendi lucẽ,ut optaret fulmina. ¶ Male:aduerſe. ¶ Ipa claſſis,nã cũ nõ uiderẽt frequẽtes naues ſe ipſas collidebãt. ¶ In præceps: talem tempeſtatẽ deſcribit Vir.in.i æneí. ¶ Dehiſcẽs. aperiens. ¶ Haurit:abſorbet. ¶ Reuomit. reddit. ¶ Decim⁹ fluctus:magn⁹ poetæ ponũt de tẽpeſtate: ſcribẽtes decimum pro magno: nã decimus eſt maior numerus: quia poſt decem ſemper re incipimus : inde decumana porta dr̃. ¶ Leuis:facta leuior. ¶ Malus, arbor nauis. ¶ Rectus:qa iaciebatur uentis. ¶ Vſus: experiẽtia põt pſtare ſpem ¶ Officio v3 gubernandi. ¶ Effugit: non poterãt tenere manu remũ. ¶ Troes troiani captiui. ¶ Quid fata:ideſt dii. ¶ Inuidet,quia uellet eſſe mortuus quẽadmodũ pater:eo modo ulyxes & atrides minor.i.Menelaus. Seruat de qbus eſt fama: & ſepulti ſunt apud troiã uictã. ¶ Ferẽt:auferẽt. ¶ Mobile:facinus forte. ¶ Facta ignaua,mors ſine honore. ¶ Pudenda:de qua pudorẽ hr̃e poſſumus ¶ Quiſquis:cõuertẽt preces ad deos. ¶ Serena:fac numen tuum nobis fauẽs. ¶ Vel troia:etiã illa q̃ nobis eſt inimica. ¶ Doricũ: græcũ. ¶ Exitio:ad perditionem. ¶ Quibus:pp̃ter

Miſeriſq; lucis tanta dulcedo eſt malæ.
Hoc lumen optant/ipſa ſe claſſis premit.
Et prora proræ nocuit,& lateri latus.
Illam dehiſcens pontus in præceps rapit,
Hauritq;/& alto redditam reuomit mare.
Hæc onere ſidit/illa conuulſum latus
Summittit vndis/fluctus hanc decimus tegit.
Hæc lacera,& omni decore populato leuis
Fluitat/nec illi uela,nec tonſæ manent.
Nec rectus altas malus antemnas ferens.
Sed fracta toto puppis ionio natat.
Nil ratio,& uſus audet in magnis malis.
Tenet horror artus/omnis officio ſtupet
Nauita relicto.remus effugit manus.
In uota miſeros ultimus cogit timor.
Eademq; ſuperos Troes,& Danai rogant.
Quid fata poſſunt?inuidet pyrrhus patri.
Aiaci Vlyſſes,Hectori atrides minor.
Priamo agamemnon. quiſquis ad Troiã iacet,
Felix uocatur.cadere qui meruit manu.
Quem fama ſeruat/uicta quem tellus tegit.
Nil nobile auſos pontus/atq; vndæ ferent.
Ignaua fortes fata conſument uiros.
Pudenda mors eſt.quiſquis es nondum malis
Satiate tantis cœlitum/tandem tuum
Numen ſerena.cladibus noſtris daret
Vel Troia lachrymas/odia ſi durant tua.
Placetq; mitti Doricum exitio genus.
Quid hos ſimul perire nobiſcum iuuat:
Quibus perimus?ſiſtite infeſtum mare.
Vehit iſta Danaos claſſis:& Troas ſimul.
Nec plura poſſunt/occupat uocem mare.
Ecce alia clades:fulmine irati iouis
Armata pallas/quidquid aut haſta minax:
Aut Ægide:aut furore Gorgoneo poteſt:
Aut igne patrio:tentat.& cœlo nouæ
Spirant procellæ:ſolus inuictus malis
Luctatur aiax:ne uela cogentem hunc ſua
Tenſo rudente flamma perſtrinxit cadens.
Libratur aliud fulmen.hoc toto impetu
Certum reducta pallas excuſſit manu:
Imitata patrem/tranſit aiacem:& ratem.
Ratiſq; partem ſecum & aiacis tulit.
Nil ille motus ardua ut cautes ſalo
Ambuſtus extat/dirimit inſanum mare.
Fluctuſq; rumpit pectore,& nauem manu
Complexus in ſe traxit/& cæco mari
Collucet aiax/omne reſplendet fretum.
Tandem occupata rupe : furibundum intonat.
Superaſſe nunc ſe pelagus,atq; ignes iuuat

quos perimus,ſi vultis nos perdere pp̃ter Troianos: ſaltẽ deberetis illos ſeruare q nobiſcũ ſunt in periculo. ¶ Siſtite:ſedate. ¶ Nec plura : nõ poterant loqui: cũ fluctus occuparet uocẽ. ¶ Ecce:nunc uenit ad particularem tempeſtatẽ aiacis oilei q fulminatus fuit Pallade:ut uidimus:& ſcribitur a Vir.in primo æne. ¶ Haſta:nam armata hęc dea ſcribit. ¶ Aegide:clipeo ſuo in quo erat caput Meduſæ gorgoniæ,ut ſcribit ab Oui. ¶ Igne patrio: fulmine iouis nam ipſa filia iouis fuit. ¶ Nouę:renouabantur pcellę,& ſolus aiax reſiſtebat. ¶ Luctatur:contra nitit. ¶ Tenſo rudente fune: quo uela trahuntur. ¶ Perſtrinxit: leuiter percuſſit. ¶ Aliud libratur:ſecundum mittit in aiacem. ¶ Certũ:quia non fefellit. ¶ Reducta : retro ducta: nã qui vult iacere retrahit manum ad maiorẽ impetũ ¶ Extat:eminet. ¶ Collucet:ſplẽdet pp̃ter ignẽ fulminis. ¶ Tandẽ:ipſe furibundus ingẽti uoce clamabat : dum eſſet in ſcopulo. ¶ Iuuat: dicit ipſe aiax uiciſſe delectat mare natãdo fulmina & palladem.

¶ Nil ratio: conſiliũ & ars nihil pſunt in arduis caſibus ferent:dabunt vulgare & ſordidum genus mortis eſt naufragium hic magnanimus & ſapiẽtiſſimus æneas ingemit & triſtatur ualde hinc Ouid.in triſtibus quodcunq; lœti genere petit mori præterq̃ naufragio. ¶ Tollite naufragiũ mors mihi mun⁹ erit. hinc Homeric⁹: Vlyxes digreſſus ab æolo ſolutis uẽtis temeritate ſociorum aurum incluſum exiſtimantiũ inuidet mortuis ad troiana græcis : ubi & ipſe itetiſſe exoptat τρισ μακαρεσ δ̕αναοι και τετρακισ οι τολοντο τροιεν ευρειν χαριν ατρειδ̕αισ φεροντεσ ωσ δ̕εγε γοδ̕ε οφελον θανειν και ποτ μον επισπειν &c̃. ¶ Serena.hortatiu⁹ eſt modus: ut tradit Diome.nõ imperatiuus ſp. ¶ Vel:pro etiã uel Priamo miſerãda manus. ¶ Quid hos,artificioſa trãſlatio: non.n.potuiſſent ſeruari DAN.

Viciſſe cœlum, palladem, fulmen, mare.
Non me fugauit bellici terror dei.
Et Hectorem vna ſolus, & Martem tuli.
Phœbea nec me tela pepulerunt gradu,
Cum phrygibus iſtos uicimus. tādem horream
Aliena inerti tela mitti dextera?
Quid ſi ipſa mittat? plura cum auderet furens,
Tridente rupem ſubruit pulſam pater
Neptunus, imis exerens vndis caput.
Soluitq; montem, quem cadens ſecum tulit.
Terraq; & igne victus, & pelago, iacet.
Nos alia maior naufragos peſtis uocat.
Eſt humilis vnda ſcrupeis mendax uadis,
Vbi ſaxa rapidis clauſa uorticibus tegit
Fallax Caphareus. æſtuat ſcopulis fretum,
Feruetq; ſemper fluctus alterna uice.
Arx imminet prærupta, quæ ſpectat mare
Vtrinq; geminum. Pelopis hinc oras tui,
Et Iſthmon, arcto qui recuruatus ſolo
Ionia iungi maria phryxeis uetat.
Hinc ſcelere Lemnō nobilem, et hinc Chalcida
Tardamq; ratibus Aulida. hanc arcem occupat
Palamedis ille genitor, & clarum manu
Lumen nefanda uertice ex ſummo efferens,
In ſaxa ducit perfida claſſem face.
Hærent acutis rupibus fixæ rates.
Has inopis vndæ breuia comminuunt uada.
Pars uehitur, huius prima pars ſcopulo ſedet.
Hanc alia retro ſpatia relegentem ferit.
Et fracta frangit, iam timent terram rates.
Voluntq; maria. cedit in luctum furor.
Poſtquam litatum eſt, phœbus in lucem redit.
Et damna noctis triſtis oſtendit dies.
C. Vtrum ne doleam, læter an reducem uirum
Remeaſſe, lætor. vulnus at regni graue,
Lugere cogor. redde iam Grais pater,
Altiſona quatiens regna, placatos deos.
Nunc omne læta fronde uelletur caput.
Sacrifica dulces tibia effundat modos.
Et niuea magnas uictima ante aras cadat.
Sed ecce turba triſtis incomptæ comas
Iliades adſunt, quas ſuper celſo gradu
Effrena phœbas entheas laurus quatit.

¶ Variæ metroꝝ ſpēs ex Dactylicis, Anapæſticis, Iambicis, Adoniis partim Sectionariis.

CHORVS. CASSANDRA.

Vā mortalib⁹ heu dulce malū additū
Vitæ dirus amor. cum pateat malis
Effugiū, & miſeros libera mors uocet
Portus æterna placidus quiete.

ſent ſeruari troes: qn & ipſe in eadē naui ſeruaretur. Nec pſtra pſit: παλιρροϊσσ eſt. Aut igne pſio: iouiali ſuas iniurias ulciſci palladi lnia eſt cōmodato fulmine teſtaꝛ Virg. Aiax oileus. Trāſit: tranſabigit: ſcopuloq; infigit acuto: qꝫ ſeqꝛ Seneca cōmētū eſt. Rupe: caphareā. Furibundū: grauiter. Aliena tela: iouis fulmia. Phœbea: apollinis qui ſemp cū matre fauit troianis.

BER. ¶ Bellici dei. matris ut ſcribit Home. Pepulerūt: fecerūt me retro cedeꝛ. Iſtos .ſ. deos. Tandem ſi nō timui illos deos timebo ne palladem q̄ uirib⁹ alienis utiꝛ .ſ. fulmie iouis. Inertis: fœminea. Ipſe .ſ. iuppiter: etiā illū nō timerē. Tridente: ſceptro ſuo triū cuſpidū: cū audiret iactātē aiacē neptūnus ſubruit ſcopulū i quo erat. Exerēs: eleuās ipſe neptūn⁹. Soluit: ipulit & diruit. Mōtē ſcopulū. Cadēs .ſ. aiax. Nos alia: deſcriptionem cladis facie quā habuerūt ppe mōtē caphareū, ut ſupra dixim⁹ de nauplio pre palamedis q ſignū dederat ex illo pmontorio: ut illuc uenientes græci pcipitarēt. Hūilis nō pſūda: deſcribit locū ubi paſſi ſūt cladē. Vadis: ubi nō ſunt aq̄ alte. Scrupeis: ubi ſūt ſaxa ſcrup⁹ ide diminutiuū ſcrupulus lapis dr. Mēdax: q̄a ſub aq̄ latēt ſaxa. Vorticibus: circūuolutionibus aq̄. Fallax: caphare⁹: de hoc ſupra dixim⁹. Alterna uice: pp euripū q mare eſt anguſtū ubi eſt icert⁹ refluxus mō fluit in vnā ptē mō i aliā. Geminū, ioniū & ægeū. Arcto: ſtricto & breui: ut deſcripſim⁹ ſupi⁹. Pelopis tui .ſ. aui. Phrixeis: heleſponto ut declaratū eſt eā ptē egei ubi helle, merſa fuit appellatū fuiſſe helleſpōtus. Lhēnos: inſula egei nobil ſcelere pp mulieres q̄ ibi maritos occiderūt. Calcedona: ciuitatē in littore heleſpōti. q̄uis lōge ſit a caphareo tū deſcribit ibi. Aulida: ciuitatē boetiæ: ubi port⁹ famoſiſſimus in quo naues grecoꝝ retētæ ſunt: ut ſupra dcm̄ e, ideo ibi tardam appellat.

Hāc arc .ſ. caphareū. Ille hēt emphaſim ille ſceleratus nauplius. Efferēs: eleuās ignē qd nobis datū eſt. Cōminuūt: frāgūt quia nō erat aq̄ pfunda. Sedet: hæret ſupra ſcopulū. Ferit: alia nauis pcuſſerat ſaxū & frāgebāt aliū ſequētē retro cedēdo: licet & ipſa eēt fracta. Timent terrā: nos antea cupidi eramus uenire i terrā: quā tūc timebamus. Volunt, maria potius q̄ terrā. Cecidit: ceſſauit i lucē uel durauit uſq; ad lucē furor .i. tēpeſtas. Litatū: ſacrificatū ad pēas nr̄as. Dāna q̄ nocte paſſi ſumus, nec uidebamus: orta luce uidimus claſſem pditā. Vulnus magnū dānū amiſſa: claſſe. Redde: leuat manus ad cœlū rogando iouē. Sacrifica: ſacris adhibita. Cedat: imoleꝛ. Sed ecce, dat locū ſequenti ſatyre: nā ueniebat Agamēnō cū turba captiuoꝝ: .S. añ erat caſſādra. Iliades: troiāç. Effrena phœbas: furēs ſpiritu caſſandra. Entheas: phœbas q̄ſi diuinas: nam Laurus dicata eſt phœbo.

ERB. Heu: q introduciꝛ chorus deplorās miſeriā ſuā q̄ ſibi euenit: cū nō ſint auſe ſeſe occidere nā mors eſt finis miſeriaꝝ & ipſam cōmēdat. Dur⁹, iflexibilis, uolūt ēē hoīes i miſeriis uiuere. Libera, q̄ oēꝫ ſuitutē fugit: hoc eſt ſm̄ iſtitutū ſtoicū q in extremis malis mortē acerſcendā putabāt qd Cicero i catone dānat dicēs nō eē priuſ q̄ de⁹ nos euocet. Effugiū: quo poſſumus fugere mala.

DAN. ¶ Aliena tela. iouis fulmina. Ars iminet, i uertice caphareī in euboea ſtat tēplū iouis cenei. ad radices uero naupli fraude periclitat⁹ ē aiax. Phrixeis. helleſpontu etenim pſpectat: ut teſtaꝛ in ultima tragœdia. Pulſaꝛ oi pte phrixeū mare. Scelere occidione maritorū: ut canit Apol. in .i. Calcedona. & calcis ciuitas in eubo. circūitu qua parte ab eſt ab heleſpon. parte caphare i cc. xxv. M. paſ. pri⁹ uocabat Acha, cuius ex aduerſo eſt aulis, aucto. Pli. & Stra.

DAN. ℭRelegentē: remetiẽtē. ⁋ Frangit: ſequentē. ⁋ Vtrũ nec ambigit clytemneſtra utrum potius faciat: doleat an redeat redeunte agamemnon & eſt paraſceue ſequentis chori Entheas: aptas furentibus in uaticinio.

H Eu dolentis: iteriectio q̃ dulce malũ eſt hominũ uita &c. furor uaticiniũ caſſandrę pernicioſum agamẽnoni: ſed primo iliadum chorus ruinas troiæ antiq̃ deplorat metro dactilico tetrametro cũ pẽtimemeri heroica interdũ abſq; pentimemeri ſcãditur. Laudat mortẽ & qui ſponte in illã ruũt epictetus ſtoicorũ maximus mortẽ dixit eẽ quodam mediũ boni & mali: Cicero nitiẽ hoc ſylogiſmo probare mortẽ eſſe bonũ: quicquid eſt ſm naturã eſt habendum in bonis mors eſt ſm naturã: ergo mors bona. Hic Seneca ex perſona miſerabilis chori mortem probat quę eſt ultima rerum linea.

BER. ℭNullus. Cõmendat hũc portũ mortis in quo nulla eſt pcella. ⁋ Impotẽs, amara. ⁋ Flãma: uerſus ẽ lãbicus. ⁋ Cetus, cõgregatiões, nõ timet ↄſpiratiões ciuiũ qa nihil pñt facerẽ. ⁋ Choris: uẽtis. ⁋ Inſana: turbata. ⁋ Nõ acies: nõ timet hoſtes nec arma ⁋ Perrũpit. ſ. iſte portus. ipa mors ſupat oia. ⁋ Sol⁹ iq nõ curat mori ↄtẽnit ſupplicatiões deorũ leniũ. i. fauentiũ & benignorũ. ⁋ Non triſtis: nõ doles neq; iuitus. ⁋ Ponere ſe ipm occidere. ⁋ Par regi, q audet ſe occidere ẽ ſiĩis regi: & diis q pñt dare & tollere uitã. O q̃ magna miſeria eſt hois calamitoſi q neſcit finirẽ illã mortẽ. ⁋ Munus, equũ. i quo erãt armati: ut ſcri. Vir. i. ii. æn. ⁋ Fatale. qd tu id nobis fatũ & excidiũ. ⁋ Dorici. græci. ⁋ Raperẽt. ↄſumeretis. Bello: imo iſidiis: ñ capta fruitio quẽadmodũ ab hercule ⁋ Natus pelei: achilles. Carus pelide. i. achilli p̃ocliũ intelligit q ſuſceptis armis achillis pugnauit cũ hectore & ab eo itefect⁹ ẽ. ⁋ Falſus achilles, ipſe p̃oclus induct⁹ armis achillis. ⁋ Feroces: fortes & iratos. Suſtulit: eleuauit. ⁋ Luctu: morte amici p̃ocli: nã prius rapta ſibi briſeide occiſus i caſtris nolebat pugnare. ⁋ Saltũ. ſ. achillis timebãt troiãi ex muris ne ipſe aſcẽderet: pdidit hucuſq; pẽdet hypbatũ iſta: pria q̃ nunq̃ uictima fuit: a p̃oclo nec achille: nũc pdidit extremũ decus. ſ. fortiter uinci: nã turpiter ẽ uicta p iſidias. ⁋ Troia: ibi cõſtructio icipit. ⁋ Vidimus. ſ. equũ ligneũ maximũ, de quo ſupra. ⁋ Molis: eq maximi. ⁋ Fatale: qd nobis ferebat fatũ & mortẽ: hoc ẽ ſumptũ a Vir. ⁋ Cõditos occultatos. ⁋ Dolos. i. doloſos licebat eos obruere cũ equo ⁋ Caderẽt: morirẽt: nã potuim⁹ uerſare. i. itelligere: nã parme. i. clipei ſępe ſtrepitũ fecerũt it⁹. ⁋ Pyrrh⁹ t filius Achillis audax male patẽs. i. obediẽs ulyxi fraudulẽto ſępe clamarẽ uoluit ↄhibẽte ulyxe. ⁋ Pubes: iuuẽtus ſine metu gaudebat tangere funes ſacros: qbus trahebarẽ equus ille ↄſecratus mineruæ. ⁋ Aſtianax: filius Hectoris cum grege equeuo. i. cũ turba puerorũ eiuſdẽ ætatis ibat ad uidẽdum illũ æquũ, ex alia parte deſponſa. i. polyxena ducta rogo emonio. i. ad ſepulchrum Achillis hemonii. i. theſſalici: ut uidimus in Troade: ducebat turmas puellarum.

Nullus hunc terror, nec impotens
Procella fortunæ mouet,
Aut iniqui flamma tonantis.
Pax alta nullos ciuium coetus
Timet, aut minaces uictoris iras.
Non maria aſperis inſana coris.
Nõ acies feras, puluereamq; nubẽ
Motã Barbaricis equitũ cateruis.
Nõ urbe cũ tota populos cadẽtes,
Hoſtica muros populãte flamma.
Indomitũ ue bellũ perrũpet omne
Solus contemptor lenium deorũ.
Qui uultus Acherontis atri.
Qui ſtygia triſtẽ non triſtis uidet,
Audetq; uitæ ponere finem,
Par ille regi, par ſuperis erit.
O quam miſerum eſt neſcire mori.
Vidimus patriam ruentem nocte funeſta,
Cum Dardana tecta Dorici raperent ignes.
Non illa bello uicta, nec armis,
Vt quondam Herculea cecidit pharetra.
Quam non Pelei, Thetidiſq; natus,
Caruſq; pelidæ nimium feroci
Vicit, acceptis cum fulſit armis.
Fuditq; Troas falſus Achilles.
Aut cum ipſe pelides animos feroces
Suſtulit luctu, celeremq; ſaltu
Troades ſummis timuere muris.
Perdidit in malis extremum decus,
Fortiter uinci, reſtitit annis
Troia biſquinis, vnius noctis peritura fato.
Vidimus ſimulata dona molis immenſæ.
Danaumq; fatale munus duximus noſtra
Creduli dextera, tremuitq; ſæpe
Limine in primo ſonipes cauernis
Conditos reges, bellumq; geſtans.
Et licuit uerſare dolos, ut ipſi
Fraude ſua capti caderent pelaſgi.
Sæpe commotæ ſonuere parmæ.
Tacitumq; murmur percuſſit aures.
Et fremuit male ſubdolo parens
Pyrrhus Vlyſſi.
Secura metu Troica pubes,
Sacros gaudet tangere funes.
Hinc æquæui gregis, Aſtyanax,

DAN. ℭVidimus patriã: ex oportunitate quadã habita extẽdit ſe in logiori narratione troiani excidii cuius cãm fraudoloſo illi Sõnipedi durateo cũ Virg. ſentiẽs ſcribit quẽ epeus panopei filius uir Boc. architectar⁹ eſt & Pli. tradit epeũ primũ iueniſſe equũ q nũc uocarẽ aries i murabus machinis: aut meminit i odyſſea Homerus & Strabo tãte magnitudinis pptor ſit fabulæ quã hiſt. ⁋ Falſus achilles: cũ iã ↄbuſiſſet naues gręcorũ vnã hector: dedit arma p̃oclo achilles p cutiẽs coxa & iuſſit ilico armari pmũ ita iduit ocreas argenteas ſeruũ thoracha uariũ & fulgidũ ide humeros circũdedit enſe argenteo mox ſuſtulit ſcutũ ç reũ capiti pterea impoſuit galeã criſtatũ oia ſumpſit denique arma pter lãceã q̃ nemo extra Achillẽ poterat uibrarẽ aſcẽditq; i currũ aurigãte Autumedõte hunc ordinẽ ſeqẽ Ho. π. iliados fuit p̃o. filius Mœnetii q cũ pemiſſet opũ te puerũ eũ necauſugit ad peleũ is achilli filio ſociũ dedit. ⁋ Dona ſi. equũ durateum factũ armatis. ⁋ Noſtra dex. Papi. i. prima ſylua hũc neq; diſciſſis cepiſſent pgama muris: Nec

Hinc hæmonio deſponſa rogo.
Ducunt turmas, hæc fœmineas,
Ille uiriles.
Feſtæ matres uotiua ferunt
Munera diuis.
Feſti patres adeunt aras,
Vnus tota eſt uultus in urbe.
Et, quod nunquam poſt Hectoreos
Vidimus ignes,
Læta eſt Hecube. quid nunc primum
Dolor infelix,
Quid ue extremum deflere paras?
Mœnia diuum fabricata manu
Diruta noſtra?
An templa deos ſuper uſta ſuos?
Non uacat iſtis lachrymare malis
Te magne parens flent Iliades.
Vidi, uidi ſenis in iugulo,
Telum Pyrrhi uix exiguo,
Sanguine tingui.
C. Cohibete lachrymas, omne quas tẽpus petet
Troiades, & ipſæ ueſtra lamentabili
Lugete gemitu funera, ærumnæ meæ
Socium recuſant, cladibus queſtus meis
Remouete, noſtris ipſa ſufficiam malis.
Ch. Lachrymas lachrymis miſcere iuuat.
Magis exurunt, quos ſecretæ
Lacerant curæ.
Iuuat in medium deflere ſuos,
Nec enim, quamuis dura uirago
Patienſq; mali,
Poteris tantas flere ruinas.
Non quæ uerno nobile carmen
Ramo cantat triſtis Ædon
Ityn in uarios modulata ſonos.
Non, quæ tectis Biſtonis ales
Reſidens ſummis impia diri
Furta mariti garrula deflet,
Lugere tuam poterit digne cõqueſta domum,
Licet ipſe uelit clarus niueos
Inter olores.
Iſtrum Cicnus, Tanaimq; colens
Extrema loqui. licet Halcyones
Ceyca ſuum fluctu leuiter plangente ſonent,
Cum tranquillo male confiſæ
Credunt iterum pelago audaces:

ris: Nec grege pmixto pueri in nuptiasq; puellæ &c. ¶ Et licuit, & nobis erat integrum deprehendere dolos grecorum niſi omnino fuiſſemus inſanæ. ¶ Vt ipſi: ut iã quoq; pœnas luerent fallaciæ ſuæ ipſi græci.

BER. ¶ Votiua: quibus agerent gratias diis. ¶ Vultus. ſ. lætitiæ: ſimiliter omnes erãt læti. ¶ Ignes: rogos hectoris. ¶ Hecube nominatiui caſus. ¶ Quid nũc: ideo cũ habet tot calamitates: dicit quid primo lugere debeat: aut ultimum. ¶ Non uacat: non eſt ocium & tẽpus. ¶ Magne parẽs: priame. ¶ Iugulo gutture. Exiguo: q̃a modicus ſanguis erat. ¶ Cohibere: ſubſequitur Caſſandra dicẽs ne mulieres troianæ fleant priamum patrem ſuum: ſed potius ſuos: illi autem reſpõdent ſe uelle cõicare dolorem ſuum: quia ipſa non poſſet ſufficere tãto luctui etiã ſi haberet ſocias aues quæ ſemp plorãt. ¶ Queſtus: lamẽtationes. ¶ Sufficiam: per me potero lugere. ¶ Secretæ: incluſe. ¶ Exurunt: affligunt. ¶ Dura uirago: licet ſis fortis nõ poteris ſola flere tantas ruinas. ¶ Triſtis edonis: philomena thracenſis filium ithim interfectum in auem conuerſa plorat: ut plene ſcri. Oui. Pẽdet textus uſq; luget ille nõ poſſent digne lugere caſum tuum. ¶ Verno: tempore ueris ſic catullus: qualis ſubdenſis ramorum ꝯcinit vmbris. ¶ Daulias: abſumpti fata gemẽs ithilli. ¶ Aedonis: thracenſis: nõ q̃d ipſa eſſet de thracia ſed ibi mutata in auem ¶ Aedonis mons thraciæ declinat̃ & ædon teſte Lucano. ¶ Biſtonis. thracenſibus ꝓgnem ipſam intelligit in auẽ conuerſam quæ impia mater filium ithim tereo marito comedẽdum appoſuit. ¶ Furta: adulterium cum philomena ſorore: ut ſcri. Ouid. lib. vii. meta. ¶ Cygn⁹, auis flebiliter canens de qua ſuperius uidim⁹. ¶ Hiſtꝫ & thanaim, fluuios tracię. ¶ Extrema: nam ut teſtatur Pli. cum ſentit mortem ſuauius & flebili⁹ cantat. ¶ Alcyones: aues flebiles alcyone uxor ceycis uidens cadauer mariti merſi in mare ad littus properans in auẽ conuerſa eſt: ibi flebiliter nidificat: de hac ſcribit Propertius & Oui. & Pli. in penultimo: ipſeq; alcedinem appellauit his uerbis q̃ mire dulce eſt cum ibi alcedo pullos educit ſuos. ¶ Ceyca: accuſatiuus eſt græcus. ¶ Male cõfixe. ſ. tranquillitati maris. ¶ Audaces ſcribit idẽ Pli. lib. v. Alcyones aues paulo minores paſſeribus: hẽtq; maiori ex parte pẽnas purpureas candidis admixtas collo gracili ac ꝓcero quas uideri cõtingit raro: quia nunq̃ niſi circa ſolſticia & in bruma inq̃ oua deponũt apparẽt. Nã tunc quoq; medio fere hyemis in mari nidificãt: quo tpe ſi pontus vndoſus fuerit: ipſis ouis manſueſcit. Caduntq; ꝓcellæ oẽs donec alcyones poſita oua foueant: & cũ ſeptẽ dies ſint quibus educunt pullos ſeptem alios adiungũt q̃bus partus enutriãt de quibus Oui. li. xi. met. dicit. Perq; dies placidos hiberno tpe ſeptẽ: incũbant alcyone pẽdentibus equore nidis. Tũ uia tuta maris: uentos cuſtodit & arcet. ¶ Aeolus egreſſu præſtaturq; nepotibus æquor.

DAN. ¶ Magis exurunt, tectæ & lactentes curæ urunt & decoquunt animũ ideo tuos mendas execrandaſq; a penitiſſimo corde carnifices curas mane ſurgẽtibus cõſulit Plut. in quodam iocular i & perfaceto apophteg mate: ergo iuuat expedit o Caſſandra palam ſuos deflere. ¶ Triſtis edõis: ales daulias luſciniam ſeu mauis hirundo. ¶ Edonis, forma patronimica: & producit naturaliter penultimã. ¶ Theocrit⁹. ειαν δ' αεδ' ε ωσαν μεναν ορφανα χει μαυιμεασω, ut ſuperius etiã noui. Solus Lucanus arbitror ex auctoritate ſyſtolen fecit. ¶ Alciones: euſtachius grammaticorum eruditiſſimus erat hanc dictionem aſpirari licet: torqueatur ab αλοσ και κυω etenim ante a ſequente. κ. aſpirationem perdit. Plautus appellat alcedinem ut meminit Plutarchus in penulo quam mire dulce eſt cũ ibi alcedo pullos educit ſuos quem locum quidam male expoſuit de philomena ſentiẽs huius uolucris i odyſſea meminit Homerus & Plinius in. v. & Ouid. in conſolatoria ad Liuiam: & Ouidi. in vndecimo mutationum.

BER.

Fœtuſq; ſuos nido pauidæ titubante fouent.
Non ſi moles imitata uiros
Triſtis laceret brachia recum,
Quæ turritæ turba parenti
Pectore rauco concita, buxum
Ferit, ut phrygium lugeat atym.
Non eſt lachrymis Caſſandra modus.
Quia quæ patimur uicere modum.
Sed cur ſacratas diripis capiti infulas?
Miſeris colendos maxime ſuperos reor.
Ca. Vicere noſtra iam metus omnes mala.
Equidem nec ulla cœlites placo prece.
Nec ſi uelint ſæuire, quo noceant, habent.
Fortuna uires ipſa conſumpſit ſuas.
Quæ patria reſtat? quis pater? quæ iam ſoror?
Bibere tumuli ſanguinem, atq; aræ meum.
Quid illa felix turba fraterni gregis?
Exhauſta nempe. regiam miſeri ſenis
Vacuam relicti totq; per thalamos uident
Præter Lacenam cæteras uiduas nurus.
Tot illa regum mater, & regimen phrygum
Fœcunda in ignes Hecuba. fatorum nouas
Experta leges, induit uultus feros.
Circa ruinas rabida latrauit ſuas
Troiæ ſuperſtes, Hectori, Priamo: ſibi.
Ch. Silet repente phœbas: & pallor genas:
Creberq; totum poſſidet corpus tremor.
Stetere uittæ/ mollis horreſcit coma.
Anhela corda murmure incluſo fremunt.
Incerta nutant lumina/ & uerſi retro
Torquentur oculi/ rurſus immites rigent.
Nunc leuat in auras altior ſolito caput.
Graditurq; celſa nunc reluctantes parat
Reſerare fauces/ uerba nunc clauſo male
Cuſtodit ore: Mænas impatiens dei.
Ca. Quid me furoris incitam ſtimulis noui:
Quid mentis inopem ſacra parnaſis iuga
Rapitis? recede phœbe: iam non ſum tua.
Extingue flammas pectori infixas meo.
Cui nunc uagor ueſana? cui bacchor furens?
Iam Troia cecidit/ falſa quid uates ago?

¶ Fœtus: oua ſua. ¶ Titubante: tremēte uel ex ſcopulo: uel in littore. ¶ Nō ſi: hanc fabulā ſcribit Oui. li. iiii. faſtorum athim pueꝝ phrygium cybele deoꝝ mater caſto ſibi amore deuinxit: iuſſitq; ut purus perſeueraret: & ſua templa tueret & ſubdit Oui. ille fidē iuſſis dedit & ſi mētiar inquit. Vltima q̄ fallā ſit uenus illa mihi. Sed deinde uel præceptoꝝ oblitus: uel libidine uel amore deuictus fallit: & nympha Sagarathide deſinit eē quo fuit. Quare: cū ea nympha pœnas dediſſet ac periſſet: puer in furias cōuerſus: putans domos ruere tectum oē diffugit: & per ſumma dindimi montis phrygiæ: qui deæ ſacer eſt furioſe diſcurrens arrupto lapideo cultro ſeipſum excaſtrauit dicente Oui. Ille etiā ſaxo corpus laniauit acuto: lōgaq; non iſſido puluere tracta coma eſt, o uox q̄ fuit merui meritas do ſanguine pœnas, ah pereāt partes quæ nocuere mihi: ah pereāt dicebat ad huc onus inguinis aufer. Cū ergo athys p eum modū ſe exercuiſſet: uenit in id exēplū: ut oēs qui matri deū miniſtrare cupiunt, ſeipſos excaſtrare debeāt: dicente Ouidio in præfato li. ¶ Venit in exēplū furor hic molleſq; miniſtri: Cedūt iactatis uilia mēbra comis. Verum hi cū matri deū ſacra litabant ꝓprio ſibi ſanguine crines iungebant & caput ide totātes futura præſagire credebant. ¶ Nō ſi: ſupple lugeat. ¶ Molles: caſtratos coribātes gallos ¶ Turrite: cybeli q̄ habet coronā ex turrib⁹. ¶ Rauco pp clamorē. ¶ Buxum: tibiā ex buxo. ¶ Modus: terminus lachrymis nō eſt. ¶ Sed cur. dū loquit uidet chorus caſſandrā deponentē ornamēta ſacerdotalia cū maxime eo tēpore miſero deos: cū nihil peius poſſint ſibi dare. ¶ Oēs met⁹: nihil timeo ampli⁹: cū oia mihi ſint erepta. ¶ Quo: nō hñt aliqd malū quo nocere poſſint mihi. ¶ Quæ pria. q. d. nulla: vnde declarat qđ ſibi nihil reſtet ¶ Bibere tumuli: hoc dīc pp polyxenā ad tumulū achillis interfectā. ¶ Aræ: dicit pp Priamū ad arā iouis interfectū. ¶ Gregis: nam priamus quinquagita filios habuit. ¶ Senis. ſ. priami. ¶ Relicti. ſ. uident familiā uacuā. ¶ Præter lacena: helenā q̄ menelaū hēt & prius habuerat fratrē meū paridē indignatiue loquit. ¶ Nutus: uxores filioꝝ priami. ¶ Hecuba: appoſitiue regimē: nā fuit aio uirili: pia & benigna. ¶ Nouas leges: qa ſcribit uerſa in cane teſte Oui xiiii. meta. In ignes. i. rogos: nā oēs filios cremari uidit. ¶ Induit: ſuſcepit cū facta fuerit canis ſuperſtes, q uixit ultra alios. ¶ Sibi: nā poſt hecubā mulierē: ipſa quoq; uixit canis. ¶ Silet: uiderat chorus caſſandrā deponere uittas: nūc āt pallidā & uariantē colorē: nec uerba exprimētē pp ſpiritū Apollinis urgentē. ¶ Phœbas. uates caſſandra. ¶ Horreſcit erigit. ¶ Torquent: tanq̄ fugiāt ſpm. ¶ Rigēt: ſtant firmi. ¶ Altior: uī maior quā an. ¶ In auras: in altū ¶ Reluctātes: cōtra nitentes nollet loqui ſed ſpūs cogit aliquando ſciūt & non poſſunt dicere. ¶ Reſerare aperire. ¶ Impatiens: non ualens pati deū. ¶ Menas: ꝓprie ē bacca: ſed ibi p uate furioſa ponit. ¶ Quid uerba. Caſſandra reſiſtens phœbo. ¶ Stimulis: ſicut ſolet incitari equus: nam poetæ de phœbade loquūtur more eqtantis. ¶ Parnaſi: ubi colebatur Apollo. ¶ Phœbe: non ſum amplius tua, ſed agamēnonis. ¶ Flammas, quas ingeris ad diuinationē. ¶ Cui ad ultionē cuius nulla eſt cauſa cur debeam uaticinari. ¶ Furēs: uaticinās.

DAN.

¶ Turba: cybeli q incitabant caſtrabāt: hauſtu galli iſanirtes: ē gallus fluui⁹ in galatia phrygiæ a quo nomē traxere mr̄is deū ſacerdotes auctor Plinius. v. ca. xxxii. Athim athis puer cybelis ꝓmiſſam corpis integritatē i ſagaratide nympha rūpere coactus bñ ob in qđ inſaniā uſus ſibi acuta teſta trūcauit cliterliques id qđ denotat ſemina non producí decuſſis floribus. ¶ Athis. n. deſignat flores cliterlini uero ſpmata. auctor Euſebius i euangelica pparatione in li. iii. ¶ Nec ſi uelint: iam ſunt inermes dii adeo crebra eoꝝ in nos pugna & colluctatio fuit. ¶ Relicti: ſupſtites uideat uacuā regiā. ¶ In ignes in exitium patriæ q peperit Paridem: uel quot filioꝝ uidit tot funera & rogos. ¶ Stetere: in horruere aut erectæ ſunt. ¶ Nutant: tremunt mouent quaſi malū mināntes & Chorus ad ſpectatores inſanæ uatis habitū ex quadam occaſione depingit. ¶ Mœnas inſana & furibūda παρατο μαινομαι, luuena. Crimenq; retant ululante priapo mœnades.

¶ Bacchor

BER. Vbi ſum? fugit lux alma: & obſcurat genas
Nox alta & æther obditus tenebris latet.
Sed ecce gemino ſole præfulget dies.
Geminumq; duplices argos attollit domos.
Idæa cerno nemora fatalis ſedet
Inter potentes arbiter paſtor deas.
Timete reges moneo: furtiuum genus.
Agreſtis ille alumnus euertet domum.
Quid iſta uæcors tela fœminea manu
Diſtricta præfert? quem petit dextra uirum
Lacena cultu ferrum amazonium gerens?
Quæ uerſat oculos alta nunc facies meos?
Victor ferarum colla uexatus iacet:
Ignobili ſub dente Marmaricus Leo
Morſus cruentos paſſus audacis leæ:
Quid me uocatis ſoſpitem ſolam e meis
Vmbræ meorum? te ſequor tota pater
Troia ſepulta: frater auxilium Phrygum:
Terrorq; Danaum: non ego antiquum decus
Video: aut calentes ratibus exuſtis manus.
Sed lacera membra: & ſaucios uinclo graui
Fortes lacertos te ſequor nimium cito
Congreſſe achilli troile: incertos geris
Deiphœbe uultus: coniugis munus nouæ:
Iuuat per ipſos ingredi ſtygios lacus.
Iuuat uidere tartari ſæuum canem:
Auidiq; regna Ditis. hæc hodie ratis
Phlegethontis atri regias animas uehet:
Victamq;: uictricemq;. uos umbræ precor:
Iurata ſuperis unda te pariter precor:
DAN. Reſerate paulum terga nigrantis poli:
Leuis ut Micenas turba proſpiciat Phrygum.
Spectate miſeri fata ſe uertunt retro.
Inſtát ſorores ſqualidæ ſanguinea iactát uerbera.
Fert læua ſemuſtas faces, ardétq; palétes genæ.
Et ueſtis atri funeris exeſa cingit ilia.
Strepuntq; nocturni metus: & oſſa uaſti corpis
Corrupta lóginquo ſitu palude limoſa iacent.
Et ecce deffeſſus ſenex ad ora ludentes aquas
Nó captat oblitus ſitis: mœſtus futuro funere.
Exultat: & ponit gradus pr decoros Dardáus.
Ch. Iam peruagatus ipſe ſe fregit furor:
Caditq; flexo qualis ante aras gradu
Ceruice taurus uulnus inciſa gerens.
Releuemus artus entheos. tandem ſuos
Victrice lauro cinctus agamemnon adit.
Coniunxq; pariter obuios illi tulit
Greſſus: reditq; iuncta concordi gradu.

¶ Bacchor inſanio. ¶ Falſa: quia non creditur mihi. ¶ Vbi ſum: ingredit̃ ſpõs q ſibi oẽm mẽtẽ mutat ¶ Abdit⁹: occultat⁹ nõ vĩ mihi. ¶ Gemino ſole furiatis & ebriis oia videt̃ geminari. ¶ Argos: pr̃ia Agamẽnõi. ¶ Idæa: mõtis idæ vbi Paris tulit ſñiam inter deas. ¶ Furtiuũ. h. d. pp ægiſtũ: ſed ad ſĩlitudinem paridis. ¶ Agreſtis: ægiſtus nutritus fuit i argis: nã cũ natus eẽt ex Pelopeia ob pudorẽ ꝓiectus ẽ: & a capris nutritus ẽ vñ nomẽ ægiſthi aſſumpſit: nã argos capra dr̃ hic tãdẽ ad regiam ductus Agamẽnonẽ a bello troiano redeũtẽ iterfecit vna cũ clytẽneſtra. ipſe aũt tãdẽ & clytẽneſtra ab horreſte iterfecti ſunt. ¶ Quid iſta videt, ẽt mulierẽ armatã ſecuri more amazonum. ¶ Diſtricta, euaginata. ¶ Lacena: hñs cultũ lacedemoniũ ¶ Ferrũ ſecuri amazoniã. ¶ Quæ verſat: tertia imago offert̃ ſibi videt leonẽ victorem ferraꝝ lacerari ab vna leena. Facies: apparẽtia ¶ Marmaricus, magn⁹ vt ſunt ĩ marmaria regiõe verſus ęgyptũ, hic erit agamẽnõ victor q a muliere occidet̃ ignobili, vili & fœminea. ¶ Quid me, nũc accedit ad diuinationẽ de morte ſuoꝝ & ipſiuſmet. ¶ Vmbra: aiæ uidebat̃ ita ſibi videre ſuos. ¶ Pater priame. ¶ Solã, qa oẽs mei mortui ſunt excepta me. ¶ Troia ſepulta, iterẽptis oib⁹ nr̃is. ¶ Fr̃ hector appoſitiue auxiliũ & terror videbat̃ illi videre hectorẽ. ¶ Exuſtis: nã hector ignẽ tulit ad naues grecoꝝ nõ video te nũc talẽ: ſʒ laceratũ. ¶ Troile, fr̃ q adoleſcẽtulus ꝯgreſſus cũ Achille iterẽptus ẽ. ¶ Incertos q non pñt cognoſci, nã vt ſcri. Virg. in. vi. æneĩ. trũcis narib⁹ & auribus & vmbra deiphœbi apparuit æneæ. ¶ Munus, domũ nouæ cõiugis helenæ q̃ poſt mortem: paridis illi nupſerat: & ſupræma nocte illũ ꝓdidit dicẽte Virg. Intra tecta vocat danaos & limina pãdit. ¶ Canẽ: cerberum. ¶ Auidi: qui oia deuorat. Hæc ratis: cymbã carõtis quã videbat̃ videre hodie vehet aias regias itelligit aiam Agamẽnonis actã. i. ipul/

ſam violẽter ex corpore nã occiſus fuit ferro. ¶ Victã. ſ. meã & victricẽ Agamẽnõis. ¶ Iurata vnda: ſtigiã palludẽ itelligit: rogat deos vt aperiãt terrã vt aiæ troianoꝝ poſſint videre vĩdictã de morte Agamẽnonis. ¶ Terga ſupficiẽ terrę nã ipſi ſunt i cẽtro. ¶ Poli nigrãtis: cœli vẽl iferralis obſcuri. ¶ Leuis, ſine corpore: nã aiæ icorpeæ ſunt Mycenas: vbi occidet̃ agamẽ. nã ut iqt Iuue. Vĩdicta bonũ vita iucundius ipſa. ¶ Spectare: vertit ſmonẽ ad aias troiãs. ¶ Fata diis: q nobis fuerãt inimici: nũc ſe vertũt ꝯtra grecos. ¶ Sorores: furię de qb⁹ diximus. ¶ Leua ſiniſtra. ¶ Illa. ſ. furiaꝝ apparat ſecũ habitu mortifero. ¶ Nocturni: qa ſolẽt errare i nocte. ¶ Vaſti gigãtũ q ſunt i pricipio inferni. ¶ Senex: tãtalus q adeo triſtabat̃, vt ſitis ſue nõ recordaret̃ pp Agamẽnonẽ nepotẽ ſuum. ¶ Futuro, morte Agamẽnonis futura. ¶ Pater: auctor troię ecõtrario letabat̃ dardan⁹ in vindictã ſuoꝝ. ¶ Cadit, nã phœbades decedẽte ſpiritu: ut ſcri. Vir. Exanimes relinquebãt̃. ¶ Releuem⁹, dicunt mulieres Troianę. ¶ Entheos: concitatos ſpiritu. ¶ Victrice: dat locum ſequenti ſcenæ.

DAN. ¶ Fatalis: capitalis pr̃iæ & nobis. ¶ Fœmia manu: ad Clytẽneſtrã ptinet hoc vaticiniũ. ¶ Ferrũ bipẽnẽ armant̃ ſecuribus & peltis amazones vt tradit Apol. in. ii. & Pẽtiſilea amazonũ regina teſte Pli. iuenit ſecurim pria. ¶ Feraꝝ, troiãorũ. Marmaricus leo Agamẽnon. ¶ Deiphœbe: deiphœbus priami ex hecuba fili⁹ cui nupſit helena poſt paridẽ q̃ dictio cũ grece ſit δειφοβος nullo mõ latine deiphœbus dici põt: vt docet paſſim lectio homerica: põt ãt iterpretari fuga vaſtationis nã φοβος fuga & δειζο populor, ſʒ prius dicebat̃ deiphœbus. ¶ Victã & victricẽ: ibimus æqua ſorte & neceſſitate victi pariter & victores i infernũ hodie, oẽs. n. vna manet mors & tẽptãda ſemel via leti recte meminit Ora. numeroſus & doctiſſimus i tertio carminũ æqua lege neceſ/

ſitas ſortiſ iſignes & imos. Oē caput mouet vrna no-mē. Iurata, paſſiue poſu it pīcipiū abſoluto. Po-li. iproprie dictū. Futu-ro ſu. nepotis agamēnonis. Flexo gradu. cernuus & pcumbēs qđ græci dicunt οκλας Apollo. in tertio de tauris quos domuit Iaſon. τουδ᾽ εν χθονικα βαλλενο κλαξ ριμφα ποδ᾽ ει ποσ σακρολεασ χαλκεον.

BER. TAndē. Hic eſt q̄r-tus actus i quo re ditus Agamēno-nis i vrbē: veniēs agamēnō vidit Caſſandrā exanimā iubetq; eā refocillari aqua ut reuiuiſcat, demū cū reſi-piſciſſet, vaticinaſ ſine furo re mortē Agamē. Geli-do la. aq̄ frigida. Marcē te, deficiēte, iā icipit leuari. Feſtus & troię: vſ dicere de vna re & itēdit aliā, troia habuit diē feſtū & iō pdi ta fuit qn̄ miſſus eſt equus. Pſ, ēt priamus occiſus ē añ aras. Arceū, ēt pſ me us añ aras Iouis arcei itērē pt? ē. Credis loco, cū ſim mycenis tu rñdes tanq̄ ſis troiæ. Helena, q̄ ſemp ē cā ruine: ſed itelligit a ſiſi clytēneſtrā. Libertas: ut iugt Ci. neſcit ſeruire q vo-luit mori. Nō timet: qž non credis. Hanc: credit agamēnō ipſā furiatā vñ iperat famulis, & illam te-neāt donec ceſſerit furor. Ad te: vtit ſmonē ad Io uē. Sororē, iunonē. Pol-lētis: potentis oia. Viri: mariti. Dōis, thure. Fi bra: ps p toto. i. victima.

DAN. TAndem reuertor, Secūda ps Aga-mēnōis iā agit & quartus actus i quo lætus victoria & diues Troiana pda Agamemnō reuertiſ. Mycenias. laſſam aūt Caſ-ſandrā relicto ſpū appollo nico iuitat ad cōem deoꝝ cultū id qđ renuit Caſſan-dra añ aras Iouis hercei im miſericorditer: & turpiter patrē pcubuiſſe recordata. Refouete ge. la. aquā in faciē iſufflare dōec redeat in ſe. Marcēte: narāte. lā guido. Herce? iuppiter: quēadmodū i nr̄a caſtiga-tione admonuimus coleba tur intra domeſtica ſcepta quē aūt deū penetralē ap-pellabāt. Pelliſq; nubes,

ACTVS QVARTVS.

Trimetri Iambici.

AGAMEMNON. CASSANDRA.

TAndē reuertor ſoſpes ad pſios lares:
O cara ſalue terra, tibi tot Barbaræ
Dedere gentes ſpolia. tibi felix diu
Potentis Aſiæ Troia ſummiſit manus.
Cur iſta uates corpus effuſa: ac tremens
Dubia labat ceruice? famuli attolite:
Refouete gelido latice, iam recipit diem
Marcente uiſu, ſuſcita ſenſus tuos.
Optatus ille portus ærumnis adeſt.
Feſtus dies eſt. Cas. feſtus & Troiæ fuit.
A. Veneremur aras. Caſ. cecidit añ aras pater.
A. Iouem precemur pariter. Caſ. Herceū Iouē?
A. Credis uidere te Iliū? Caſ. & Priamū ſimul.
A. Hic troia nō ē. Caſ. ubi helena ē, troiā puto.
A. Ne metue dñam famula. Caſ. libertas adeſt.
A. Secura uiue. Caſ. mors mihi ē ſecuritas.
A. Nullū ē picliū tibi met. Caſ. at magnū tibi ē.
A. Victor timere qđ poteſt? Caſ. q̄ nō timet.
A. Hanc fida famuli turba: dum excutiat deū:
Retinete: nequid impotens peccet furor.
At te pater: qui ſæua torques fulmina.
Pelliſq; nubes: ſydera: & terras regis:
Ad quem triumphi ſpolia uictores ferunt.
Et te ſororem cuncta pollentis uiri
Argolica Iuno. pecore uotiuo libens
Arabumq; donis: ſupplice & fibra colam.

ℭ Verſus Aſclepiadei: Iambici: Trochaici: & Sapphici.

CHORVS GRÆCORVM.

ARgos nobilibus nobile ciuibus:
DAN. ℭ Atq; monumenta, certo indice prodit iam ſuam de te formidinem. ¶ Dominus: qui habet imperium domus: is proprie domin⁹ eſt vnde dominus & ſeruus retrãſitoria nomina ſunt. Et dominus dicitur cui populi ſubſunt. Virgilius. Romanos rerum dominos .g. .q. to. Antiqui dixerũt dubenum. Pacuuius dum dubenos ligatos ſeruos peſſime uerberat: dominos & dominas amãtes dicimus & Deos & Deas. Virgilius Et iuncti currum dominæ ſubiere Leones. Ouidius. Et Domino ſoluere uota Ioui. Dominus ergo cœli: ideſt Iuppiter dominator cœli diuumq; æterna poteſtas. Exemplis a maiori ſolatur dolentem Octauiam quoq; Iuppiter concubinos & concubinas inuita Iunone habuerit cœleſtiq; honore hibridas decorauerat. ¶ Vicit ſapiẽs: tam ſapientis eſt pertinacem obſequelam tolerare. ¶ Tenet tonantem diſſimulando eius iniurias: ſemel iocabatur cum Ganimede Iuppiter uidente Iunonem: arriſit Iuno continuo Iuppiter relicto puero deoſculatus eſt Iunonẽ: ut eleganter indicat Lucan⁹ i tetraſticho quodã: qđ ego latinũ feci Iuppiter humanos deponens pectore curas. Forte ſuo cœpit cũ Ganimede iocos. ¶ Viderat: & ridẽs Iuno formoſa. Miniſtro a Ioue neglecto baſia ſola tulit. ¶ Auguſti Neronis. ¶ Vince: ferendo ¶ Iungentur, contrariis argumentis & antietis a quatuor rerũ initiis offirmat ſe contra. Senſus eſt mare potius ſuſtineret ſtellas, & ignis ferret aquas quam

feram ego

feram ego mores ſceleſti con iugis. Cometam: & come tes & cometa in genere uiſilli enunciatur. ſtella crinita hiſpida. terrificum ſydus & perniciem magnis uiris portendens. Frigido: pro frigore. Irata tellus: Appollonius meminit in tertio: & ut ſupra adnotauimus.

BER. Templis: nam ut inquit: Suetonius: uaſa templis ſacrata conflabat. Ciues: nã multos proſcripſit pluresq; perdidit. Fratri: britannico. Matris Agrippinæ. Et lucem: ex indignatione ſubiungit hoc licet mereatur mori: uiuit tamen. Noxiã: nimis nocentem. Inuicta: quibus nihil poteſt reſiſtere: fruſtra iacis & temere: ideſt ſine conſideratione fulmina, cum potius ſæuum Tirannum deberes ferire. Ceſſat: quod non feriat. Quẽ, orbem. Iugo turpi: ſeruitute. Auguſtum: nomen familiæ noſtræ. Inquinat: diffamat. Cede: fer æquo animo fortunam tuã. Vrgetur ira: iam diu dii habent gentẽ nr̃am iuiſam. Quã: ſcilicet domum. Dura: immiſericors. Genitricis: matris meſſalinæ quę cum eſſet Claudius apud hoſtiã Caio ſilio nupſit dote inter auſpices conſignata: ut ſcribunt Tranquillus & Tacitus: quod cum reſciuiſſet imperator illam iubet ſupplicio affici. Nupſit, ſ. iterũ filio. Noſtri: filiorum quos habebat ex Claudio. Cõiugis: claudii. Legum: contra leges id matrimonium fecerãt uenieote Claudio. Illo: aduerbium: ad illum locum. Stygios: mortiferos. nam poſtea ambo interfecti ſunt. Toros. ſ. meſſalinę & filii. Faces: quæ ſolent ferri in nuptiis. Principis: Clau. Cede: ſcilicet matris meæ. Extincta: poſtquam ipſa mortua eſt: nunquam deterſi lachrymas oculis. Coniugem, Claudium qui poſtea duxit Agrippinam: a qua ueneatus eſt vna cum filio britannico: vnde mater fuit cauſa mortis illorum: niſi perdita fuiſſet ipſa: pater non duxiſſet Agrippinã. Ad vmbras: ad inferos. Prodidit: fuit cauſa ruinæ. Furoris: inceſtæ libidinis: quia iuncta eſt filio.

Hominumq; templis expulit ſuperos ſuis,
Ciueſq; patria. ſpiritum fratri abſtulit.
Hauſit cruorem matris, & lucem uidet.
Fruiturq; uita noxiam atq; animam trahit.
Pro ſumme genitor, tela cur fruſtra iacis
Inuicta toties temere regali manu?
In tam nocentem dextra cur ceſſat tua?
Vtinam ſuorum facinorum pœnas luat
Nero. ipſe diuo Domitio genitus patre
Orbis tyrannus, quem premit turpi iugo.
Morumq; uitiis nomen auguſtum inquinat.
N. Indignus ille fateor, & thalamis tuis.
Sed cede fatis, atq; fortunæ tuæ
Alumna quæſo ne ue uiolenti moue
Iram mariti. forſitan uindex deus
Exiſtet aliquis, lætus & ueniet dies.
O. Graui deorum noſtra iampridem domus
Vrgetur ira, prima quam preſſit Venus
Furore miſeræ dira genitricis meæ.
Quæ nupta demens nupſit inceſta face
Oblita noſtri, coniugis, legum immemor,
Illo ſoluta crine, ſuccincta anguibus,
Vltrix Erinnys uenit ad Stygios toros.
Raptaſq; thalamis ſanguine extinxit faces.
Incendit ira principis pectus truci
Cædem in nefandam. cecidit infelix parens
Heu noſtra ferro, meq; perpetuo obruit
Extincta luctu, coniugem traxit ſuum.
Natumq; ad vmbras, pdidit lapſam domũ.
N. Renouare luctus parce cum fletu pios.
Manes parentis, ne ue ſollicita tuæ.
Graues furoris quæ ſui pœnas dedit.

Anapæſtici. Chorus Romanorum

Quæ fama modo uenit ad aures
Vtinam falſo credita perdat
Fruſtra toties iactata fidem.
Nec noua cõiux noſtri thalamos
Principis intret, teneatq; ſuos
Nupta penates Claudia proles.
Edat partu pignora pacis,
Qua tranquillus gaudeat orbis.
Seruetq; decus Roma æternum.
Fratris thalamos ſortita tenet
Maxima Iuno. ſoror auguſti
Sociata toris cur a patria
Pellitur aula? ſancta quid illi
Prodeſt pietas, diuuſq; pater?
Quid uirginitas, caſtuſq; pudor?
Nos quoq; noſtri ſumus immemores
Poſt fata ducis, cuius ſtirpem

Quæ fama, BER. Inducitur Chorus quod fama vulgata quod Nero duceret Popeam uxorem repudiata Octauia: eius miſeriam deplorat Populumq; Romanum arguit quod talia patiatur qui ſolitus erat Tyrannos expellere. Verſus anapeſticus eſt. Quæ fama: aliqui iterrogatiue legunt: ſed potes facere totam vnam conſtructionem: ſcilicet utinam fama quæ peruenit ad aures ſit credita falſo. Perdat: non ſit uera. Noua popea: pricipis Neronis. Proles claudia: Octauia. Pignora: filios: pignus pacis inter ipſam & Neronẽ. Edat generet. Qua, pace. Soror, & uxor Neronis auguſti. Diuus pater: claudius, nã a Nerone idẽ in numero deorum relatus eſt ut tegeret crimen ueneni. Nos quoq; uenit ad reprenſionem populi qui hæc pati non deberet. Poſt fata: ideſt mortem: nam mortuis etiam debemus officium. Cuius, ſcilicet ducis Claudii.

DAN. Lætus dies: uindictę quo meritas ſcelerum ſuorũ det pœnas: raro enim antecedentem ſceleſtum deſeruit pede pene claudo. Graui deorum: expoſtulat pertinacem conſtantemq; iram deorum in ſe ſuamq; familiam. Dira uenus: certauit vna nocte quinq; & uiginti concubitibus: & laſſata uiris nõdum ſaciata redibat: uenus improba domum. claudiam furore i extincto Meſſalinæ ſugillauit. Raptas: de paternis thalamis. Renouare: nititur demũ nutrix octauiam a luctu maternæ calamitatis cohibere.

DAN. Quæ fama: cõmiſeratur Corhus abominãdum Octauiæ repudiũ: & Popeæ iniquas nuptias: mox inuehit in perditos ac facinoroſos mores Neronis. Scribitur hoc carmen quod eſt quartũ metro pidarico dimetro brachicathalectico.

BER. Prodimus ſæuo ſuadente metu.
Vera priorum uirtus quondam
Romana fuit, uerumq; genus
Martis in illis ſanguiſq; uiris.
Illi reges hac expulerant
Vrbe ſuperbos. ultiq; tuos,
Sunt bene manes uirgo dextra
Cæſa parentis, ne ſeruitium
Paterere graue/& improba ferret
Præmia uictrix dira libido.
Te quoq; bellū triſte ſecutum eſt,
Mactata tua miſeranda manu
Nata Lucreti, ſtuprum ſæui
Paſſa tyranni dedit infandi
Sceleris pœnas cum tarquino
Tullia coniux quæ per cæſi
Membra parentis egit ſæuos
Impia currus: laceroq; ſeni
Violenta rogos nata negauit.
Hoc quoq; noſtra uidere nefas
Sæcula magnum cum tyrrhenum
Rate ferali princeps captam
Fraude parentem miſit in æquor.
Properāt placidos linquere portꝰ
Iuſſi nautæ/reſonant remis
Pulſata freta/fertur in altum
Prouecta ratis/quæ reſoluto
Robore labens preſſa dehiſcit.
Sorbetq; mare/tollitur ingens
Clamor ad aſtra cum fœmineo
Miſtus planctu/mors ante oculos
Dira uagatur/quærit leti
Sibi quiſq; fugam. alii laceræ
Puppis tabulis hærent nudi.
Fluctuſq; ſecant. repetunt alii
Littora nantes. multos mergunt
Fata profundo. ſcindit ueſtes
Auguſta ſuas, laceratq; comas.
Rigat & mœſtis fletibus ora.
Poſtquam ſpes eſt nulla ſalutis,
Ardens ira iam uicta malis,
Hæc, exclamat, mihi pro tanto
Munere reddis præmia nate?
Hac ſum, fateor, digna carina.
Quæ te genui/quæ tibi lucem

¶ Euo: longitudine temporis: Romani de ſanguine martis animoſi erant: ſed modo longiores ab illa ſtirpe facti ſumus timidiores: i nobiſq; deficit ſanguis martius. ¶ Virgo: uirgine: hiſtoria a Tito liuio ſcribitur plene. Apius decem uir captus amore huius puellæ illam falſo per libertum in ſeruitutem uindicare uolebat: nam ex ancilla ſua natam eſſe libertus aſſeuerabat: cui cū uirginis pater puellæ reſiſtere nō poſſet: apiū decemuirum rogauit ut remotis arbitris cū filia loq liceret: quo conceſſo arrepto gladio e proxima lanigena filiam iugulauit: mallens habere illam mortuam quā ſtupratam. Populus autem uidens iniquitatem decemuirorum qui regibus ſucceſſerāt, illos inatratu abire coegerunt: hęc tota hyſtoria ibi exprimitur breuiter. ¶ Seruitium: ne traheris in ſeruitutem per libertum Apii. ¶ Libido. ſ. Apii qui te cupiebat. ¶ Te quoq: Lucretia romani pudoris ſpecimē: lucretii filia & collatini uxor ut ſcribitur a Liuio uiolata a Tarquino filio tarquini ſuperbi, uocatis parētibus & marito, manu ꝓpria mortē ſibi cōſciuit: ne adulterio ꝯſenſiſſe uideret & Brutus aſt qui iam diu ſtultitiā ſimulauerat arrepto gladio quo ipſa Lucretia ceciderat in publicū prodiens populū cōcitauit ad fugam regis qui cū tota ſtirpe expulſus eſt. ¶ Nata lucretii, Lucretia. ¶ Tullia: filia ſeruii tulii ſexti regis Romanorum: & uxor tarquini ſuperbi qui patrē uxoris interfecit regno potiretur: hæc ſcelerata fuit ſimulq; cū tarquinio expulſa: vñ Valerius maximus inquit: cū hæc carpēto ueheretur: & is qui iumenta agebat ſuccuſſis frenis cōſtitiſſet: repentino more cām requiſiuit & ut cōperit corpus patris Seruii tulii occiſi ibi iacere ſupra id duci ueiculum iuſſit quo celerius in cōplexu interfectoris eiꝰ tarquini ueniret. ¶ Lacero ſeni: pētri ſeruio Tulio iterēpto noluit illū ſepeliri. ¶ Hæc quoq: nati. ſ. Neronis tangit hyſtoriā qua agrippina mater Neronis periit: q ut igt Suetoniꝰ cū ueneno tētaſſet pdere, ſentiretq; antidotis pmunitā: lacunaria quæ noctu ſup dormientē laxata machina deciderēt parauit: hoc ꝯſilio per cōſcios parū celato: ſolutilē nauē: cuius uel naufragio uł camere ruina periret cōmentus eſt. ¶ Atq; ita recōciliatione ſimulata a iucundiſſimis litteris baias euocauit ad ſolennia quinquatrium ſimul celebranda datoq; negocio triachris: qui liburnica qua aduecta erat uelut fortuito concurſu confringerent protraxit conuiuium repetentiq; baiulos in locum corrupti nauigii machinoſum illud obtulit hilare proſecutus: atq; in ingreſſu papillis quoq; exoſculatis: reliquum temporis cū magna trepidatione uigilauit, operiens ceptorum exitum. Sed ut diuerſa oia nandoq; euaſiſſe eam comperit. impos cōſilii lagerinū libertum eius ſaluū & incolumen cū gaudio nunciātē abiecto clauſula iuſta pugiōe ut percuſſorē ſibi ſubornatū arripi, cōſtringiq; iuſſit: matrēq; occidi quaſi deprehēſum crimen uolūtaria morte uitaſſet. ¶ Rate ferali: naue ſolutili & mortifera. ¶ Iuſſi, a Nerone. ¶ Profecta: proficiſci ſignificat incohationem itineris: nō ꝑfectionē. Plautꝰ tibo. quo ꝓficiſcor. ¶ Præſſa: peſſundata. ¶ Fugam leti: fugere mortē. ¶ Secāt natant inherētes tabulis. ¶ Repetunt, uadunt uerſus littus. ¶ Auguſta: agrippina mater auguſti Neronis conquærit de igratitudine filii amiſſa omni ſpe uitæ

DAN. ¶ Vera priorum commendat ſeuerum & acre ſupercilium ueterum Romanorum uindicandis ſceleribus. ¶ Expulerant: nulla ui: nullo terrore: nullo deniq; fœdere nūquam adduci potuerunt ut rex Tarquinꝰ eiectus ob ſcelus filii reciperetur: adeo cōſtanter crimen uiolatæ pudicitiæ puniuerunt. ¶ Seruitium: concubitus illiciti & inċceſſi. exempla poſſent ſexcenta adduci quibus fieret fides quāto animi robore quātaq; fortitudine Romani illi ueteres omnem ignobilitatem: omnemq; molitiem & effeminatam libidinem caſtigauerint: ſed hiis ſolis ſtemꝰ quæ auctor ingenua breuitate proſequitur. hoc cauerat mens ꝓuida Romuli diſſentientis conditionibus fœdis: & exemplo trahentis &c̄. inquit Horatiꝰ. Turpis maritus uixit & oſtium pro curia inuerſiq; mores. ¶ Nata Lucretii: Spurius lucretius pater Lucretiæ. ¶ Venit collatiā. Sextus Tarquinius & noctu ſtricto gladio ad dormiērē Lucretiā igreſſus vno tm̄ ſeruo obſtinatam pudicitiā rapuit. Lucretia mœſta tanto malo

tanto malo cōuocatis uiro & patre. Nulla inquit post hac impudica exemplo Lucretiæ uiuēt & cultrum quē ſub ueſte abditū habebat cum i corde defigit. Tullia cōiunx: Tullia cū ſe domum reciperet carpento corpus paternū cōculcauit ſtratum in uico cyprio qui poſtea dictus eſt ſceleratus. hęc poſtea execrantibus uiris mulieribuſq; domo & urbe cum uiro & gnatis expulſa eſt: & tuſculi exulauit: ut Dionyſius & Liuius meminerunt.

BER. ¶ Exere, tolle ut uideas miſeriam meā. Paſcere: ſatiare malis meis o claudi: cum fuerim cā mortis tuæ & nati tui britannici. Feriūt: dum loqueretur vnde replebant os eius: & modó inclinabatur i pelagis modo tollebatur ut vnde ferébant. Pellit fata. i. mortem. Palmis: ſcilicet manibus nando. Cędit: uincitur a labore: nō poterat ſe amplius mouere. Mãſit: ſcilicet in aliquibus qui accurrerunt ad auxilium. Spreta: nō timentes mori ut illi ſuccurrerēt. Leuāt: tollūt ab vndis. Quid tibi: uerba chori ad agrippinam. Vix poſteritas: ita horrendum: ut qui non uiderint: uix credere poſſint. Furit: ſcilicet Nero dolet euaſiſſe matrē. Iuſſa: mortē agrippinę. Cędis, mortis ſuæ: rogat miniſtrum ut uentrem quoq; feriat quo Neronē dirū mōſtrum tulit. Reddit: emiſit: nam ſm Platonem animæ dicuntur reddi cœlo: vnde uenerunt.

BER. Vid me, ſecūdus act⁹ ubi Senecam p̄ceptor Neronis. non ille Seneca qui hanc tragoediam compoſuit ut diximus i principio, maxime conquærit de fortuna ſua: uidens tantā exuperantiam uitiorum ut putet finē mūdi adeſſe. Fallaci: quæ licet uidearis blāda: vulnera amara inferis nimium ex te pendentibus. Alte: ad magnas dignitates. Edita arce: ſublimi turre: nā ſuſceptus fuit in domo imperatoris elatuſq; in altum ut grauius caderem: ſemperq; animo inquietus eſſem.

DAN. ¶ Profecta: nō ē nauiū p̄ficiſci ſed nauigantium: lege ergo prouecta ut habet antiquarius codex quē crediderim uel dextra Senecę uel eius tempeſtate deſcriptū fuiſſe. Dehiſcit: fatiſcit rimis. Scindit ueſtes: miraculum eſt in naufragio illi locum fuiſſe & lacerandi crines & conſcindendi tunicam cui uix licuerit enatare: ergo nimis ambitioſa & affectata deploratio ē iſta niſi auctoris odiū in Neronem excuſes. Natoq; tuo Britannico. Inhumata: quod meos artus naufragos depaſcentur monſtra maris. Triſti morte: triſte genus lœti eſt animam deponere in Vndis. Multi dominę: multi addebant animos natanti dominæ: & eandem trahentē lenta brachia magno celeumate hortantur. Manib⁹ ſuis ſuppoſitis. Quid tibi ſæui: exclamat hic corhus ex commiſeratione inuitatæ mortis quod omnino machera percuſſoris moriet. Cuius. facinus: adeo eſt immane & præter omne exemplum. Satelles: percuſſor ſpiculator. Mixtam gemitu: quia immatura: quia interfecta a filio: quia imperio turpiter excedebat imperatrix: aut quia nemo uolens moritur.

Atq; imperium, nomenq; dedi
Cæſaris amens. Exere vultus
Acheronte tuos, pœniſq; meis
Paſcere coniux. ego cauſa tuæ
Miſerande necis, natoq; tuo
Funeris author. en, ut merui,
Ferar ad manes inhumata tuos
Obruta ſæuis æquoris vndis.
Feriunt fluctus ora loquentis.
Ruit in pelagus, rurſumq; ſalo
Preſſa reſurgit, pellit palmis
Cogente metu fata, & cedit
Feſſa labori. manſit taciris
In pectoribus ſpreta triſti
Iam morte fides. multi dominæ
Ferre auxilium pelago fractis
Viribus audent. brachia quamuis
Lenta trahentem uoce hortantur.
Manibuſq; leuant. quid tibi ſæui
Fugiſſe maris profuit vndas?
Ferro es nati moritura tui.
Cuius facinus uix poſteritas
Tarde ſemper credula credet.
Furit ereptam pelagoq; dolet
Viuere matrem impius, ingens
Geminatq; nefas, ruit in miſeræ
Fata parentis, patiturq; moram
Sceleris nullam. miſſus peragit
Iuſſa ſatelles, reſerat dominæ
Pectora ferro cædis moriens
Illa miniſtrum rogat infelix,
Vtero dirum condat ut enſem.
Hic eſt, hic eſt fodiendus, ait,
Ferro, monſtrum qui tale tulit.
Poſt hanc uocem cum ſupremo
Miſtam gemitu animam tandem
Per fera triſtem vulnera reddit.

ACTVS SECVNDVS.

Trimetri Iambici.

SENECA

Vid me potés fortuna fallaci mihi
Blandita vultu ſorte contentū mea
Alte extuliſti? graui⁹ ut ruerē edita
Recept⁹ arce, totq; p̄ſpicerē met⁹.

DAN. Vid me: Inſcribit metro archilochio carmē trimetro iābico & eſt epitaſis nouæ perſonę preceptoris quoniam non ſolum famoſo exilio inhonorauit Nero ſed multis affectam iniuriis mori tādem coegit. Anneus Seneca uir ſenatorius docuit Neronē ſuſpectus miſſus eſt in exilium ad Corſos in epiſtola conſolatitia ad olbiā tradit in mari italo corſicā inſulam quam uolunt nonnulli dictam a duce: & mare inde etiā dici quod alluit ipſam & continentem Plinius in liguſtico mari ſcribit corſicā eē inſulā quam græci cymon uocāt & eſſe turcho p̄piorē. Melius latebam: laudat ociū & uitam priuatam quę curis libera in deſertis & ſilueſtribus locis uera ſentit gaudia: & expeditius phātaſmata ſpeculatur: qualē uitam ſapientiſſimi uates & philoſophi libētiſſime coluerunt p̄ſertim Xenophilus muſicus qui obiit. centū & quinq; annis uixit ſine ullo corporis incōmodo.

BER.

Melius latebam procul ab inuidiæ malis
Remotus inter Corſici rupes maris.
Vbi liber animus, & ſui iuris mihi
Semper uacabat ſtudia recolenti mea.
O quam iuuabat, quo nihil maius parens
Natura genuit, operis immenſi artifex
Cœlum intueri, ſolis & currus ſacros,
Mundiq; motus, ſolis alternas uices,
Orbemq; Phœbes, aſtra quem cingunt uaga.
Lateq; fulgens ætheris magni decus.
Qui ſeſe neſcit tantus in cæcum chaos
Caſurus iterum. nunc adeſt mundo dies
Supremus ille/qui premat genus impium
Cœli ruina rurſus ut ſtirpem nouam
Generet renaſcens melior ut quondam tulit
Iuuenis tenente regna Saturno poli.
Tunc illa uirgo, numinis magni dea,
Iuſtitia cœlo miſſa cum ſancta fide,
Terras regebat mitis, humanum genus.
Non bella norant, non tubæ fremitus truces,
Non arma gentes cingere aſſuerant ſuas
Muris nec urbes peruium cunctis iter.
Communis uſus omnium rerum fuit.
Et ipſa tellus læta fœcundos ſinus
Pandebat ultro, tam piis felix parens
Et tuta alumnis, alia ſed ſoboles minus
Conſpecta mitis, tertium ſolers genus
Nouas ad artes extitit. ſanctum tamen,
Mox inquietum, quod ſequi curſu feras
Auderet acres, fluctibus tectos graues
Extrahere piſces rete, uel calamo leui,
Decipere uolucres crate, uel calamo, aut leui
Tenere laqueo. premere ſubiectos iugo
Tauros feroces/uulnere immunem prius
Sulcare terram, læſa quæ fruges ſuas
Interius alte condidit ſacro ſinu.
Sed in parentis uiſcera intrauit ſuæ
Deterior ætas/eruit ferrum graue,
Aurumq;/ſæuas mox & armauit manus.
Partita fines regna conſtituit/nouas
Extruxit urbes/tecta defendit ſuis
Aliena telis, aut petit prædæ imminens.

¶Latebam: ignotus eram i ſtatu priuato dum exularem in corſica: quo iuſſus eram a Nerone, ſed poſtea interceſſione agrippinę reuocatus ad preturam ut ſemper anxius eſſem in tanta uarietate regę. ¶Inuidiæ: quę ſemp ſuperiores petit. ¶Mihi uacabar: ſeruiebat uoluntati meæ & uirtuti: nõ alterius libidini ut nunc. ¶Recolenti: reuoluenti ſtudia philoſophiæ. ¶Intueri cœlũ: cõtẽplari cœleſtium ordinem uiceſq; & ſyderum ſeriem. ¶Artifex: creator mundi deus, & ipſa natura ſecũdum Platonis opinionem: qui mundum creatum & interiturum dixit. ¶Vices: uiciſſitudinem diei & noctis. ¶Orbẽ phœbes: circulum lunæ. ¶Decus: ſydera quæ ſunt ornamentum cœli. ¶Qui ſeſe: dicit ob ſcelera inſtare finẽ mundi ut rurſus inchoetur a ſeculo aureo. ¶Qui .ſ. æther, caſſurus ut ruat cœlum: & melior fit mundus. ¶Vt quõdam: quemadmodum fuit ſub rege ſaturno quo regnãte fuit morum præſtantiſſima cũ adhuc homines ſaperent cœlum: mundo recenti facto. ¶Tulit: ſcilicet meliorem ſtirpem. ¶Iuſtitia: q̃ aſtrea dicta fuit. ¶Mitis: ſine ferro: nã tunc nulli erãt enſes nec ulla diſcordia. ¶Peruium: apertum: & omnibus erant omnia communia. ¶Sinus: gremium ſuũ ferax: nam omnia ſponte naſcebantur. ¶Piis: iuſtis & bonis hominibus quos ipſa alebat. ¶Tuta: ſine inſidiis. ¶Alia: ſecunda ætas argentea quę nec omnino fuit mala: nec bona. nam adulteria per Iouem inceperunt. ¶Genus ſolers: ingenioſa tertia ætas ad inueniendum nouas artes. ¶Mox inquietum: laborioſum. ¶Calamo: leui ſagitta. ¶Crate: aliquo contexto uiminum. ¶Præmere, domare ad arandum, nam prius non comedebãt nec interficiebant iumenta. ¶Vulnere: nam terra uidetur vulnerari quando aratur. ¶Leſa: quia vulnerata & uiolata fuit terra non ſponte produxit fruges. ¶Sed in uiſcera: quarta ætas ferrea cœpit rimari uenas terræ & eruere ferrum & aurum: tunc quæ prius communia fuerant diuiſa ſunt: poſitique termini agrorum enſeſque & arma Fabricare cœperunt. ¶Partita: illa ætas diuiſit. ¶Suis telis: ſuis armis: uel defendit ſuam domum: aut petit alienam. ¶Prædę imminens: quærens prædari.

¶Magni numinis: magnæ uirtutis fuit aſtreus princeps ſui temporis iuſtiſſimus filius Euribiæ & Crius eius filia credita eſt iuſtitia ob.id iuſtitia fides & pudicitia tunc terras incolebant cum nondum gentes eſſent bello laceſſitę: neq; nauigio quiſq̃ uteretur: ſed ulta i colẽdis agris tãtummodo ageretur Heſiodus ſcribit ætate ænea iuſtitiam i cœlum migraſſe. ¶Non bella norant: laceſſitus grauiter poeta immanitate ſcelerum quę exẽplo truculentiſſimi Neronis Romanũ iperiũ & terras ꝑpe vniuerſas occupauerãt prõpit diſtricto ueluti gladio imiſerandã ſuoꝝ tẽpoꝝ calamitatem felicẽ uetuſtioris uitę ſtatũ cõmemorãdo in quo hoies vna cũ diis uerſabãt ſine laboribus: ſine miſeria: nõquã ſeneſcentes in Floribus & Roſis delectabantur extra omne malum: quibus omnia dederant bona: fructum dabat fertilis terra ſponte ſua multum & ſempiternum: operas inter ſe quieti & concordes partiebant, ſed poſtquam hoc aureum genus terra cooperuit: alterum ſurrexit argenteum deterius: in quo pueri ſtabãt ſub ubere matris uagientes uſq; ad centum annos: bene autem ad pubertatem uenerant uiuebant parum dolore & inſipientia: nequibant enim iniurias uiciſſim repellere deorum neglectores, & hoc item genus argenteũ poſtquam terra opperuit: extulit conſiliarius Iuppiter æream ætatem: argento haud ſimilem acerbã: grauem: fremebundam: belligeracem: cui erat Cor ex Adamante: uis maxima: & manus intractabiles arma omnia ex ære: domus ipſe ex ære: quo tandem & ipſi homines domiti corruerunt in tartara & hoc genus poſtquam terra cooperuit: ſurrexerunt ſemidei oẽs perempti in bello Thebes Heptaphylię: ultimo ſeculum ferreum deterrimum & Cataclyſmus quæ omnia Heſiodus Homerus & Orpheus plane & eo ordine proſequuntur quo cõmemorauimus: recollecta uicia inquit nunc Seneca per tot ætates in nos redundant ſeculo premimur graui &c̃.

DAN

¶Neglecta:

BER. ¶ Neglecta: iuſtitia poſtq̄ vidit tot ſcelera ad ſupos euo-lauit, ut inqt Iuue. Vltima cœleſtiū terras aſtrea reliquit. ¶ Luxuriā: q̄ eſt dulce malū eo mō voluptatē appellauit Plato eſcam maloꝝ. ¶ Longū. tpis: lōga cōſuetudo quæ ut inqt Ariſtoteles inuitū etiā trahit. ¶ Error: ignorātia boni. ¶ Recollecta: multiplicata. ¶ Redundat, aucta ſūt, ut inquit Iuuenalis. ¶ Omne vitium præcipiti ſtetit. ¶ Victrix, nam victo orbe Romaniq; ſpoliis illius referti: oi luxuria cōtaminati ſunt, ut Iuuenalis. ¶ Luxuria icubuit victūq; vlciſci orbē. ¶ Vt pdat: ducat ad pditionē: qd euenit romanis. ¶ Sed ecce: dat locum ſequēti ſcene. ¶ Attonito: turbato pp iram.

BER. PErage, crudelitas Neronis ex hoc maxime apparet quod ibi præfecto mandat morte pſtātiſſimo rū iuuenū fauſti ſyllæ cui nupta erat Antonia Claudii filia: & auli plāciī ſibi ppinquitate cōiuncti: ut plene ſcribit Cornel⁹ tacitus ¶ Mitte: aliquē, q mādata mea exequat. ¶ Nihil audiens: hoc Seneca pceptor eius rephenſionē interpoſuit. ¶ Temere: incōſulte. ¶ Vacat: quæ nullū habet timorē facile pōt expectare: ſed ipſe timens nullam morē timori faciam poteſt eſſe facile iuſtus qui nihil timet. ¶ Clementia: ſi nō vis timere eſto clemens & benignus oibus qui amabunt. ¶ Patri patriæ, iperatori: qui pater patriæ dicebat. ¶ Senem: te Senecā repellit illū dicens dato iſta præcepta pueris nō mihi imperanti. ¶ Feruida, intemperata propter calorē ætatis ¶ In hac, ſ. quia ipſe ſum. ¶ Comprobent, debes agere qd̄ probabile eſt & diis & hoibus. ¶ Cum faciam: hoc dicit propter Claudiū quē in numerū deoꝝ collocauit. q. d. non timeo deos cum ſint ſiſes Claudio quē ipſum deum feci. ¶ Hoc ideo debes habere verecundiam cū plus potes. ¶ Obſequenti faueuti fortunæ. ¶ Dea: fortuna eſt leuis & inconſtans: unde illi nō eſt fidendū. ¶ Liceat: qd poſſit: nā debet is oia p volūtate agere. ¶ Decet: honeſtū eſt, nō qd poſſumus turpiter & ipune facere. ¶ Calcat: ſi me ſūmitterē, oēs mihi inſultarent. ¶ Inuiſum: quē hn̄t odio. ¶ Fides: beniuolentia. ¶ Exprimitur: per vim extorquet.

Neglecta terras fugit: & mores feros
Hominum cruenta cæde polutas manus
Aſtrea uirgo: ſyderum magnum decus.
Cupido belli creuit/atq; auri fames.
Totum per orbē maximum exortū eſt malum.
Luxuria peſtis blanda: cui uires dedit
Roburq; longum tempus: atq; error grauis.
Collecta uitia per tot ætates diu
In nos redundant/ſæculo premimur graui.
Quo ſcelera regnant/ſæuit impietas furens.
Turpi libido uenere dominatur potens.
Luxuria uictrix orbis immenſas opes
Iampridem auaris manibus, ut perdat, rapit.
Sed ecce greſſu fertur attonito Nero:
Truciq; uultu. quid ferat mente: horreo.

Trimetri Iambici.

NERO. PRAEFECTVS. SENECA.

PErage imperata: mitte q Plauti mihi,
Syllaq; cæſi referat abſciſſum caput.
P. Iuſſa haud morabor/caſtra ꝯfeſti petā.
S. Nihil i ppinquos temere cōſtitui decet.
N. Iuſtum eſſe facile eſt: cui uacat pectus metu.
S. Magnum timoris remedium: clementia eſt.
N. Extinguere hoſtē: maxima eſt uirtus ducis.
S. Seruare ciues maior eſt patriæ patri.
N. Præcipere mitem conuenit pueris ſenem.
S. Regenda magis eſt feruida adoleſcentia.
N. Ætate in hac ſatis eſſe conſilii reor.
S. Vt facta ſuperi comprobent ſemper tua.
N. Stulte uerebor: eſſe cum faciam deos.
S. Hoc plus uerere: quod licet tantum tibi.
N. Fortuna noſtra cuncta permittit mihi.
S. Crede obſequenti parcius. leuis eſt dea.
N. Inertis eſt: neſcire: quid liceat ſibi.
S. Id facere: laus eſt: q decet: non: quod licet.
N. Calcat iacētē uulgus. Se. inuiſum opprimit.
N. Ferrum tuetur principem. Se. melius fides.
N. Decet timeri Cæſarem. Se. at plus diligi.
N. Metuāt neceſſe ē. S. qdqd exprimit̄: graue eſt.
N. Iuſſiſq; nrīs pareant. Se. iuſta impera.

DAN. PErage imperata: verſus trimeter hypercatalecticus archilochius aliqñ in locis iparibus pyrrichiū recipit pro iambico. infamis & perditiſſimus Nero nullū adeo neceſſitudinis genus reliquit qd nō ſcelere perculerit, fauſtū ſyllā necauit Anto. eius vxorem Claudii filiā antea Pōpeio deſponſatam recuſantem nuptias ſuas poſt mortem popeæ quaſi molitricē nouaꝝ reꝝ interemit. Aulū plautiū iuuenē: quē p vim cōſpurcauit pari modo occidit dicens: eat nūc mater mea & ſucceſſorē meū oſculetur iactans dilectū ab ea & ad ſpem imperii ipulſū. Hæc oia plane declarant hiſtorici Seneca exprobat hoc imane crudelitatis exemplū in hac ſcæna ipſi neroni demādāti præfecto & percuſſor necem iuuenum. ¶ Collocutores. Nero præfectus & Seneca præceptor Neronis. ¶ Temere: ſine cā qualis eſt ebrioꝝ cōditio, poſt Cicerонē Quintilianus accepit temere proferre illud ingenioꝝ velut precox genus non temere vnq̄ peruenit ad frugem. ¶ Maior, ſ. virtus eſt ſeruātis ducē q̄ perdentis. ¶ Regenda magis maioris culpæ ſunt delicta adoleſcētis q̄ pueri: ideo adoleſcēti magno cōſilio & moderamine opus eſt, quale præceptum elegantiſſime pponit Plutarchus in quadā epſa ad Troianum imperatorem. Additq; malum diſcipulū & pceptori ſuo aduerſum & publicū eſſe dedecus familiæ ſuæ & pr̄iæ: apponitq; exēplū de Nerone ob cuius delicta detrahētiū linguis Seneca carpitur, & adoleſcentiū ſuoꝝ temeritas in Quinti. refundit, & Socra. ſo pupillū fuiſſe clemētior criminatur. Fuit aūt Traianus (ut oportunam hanc ecbaſim non omittamus) Gentiliū optimus auguſtorum: arguentibus cunctis eius comitatē in omnes nimiam: reſpōdere ſolitus ē, ſe talem velle imperatorē eſſe priuatis quales imperatores ſibi eſſe priuatus optaſſet. Vnde admonitus a Plinio. ii. qui tūc tēporis erat inter cæteros iudices perſecutor Chriſtianoꝝ deſtinatus: a nece martyrum & perſecutionis gladio tēperauit, & forte mitius egiſſet cum fidelibus, niſi exēplis cruentiſſimi Neronis inuitatus fuiſſet (qui ut ſcribit Tranquillus & affirmat Tacitus) ſectā

N. Statuã ipſe. Se. quæ conſenſus efficiat rata.
N. Deſpectus enſis faciet. Se. hoc abſit nefas.
N. An patiar ultro ſanguinem noſtrum peti,
Inuitus: & contemptus: ut ſubito opprimar?
Exilia non fregere ſummotos procul
Plantum: atq; ſyllam/pertinax quorum furor
Armat miniſtros ſceleris in cædem meam.
Abſentium cum maneat etiam ingens fauor
In urbe noſtra/qui fouet ſpes exulum.
Tollantur hoſtes enſe ſuſpecti mihi.
Inuiſa coniux pereat/ut carum ſibi
Fratrẽ ſequatur. quidquid excelſum eſt, cadat.
S. Pulchrum eminere eſt inter illuſtres uiros.
Conſulere patriæ/parcere afflictis/fera
Cæde abſtinere/tempus atq; iræ dare.
Orbi quietem/ſæculo pacem ſuo.
Hæc ſumma uirtus/petitur hac coelum uia.
Sic ille patriæ primus Auguſtus parens
Complexus aſtra eſt/colitur & templis deus.
Illum tamen fortuna iactauit diu
Terra: mariq;: per graues belli uices.
Hoſtes parentis donec oppreſſit ſui.
Tibi numen incruenta ſummiſit ſuum.
Et dedit habenas imperii facili manu.
Nutuq; terras: maria ſubiecit tuo.
Inuidia triſtis uicta conſenſu pio
Ceſſit ſenatus/equitis accenſus fauor
Plebiſq; uotum eſt, atq; iudicium patrum.
Tu pacis author: generis humani arbiter
Electus/orbem tu ſacra ſpecie regis
Patriæ parens: quod nomen: ut ſerues: petit.
Suoſq; ciues Roma commendat tibi.
N. Munus deorum eſt: ipſa quod ſeruit mihi
Roma: & ſenatus/quodq; ab inuitis preces:
Humileſq; uoces exprimit noſtri metus.
Seruare ciues principi: & patriæ graues:
Claro tumentes genere: quæ dementia eſt?
Cum liceat una uoce ſuſpectos ſibi
Mori iubere? Brutus in cædem ducis:
A quo ſalutem tulerat/armauit manus.
Inuictus acie: gentium domitor: Ioui
Æquatus: altos ſæpe per honorum gradus
Cæſar: nefando ciuium ſcelere occidit.
Quantum cruoris Roma tunc uidit ſui
Lacerata toties? ille: qui meruit pia

Chriſtianam publica opinione ſuperſtitio ſam & uerę religionis inimicam radicitus delendam eſſe prædicabat: ſed iam ad noſtri reſtituti reuertamur exordium. ¶ Verebor: Argumentum a minori ad maius: minus eſt timere deos q̄ facere ergo deos non timebo quos eſt plus facere q̄ timere. ¶ Cautum publico fuit edicto nulli diuinos largiri honores niſi qui auctoritate ſenatus uel imperatoris fuiſſet deus pronunciatus. ¶ Quod decet: par eſt. ¶ Non quod licet: non quod fert licentia, & libido. ¶ Inuiſum opprimit, nec re nimis durum, nec nimis facilem præſtato: ut hinc deſpiciare. ¶ Illic trucidare. αλλα μισσ εν και το μιδ εασ τον χρυσιον φυλαξον.

BER. ❡ Statuam: faciam quicquid voluero. ¶ Conſenſus: ſi uis ſtatuere aliquid fac conſentiant alii, & omnibus placeat. ¶ Rata firma. ¶ Deſpectus, ſcilicet ab ipſis faciet rata: hoc eſt faciam conſentire gladio. ¶ An patiar: debeo pati coniurationes in uitã meã ¶ Exilia: nam illos in exilium miſerat nec fracti aut domiti erant ob id quia parent mihi mortem. ¶ Pertinax: perſeuerans in malum. ¶ Fauor: nam multos coniuratos ſperant in urbe contra me. ¶ Tollantur: interficiantur ipſi. ¶ Inuiſa: Octauia moriatur & ſequatur fratrem britannicum. ¶ Pulchrum: ſumma prudentia eſt ſcire gubernare populum ſuum quod cõfirmat exemplum Octauiani. ¶ Eminere, eẽ excellentem inter claros. ¶ Lactauit: nam multa bella habuit principio imperii contra Marcum Antonium & iterfectores Cæſaris: parentis, Cæſaris Iulii. ¶ Hoſtes: brutum & & Caſſium. ¶ Incruenta: ſupple fortuna incruenta ſine bello. Nam imperium habuiſti in pace relictum a Claudio. ¶ Numen: poteſtatem ſuam. ¶ Nutui: voluntati tuæ. ¶ Serues nomen: ſcilicet patris patriæ cuius officium eſt ſeruare ſuos non perdere. ¶ Munus deorum: confutat Nero ſe non fuiſſe electum a Romanis, immo voluntate deorum. ¶ Metus noſtri, debeo diis ꝙ iſti me timent, & ſupplicant etiam inuiti. ¶ Exprimit: facit exprimere quæ clementia, quaſi dicat nulla eſt ſeruare inimicos & ſuperbos. ¶ Vna voce: vno mandato: ut interficiantur. ¶ Brutus: qui coniurauit in Cæſarem: probat per exemplum ꝙ hoſtes non ſunt ſeruandi. ¶ Ducis. ¶ Cæſaris qui illum ſeruauerat cum prius cum Pompeio fuiſſet. ¶ Inuictus: Cæſar qui nunquam potuit ſuperari bello. ¶ Quantum cruoris: non poſtea Octauianus in vltionem patris ut ſcribit Suetonius plurimos ſuſtulit. ¶ Lacerata totiens, ſcilicet per bella ciuilia. ¶ Meruit coelum: nam per apotheoſim factus eſt deus. ¶ Poenates domos Romanos. ¶ Trium ducum, poſt mortem Cæſaris pacato bello mutinenſi contra Antonium, ut ſcribit Suetonius in Auguſto factus eſt triumuiratus prope Bononiam in inſula Lauini: vbi Octauianus Marcus Antonius: & Marcus Lepidus conuenerunt, & inter ſe imperium diuiſerunt: tabulamq; proſcriptorum fecerũt in qua Marcus Tullius ſcriptus fuit. ¶ Deditos: nam proſcripti impune poterant interfici. ¶ Patres: ſenatores Romani viderunt capita interfectorum affixa pro roſtris in foro vbi erant quædam ſubſelia quæ roſtra appellabantur: quod ex nauibus capitis contra Antianos facta fuerant.

❡ Quæ conſenſus efficiat rata. Atteius capito iuris peritiſſimus generali conſenſu ſtare oportere leges affirmabat. ¶ An patiar: nititur ꝙ nefas eſt vel licitum ut conceſſum probare. ¶ Furor quorum qui in furore pertinaces & duri. ¶ Maneat: expectet. ¶ Excelſum: ſublime: omne: magni perdantur: nam ut ſcribit Tacitus Nero maxime ſæuit in nobilitatẽ. ¶ Pulchrum: prudentiſſimus Seneca aduerſus tantum furorem magno temperamẽto ſe fert: & mira ſententiarum grauitate a penitiſſimis philoſophiæ finibus emanantium leues animi impetus infringat. ¶ Reges: debes regere. ¶ Patriæ parens: princeps iuſtus eſt pater patriæ: qui publicis muneribus exercendis: & oneribus obeundis: legis beneficio ſibi primum uendicat locum & in eo præferendus eſt cæteris ꝙ cum ſinguli DAN.

ſinguli teneantur ad ſingu-
la.principi onera imminēt
vniuerſa: vnde merito in
eum omnium poteſtas con
fertur vt frugem commu-
nem diſponat: & vtilitatis
vniuerſæ cautionē ſibi ven
dicet: principi fideliter re-
gnum gerenti tātus eſt ho-
nor exhibendus quantum
debent capiti omnia mem
bra corporis Ligurgus in
regno ſuo decreta conſti-
tuens firmauit principes
ad iuſtitiam impiorum au-
ri & argenti uſum & omni
um ſcelerum materiam ſu-
ſtulit. ¶ Manus deorum
eſt: ſuperis acceptum refe-
ro nō Romanis ꝙ ſim im-
perator: omnis enim pote-
ſtas a Deo optimo ē. ¶ No
ſtri metus, ſcilicet eſt ꝙ me
verentur inuiti: hic Nero
blanditur magis ſuę cauſę:
ꝗ ꝙ faueat diis. ¶ Graues,
capitales. ¶ In cædem du-
cis: Brutus cū Caſſio Par-
menſi ſtrictis pugionibus
Cæſarē in Capitolio per-
emerunt. ¶ Domitor gen-
tium Cæſar prudentiæ: &
militiæ viribus orbem ac-
quiſiuit: homo per pauco-
rum: & cui nullū expræſſe
ſimilem adhuc edidit natu-
ra mortaliū, hūc tñ ꝙ ſibi
minus caueret interfecerūt
Hypochritæ domeſtici.

BER. ¶ Ferrum, ſcilicet fuge-
rent. ¶ Tabula: vt moris
erat nomina proſcripto-
rum ponebantur in tabu-
la quæ album appellaba-
tur: & in foro exponeba-
tur. ¶ Pauere: paſtum de-
derunt. ¶ Philippi cam-
pi in Theſſalia vbi Octa-
uianus Brutum ſuperauit:
caputq; eius Romam mi-
ſit vt ſtatuæ Cæſaris ſub-
mitteretur. ¶ Siculum ma
re: hoc fuit bellum aduer-
ſus Sextum Pompeium fi-
lium magni Pōpeii. ¶ Cæ
dentes: quia bellum erat
inter ciues. ¶ Superatus:
Marcus Antonius petit ni
lum fugit in Aegyptum.
¶ Hauſit inceſta ægyptus,
propter Cleopatra ince-
ſtam quæ Antonio nupſe-
rat repudiata Octauia ſo-
rore Auguſti Romani du-
cis: Marci Antonii. ¶ Se-
pultum: finitum omne bel
lum: ciuile ibi fuit. ¶ Vi-
ctor: Auguſtus. ¶ Feris:
crudelibus: nam inter ci-

Virtute cœlum diuus Auguſtus uiros
Quot interemit nobiles iuuenes ſenes,
Sparſos per orbem? cum ſuos mortis metu
Fugerent penates & trium ferrum ducum
Tabula notante deditos triſti neci?
Expoſita roſtris capita cæſorum patres
Videre mœſti, flere nec licuit ſuos:
Non gemere: dira tabe polluto foro:
Stillante ſanie per putres uultus graui.
Nec finis hic cruoris: aut cædis ſtetit.
Pauere uolucres: & feras ſæuas diu
Triſtes Philippi. hauſit etiam ſiculum mare.
Claſſes: uiroſq; ſæpe cædentes ſuos.
Concuſſus orbis uiribus magnis ducum,
Superatus acie puppibus nilum petit
Fugæ paratis ipſe periturus breui.
Hauſit cruorem inceſta Romani ducis
Ægyptus iterum, nunc leues umbras tegit.
Illic ſepultum eſt impiæ geſtum diu
Ciuile bellum: condidit tandem ſuos
Iam feſſos enſes uictor hebetatos feris
Vulneribus: & continuit imperium metu.
Armis: fideq; militis tutus fuit.
Pietate nati factus eximia deus
Poſt fata conſecratus: & templis datus.
Nos quoq; manebunt aſtra, ſi ſæuo prior
Enſe occuparo quidquid infeſtum eſt mihi.
Dignaq; noſtram ſobole fundaro domum.
S. Implebit aulam ſtirpe cœleſti tuam
Generata diuo, Claudiæ gentis decus:
Sortita fratris more Iunonis toros.
N. Inceſta genitrix detrahit generi fidem.
Animuſq; nunquam coniugis iunctus mihi.
S. Teneris in annis haud ſatis clara eſt fides.
Pudore uictus cum tegit flammas amor.
N. Hoc equidem & ipſe credidi fruſtra diu:
Manifeſta quamuis pectore inſociabili
Vultuq; ſigna proderent odium mei.
Tandem quod ardens ſtatuit ulciſci dolor.
Dignamq; thalamis coniugem inueni meis
Genere: atq; forma: uicta cui cedat Venus
Iouiſq; coniux: & ferox armis dea.
S. Probitas: fideſq; coniugis mores: pudor
Placeant marito, ſola perpetuo manent
Subiecta nulli mentis: atq; animi bona
Florem decoris ſinguli carpunt dies.
N. Omnes in unam contulit laudes deus.
Talemq; naſci fata uoluerunt mihi.
S. Recedat a te: temere ne credas: amor.
N. Quē ſubmouere fulminis dominus nequit

ues erat bellum. ¶ Ebeta-
tos, qui non plus incide-
bant. ¶ Militis: Octauia-
nus fuit tutus armis & fide
militum, nunc beniuolen-
tia ciuium. ¶ Manebunt,
collocabor in numero deo
rum, ſi prius inimicos ſuſtu
lero. ¶ Domum: ſtirpem
meam ſi habuero vxorem:
de qua poſſum ſuſcipere fi-
lios: nam Octauia ſterilis
eſt. ¶ Iunonis, quæ Ioui
fratri nupta eſt. ¶ Inceſta
genitrix: Meſſalina mater
eius adultera facit ut pu-
tem Octauiam ſimilem il-
li: nec liberos certos & il-
la poſſe habere. ¶ Con-
iugis. Octauiæ quæ nun-
quam dilexit me. ¶ Tene-
ris: non debet puella oſten
dere amorem: ſed intra pe-
ctus diligere. ¶ Tegit: oc-
cultat verecundia. ¶ Cre-
didi: habeam hanc opi-
nionem prius: ſed video
multa ſigna odii. ¶ Prodi-
rent, manifeſtarent. ¶ In-
ſatiabili: quia non poſſet
ſatiari odio meo. ¶ Ferox
dea: Diana. ¶ Probitas:
ſententia notabilis virtus
non forma vxoris quæren
da eſt. ¶ Bona animi: vir-
tutes eternæ. ¶ Florem:
pulchritudinem. ¶ Car-
punt: diminuunt: ut inquit
Elegiacus poeta: Fortuna
bonum fragile eſt: quan-
tumq; accedit ad annos fit
minor. ¶ Amor: qui cer-
tum iudicium non habet.
¶ Quem, ſcilicet amorem,
nec Iuppiter ipſe: nec Ne-
ptunus, nec Pluto ſupera-
re potuerunt, vnde ipſe illi
parendum putauit.

¶ Auguſtus: fœliciſſimus omniū qui ſub interminatione dominus noluit appellari, & ciuem gerens ty- DAN.
rānidē declinauit. ¶ Triū
ducum: Auguſti Lepidi &
Antonii. ¶ Puppibus nilū
petit, brūduſii cōmoratus,
Aſię: Syrięq; circuitu ægy
ptum petit obſeſſa Alexan
dria quo confugerat An-
tonius cum Cleopatra ubi
ipſe Antonius ad mortem
coactus eſt. ¶ Petit nilum:
Antonius confugit Alexā-
driam. ¶ Animuſq; coniu-
gis: vir & vxor: duo quidē
corpora: mens autem vna
eē debet ſed animus Octa-
uiæ mihi ſemper fuit infen
ſus & diſcors: propterea il-

lam ſumendam duco: ideſt Popeam quæ & genere & forma meis thalamis non indigna viſa eſt: cui cederet Venus Iuno & Pallas armorum dea, quam mihi morigeram obſequentem: iocundam dederunt dii. ⸿ Credidi, fruſtra diu credidi quidem diu: ſed fruſtra: nam diſſimulare diutius ſuum in me odium haud quiuit. ⸿ Probitas: fides & pudicitia maxima dos in muliere: non autem forma quæ in dies minor fit: & ſpatio carpitur: ut eſt bonum fragile. ⸿ Omnis in vnam, laudes quæ ſingulę ſunt in ſingulis: i hac vna omnes ſũt congeſte.

non curanda talis eſt. ⸿ Sit, ſcilicet leuis notat, ideſt infamat. ⸿ Excelſa: nullus audet cõtra principem. ⸿ Carpit: ſi non aperte tamen clam. ⸿ Opprimitur facile extinguitur ſi bene agis. ⸿ Portet. ſ. popea grauida ex me: quod totus populus optat. ⸿ Quin deſtinamus: deliberamus craſtinam diem ad nuptias popeæ.

Cœli tyrannum: ſæua qui penetrat freta:
Ditiſq; regna, detrahit ſuperos polo?
S.Volucrem eſſe amorem fingit immitē deū
Mortalis error/armat & telis manus.
Arcuſq; ſacros inſtruit ſæua face.
Genitumq; credit Venere Vulcano ſatum.
Vis magna mentis blandus, atq; animi calor
Amor eſt. iuuentæ gignitur luxu, otio
Nutritur inter læta fortunæ bona.
Quem ſi fouere atq; alere deſiſtas: cadit.
Breuiq; uires perdit extinctus ſuas.
Hanc eſſe uitæ maximam cauſam reor.
Per quam uoluptas oritur/interitu caret.
Cum procretur: ſemper humanum genus
Amore grato, qui truces mulcet feras.
N.Hic mihi iugales præferat tedas deus.
Iugetq; noſtris igne poppeam toris.
S.Vix ſuſt.nere poſſet hos thalamos dens
Videre/populi ſancta nec pietas ſinat.
N.Probibebor unus facere quod cunctis licet?
S.Maiora populus ſemper a ſummo exigit.
N.Libet experiri: uiribus fractus meis
An cedat animis temere conceptus furor.
S.Obſequere potius ciuibus placidus tuis.
N.Male imperatur, cum regit uulgus duces.
S.Nihil impetrare: cum ualet: iuſte dolet.
N.Exprimere ius eſt: ferre qđ nequeũt preces.
S.Negare durum eſt. Ne. principē cogi nefas.
S.Permittat ipſe. Ne. fama ſed uictum feret.
S.Leuis atq; uana. Ne. ſit licet: multos notat.
S.Excelſa metuit. Ne. nō minus carpit tamen.
S.Facile opprimetur/merita te diui patris
Ætaſq; frangant coniugis, probitas, pudor.
N.Deſiſte tandem iam grauis nimium mihi,
Inſtare: liceat facere: quod ſeneca improbat.
Et ipſe populi uota iampridem moror.
Cum portet utero pignus: & partem mei,
Quin deſtinamus proximam thalamis diem?

ACTVS TERTIVS.

Trimetri Iambici.

AGRIPPINA.

TEllure rupta Tartaro greſſum extuli:
Stygiam cruēta præferens dextra facē
Thalamis ſceleſtis. nubat his flammis
Poppea nato iuncta: q̄s uindex manus: (meo

BER. ⸿ Volucrem: verba ſunt hęc pręclara quibus error hominum demonſtratur. ⸿ Volucrem: aligerę. ⸿ Immitem: nulli parētē. ⸿ Vis magna: quando homo dedicat mentem ad aliquid. ⸿ Blandus, cui facile aſſentitur. ⸿ Luxuria: affluentia rerum: ut inquit Terentius: Sine cerere & baccho friget venus. ⸿ Ocio: quiete: ut inquit. Ouidius. Queritur Aegiſthus modo cur ſit factus adulter in promptu ratio deſidioſus erat. ⸿ Cadit: fugit a nobis. ⸿ Voluptas: ſcilicet uera mariti & vxoris habere cõiugalem: & licitum amorem quem poteſt habere cum Octauia. ⸿ Grato: cõiugali amore qui etiam lenit feras. ⸿ Hic mihi: ſcilicet amor: perſiſtit in opinione ſua. ⸿ Perferat: ante portet more ſponſe populi: qui non poſſet ferre Octauiam deſtitui. ⸿ Prohibeor, ſcilicet repudiare vxorem quod omnibus cõceditur. ⸿ A ſummo: ſcilicet viro: cuius ut inquit Cicero: nec factum nec dictū latere poſſunt. ⸿ Libet expediri, ſcilicet ſi tantū poſſum q̄tum populus. ⸿ Animis, ſcilicet vulgi. ⸿ Fractus: debilitatus potentia mea. ⸿ Cædat: diſcedat. ⸿ Obſequere: facias gratum potius quam experiaris hoc. ⸿ Dolet: quando populus non poteſt impetrare quicquam ab imperatore. ⸿ Ferro: imperabo: armis & cogam eos. ⸿ Eſt ius: eſt poteſtas exprimere, ideſt per vim habere. ⸿ Negare: non concedere honeſtum, non iuſtum eſt vt populus cogat principem. ⸿ Remittat: ſponte relaxet. ⸿ Victum dicent: me coactū. ⸿ Leuis fama:

DAN. TEllure: Principium Tertii actus licet in ſuperiori non fuerit Chorus cuius rei cauſa fuit qđ precedentia Chorus ſemp debet dicere: ſed iſti clam ſunt loquuti: ideo non potuit ſcire: quid quærēdum eſſet: venit igiť Agrippina ab inferis: cõqueriturq; dicēs ſe velle turbare has nuptias. ⸿ Pręferens: portās ad thalamos filii. ⸿ His flammis: facibus infernalibus ad futuram infelicitatē. ⸿ Vindex: faciens vindictam de malis habitis.
⸿ Volucrem eſſe amorem, amor hēt alas: euolat ictu oculi, vt eſt perfidus, & malorū oium auctor: ideo non incōcinne poeta egregius: licet cõtra tēdat Quintilianus, Apollonius Rhodius in quarto Medeæ ibecillitē cōmiſerans in amorē his verbis acriter inuexit σχετλιερωσ μεſα πημα μεγαστυγοσ αντρωποισι εκσει δενοσ λομεναι τερι δεσ στοναχαι τεſοοι τε: αλſεα ταλδειτοισι ναπειρονα τετριχασι, &c. Volucrē alatū non aliā ob cauſa; pingitur alatus cupido. ſ. alterna: qm̄ tacta mut in vnda. Noſtra nōnullis pmanet aura locis: hinc Hierony. ſanctus cõtra Iouinianum inquit, amor homines facit querulos temerarios iracundos dure imperioſos ſeruiliter blādos. ⸿ Hāc eē vitæ: bon⁹ amor eſt cauſa lōgioris vitæ & ppagādę ſobolis. ⸿ Populi: acclamauit enim populus teſte Tranquillo pſcripta Octauia. Tollet etiā ornamenta. ⸿ Prohibeor: cum indignatiōe a te o Seneca phibeor a te repudior qđ cunctis licet. Exigit tanq̄ a debitore ut apud Martialē exigis a nobis operā ſine fine togatā inde exactores pecuniaꝶ dn̄r qui exigunt pecunias. ⸿ Maiora: quia quanto maior eſt qs tanto honeſtiora debet ſuis ſubditis in quam ſniam cadit
polycraticum

Dolorq; matris uertet ad triſtes rogos.
Manet inter umbras impiæ cædis mihi
Semper memoria: manibus noſtris grauis
Adhuc inultis: reddita & meritis meis
Funeſta merces puppis: & precium imperi.
Nox illa: qua naufragia defleui mea.
Comitum necem: natiq; crudelis nefas
Deflere uotum fuerat/haud tempus datum eſt
Lachrymis / ſed ingẽs ſcelera geminauit nefas.
Perempta ferro: fœda uulneribus, ſacros
Intra penates ſpiritum effudi grauem
Erepta pelago, ſanguine extinxi meo
Nec odia nati. ſæuit in nomen ferus
Matris tyrannus / obrui meritum cupit.
Simulachra: titulos deſtruit mortis metu
Totum per orbem/quem dedit pœnam in meã
Puero regendum noſter infelix amor.
Extinctus vmbras agitat infeſtus meas.
Flammiſq; vltus noxios coniux petit,
Inſtat: minatur, imputat fatum mihi.
Tumulumq; nati poſcit authorem necis.
Iam: parce, dabitur/ tempus haud lõgum peto.
Vitrix Erinnys impio dignum parat
Letum tyranno. uerbera: & turpem fugam:
Pœnaſq;: queis & Tantali uincat ſitim.
Dirum laborem ſiſyphi: Tityi alitem:
Ixioniſq; membra rapientem rotam.
Licet extruat marmoribus: atq; auro tegat
Superbus aulam, limen armatæ ducis
Seruent cohortes/mittat immenſas opes
Exauſtus orbis ſupplices dextram petant
Parthi cruentam/regna diuitias ferant.
Veniet dies: tempuſq;, quo reddat ſuis
Animam nocẽtem ſceleribus: iugulũ hoſtibus.
Deſertus, & deſtructus: & cunctis egens:
Heu quo labor: quo uota ceciderunt mea?
Quo te furor prouexit attonitum tuus:
Et fata nate. cedat ut tantis malis
Genitricis ira/quæ tuo ſcelere occidit?
Vtinam ante: quã te paruulum in lucem edidi:
Aluiq;/ſæuæ noſtra laceraſſent feræ
Viſcera. ſine ullo ſcelere: ſine ſenſu innocens
Meus occidiſſes: iunctus: atq; hærens mihi:
Semper quietam cerneres ſedem inferum:
Proauos: patremq;, nominis magni uiros:
Quos nunc pudor: luctuſq; perpetuus manet
Ex te nefande: meq;, quæ talem tuli.
Quid tegere ceſſo Tartaro uultus meos
Nouerca: coniux: mater infelix meis?

Anapæſtici. Octauia. Chorus.

polycraticum illud adagiũ minor ſuæ cõditionis princeps ſe nõ ſibi ſuam vitam ſed aliis debere cognoſcit ſapiẽtibus & inſipientibus debitor eſt puſillis & maioribus: inſpice quartũ librũ de miſeriis curialiũ. ¶ Notat: taxat: ſugillat inde nota ignominia Suetoni⁹ variis affectus notis. ¶ Non minus: nõ deſunt culices q mordeãt elephãtẽ indum.

DAN. TEllure rupta, repudiatæ Octauiæ ſuperduxit Nero popeam ſurgit ab inferis agrippina mater Neronis lachrymabunda vaticinans infœlicẽ huius cõiugii exitum, eſt aũt hic tertius actus & Carmẽ trimetro iãbico. ¶ Stygiã facem: nõ ut præluceat ſed incẽdat non ut pludat fœtui ſed factũ pdat puppis machinoſa & ſolutilis.

BER. ¶ Rogos: mortem eius. ¶ Manet ſemper recordor ipietatis filii, licet ſim apd inferos. ¶ Cædis: mortis meæ. ¶ Manibus inultis, animæ meæ adhuc nõ vindicatæ. ¶ Reddita: loco meritoꝝ data eſt mihi puppis funeſta de qua vidimus ¶ Imperi, per me dati illi. ¶ Vox. ſ. manet: adhuc recordor lamentationis qua vſa ſum i naufragio. ¶ Comitum: qui mecum erant in naui ſolutili nihil mali merentes. ¶ Votum: propoſitum erat plorare illorum mortem: ſed tẽpus nõ datum eſt: cũ iuſſu nati in terra ſubito interẽpta fuerim. ¶ Geminauit: duplicauit Nero. ¶ Fœda: ipſa cruentata. ¶ Grauem: cũ magno dolore. ¶ Extinxi: nõ ſatiaui. ¶ In nomẽ, deſtruẽdo ſtatuas & titulos meos. ¶ Mortis metu: minando mortem ſeruantibus ſimulachra: aut nomen meum. ¶ Quem, ſcilicet orbẽ noſter amor dedit regendum puero. ſ. Neroni q tũc erat decem & octo annorum. ¶ Extinctus cõiunx. Claudius quẽ venenaui ſemper ſequitur aiam meã cupiẽs vlciſci ſcelus. Meum fatũ mortem quod ipſum occiderim. ¶ Tumulum: quod ipſum non permiſi ſepeliri celata eius morte: donec circa ſucceſſorem: ut inquit Suetonius omnia ordinarentur. ¶ Iam parce: reſpõdet Agrippina Claudio: ſi petis vindictam de me: expecta quod Nero moriat: & habebis auctorem ſcelerum. ¶ Dignũ lætũ, mortem conuenientem illi tyranno: nã ut ſcri. Suet. miſerrime mortuus ẽ deſtitutus ab omnibus: hoſtiſq; a ſenatu iudicatus ferrum iugulo ſibi adegit: iuuante epaphrodito: cum iam latebras quę ſciuiſſet i ſuburbano phaontis liberti inter ſalariam munera: nam viã ad quartũ mil. ¶ Quis quibus pœnis vincat ſit in Tantali: nam vt ſcri. Suetonius, dum Clandeſtinus ad villã introitus pateret aquam ac ſubiecta lacuna poraturus manu hauſit: & hæc eſt inquit Neronis decocta habeat maiores pœnas quã iſti qui cruciantur apud inferos quoꝫ ſupplicia ſuperius declarauimus ¶ Licet extruat, edificet ingentia palatia, tñ veniet tẽpus pœnæ. ¶ Hoſtibus: cẽturioni miſſi ad eius necẽ licet ſeipſum percuſſerit, vt diximus. ¶ Deſertus: derelictus ab oĩbus. ¶ Egens: ad tantam miſeriam: venit vt fame & ſiti interpellẽte: panem ſordidum ſibi oblatum aſpernatus ſit aquę tepide tantum modicum bibit. ¶ Heu quo: o nate nero quo uenerunt vota mea optaui te imperatorem, & tu me occidiſti deberem tibi optare mala: ſed tamen mater tibi cõpatior. ¶ Cecidere: euenerunt. ¶ Cedat vincatur. ¶ Vtinam dum te geſtarem utero innocẽs a feris laniatus fuiſſes mecum: ſaltem fuiſſes quietus apud inferos cum tuis maioribus. ¶ Quos maiores quos pudebit te habere de ſtirpe ſua. ¶ Nefande: o nero ſcelerate. ¶ Quid ceſſo iam grauo terras: melius ẽ quod deſcendã ad inferos. ¶ Nouerca. pp britãnicum venenatum. ¶ Cõiunx: pp Claudiũ necatũ. ¶ Mater, propter Neronem.

DAN. ¶ Perempta ferro: interfecto lagerino qui nunc lauerat ſaluam matrem (ut ſupra uiſum) miſit percuſſorem qui matrem necaret. ¶ Metu mortis: ſub cõdi-

tione mortis iubet noſtrã deſtrui monumenta. ¶ Noſter amor: qui alluſit venenum: nam in cunabulis Neronis audita fuit uox domitii naſci ex ſe & Agrippina aliquid deteſtabile ipſi & reipublicæ. ¶ Parthi: in re militari nihil oino præclarum unquam auſus eſt Nero immo parthi rebellarunt armeniamq; ſuſtulerunt & miſerunt ſub iugu3 multas regiones imperante ĩpõ vt tradit eutropius. ¶ Labor parthus & educationis tui. ¶ Prouehit: rapit trahit. ¶ Cedat: det locum & parcat furere.

BER.

PArcite: Inducitur Chorus & Octauia repudiata quæ alloquitur populũ ne velit ruere: aut dolore propter repudium eius: cũ iam ſit dies illa celebrãda ob metum principis q̃ popeam ducebat. ¶ Primum vulnus: primum malum: nã ſu3 aſſueta malis. ¶ Cõiugis, ſcilicet Popeę. ¶ Auguſti. ¶ Neronis: ¶ Abſint ſi nõ ero uxor: ſoror tamẽ ero Cæſaris dum me permittat viuere. ¶ Demens: ad ſeipſam vertit ſermonẽ, credis quod dimittet te viuere quaſi dicat: nõ ille expectauit hunc diem ſolemnem ad interficiendum te. ¶ Cades: morieris. ¶ Sed, quid: dum cederet totiens vertebat oculos ad domũ patris Claudii in qua nata fuerat. ¶ Vdis humidis ꝓpter lachrymas. ¶ Efferre: diſcedere cito. ¶ En illuxit Chorus uidens Octauiam diſcedentem queritur diem eueniſſe qua iam diu dictũ fuerat neronem ducturum Popeam vxorem: ſeipſum increpans, quod eum tyrannũ patiatur. ¶ Dum: hoc eſt factũ quod ſumus ignaui ad uindicandum. ¶ Vbi vis: vbi ẽ illa fortitudo romanorum quæ ſolebat expugnare reges, & liberam regere patriam. ¶ Faſces: magiſtratus qui dabantur a populo i comitiis. ¶ Imago: vbiq; fiunt ſtatuæ popeæ imperatricis ut moris erat. ¶ Grauis: moleſta ¶ Violenta manus: ſcilicet noſtra deberet proſternere imagines eius & Nero

PArcite lachrymis urbis feſto
Letoq; die/ne tantus amor
Noſtriq; fauor principis acres
Suſcitet iras: uobiſq; ego ſim
Cauſa malorum. non hoc primum
Pectora uulnus mea ſenſerunt.
Grauiora tuli dabit hic noſtris
Finem curis uel morte dies.
Non ego ſæui cernere cogar
Coniugis ora.
Non inuiſos intrare mihi
Thalamos famulæ.
Soror Auguſti: non uxor: ero.
Abſint tantum triſtes pœnæ:
Letiq; metus.
Socerum diti miſeranda uiri
Potes hæc demens ſperare memor?
Hos ad thalamos ſeruata diu
Victima tandem funeſta cades?
Sed quid patrios ſæpe penates
Reſpicis udis confuſa genis?
Propera tectis efferre gradus.
Linq; cruentam principis aulam.
C. En illuxit ſuſpecta diu
Fama toties iactata dies.
Ceſſit thalamis Claudia diri
Pulſa Neronis: quos iam uictrix
Poppea tenet: ceſſat pietas.
Dum noſtra graui compreſſa metu.
Segniſq; dolor, ubi Romani
Vis eſt populi. fregit claros
Quæ ſæpe duces/dedit inuictæ
Leges patriæ: faſces dignis
Ciuibus olim. iuſſit bellum
Pacemq;/feras gentes domuit.
Captos reges carcere clauſit?
Grauis en oculis undiq; noſtris
Iam poppeæ fulget imago
Iuncta Neroni.
Affigat humo uiolenta manus
Similes nimium uultus dominæ
Ipſamq; toris detrahat altis.
Petat infelix mox & flammis
Teliſq; feris principis aulam.

ACTVS QVARTVS.

Trimetri Iambici.

NVTRIX. POPPEA.

Vo trepida greſſũ cõiugis thalãis tui
Effers alumna? quod ne ſecretũ petis
Turbat uultu? cur genæ fletu madẽt?

bis. ¶ Dominæ: Popeæ. ¶ Detrahat: ſcilicet manus noſtra: & petat. ¶ Infœlix: ferens infelicitatem principi.

DAN.

PArcite: Carmẽ ſcribitur metro pindarico trimetro brachicatalectico quod recipit aliquando in loco impari pyrrhichium pro iambo repudiauit Octauiam Nero corripientibus amicis & improbante diuortiũ populo nec parcente conuiciis ut ſcribit Tranquillus nunc lorrant Octauia, & Chorus Romanus nouas nuptias deplorantes. Cæterum diſſimulata triſticia hortatur ad nuptias & plauſum ipſum Chorum Octa. ¶ Parcite lachrymis, ſuperſedet iã lachrymis hoc nuptiali die ne indiget princeps nr̃o gemitu & veſtra in me cõmiſeratione, malis nãq; domeſticis grauioribuſq; occalui. ¶ Vel: ſaltẽ. ¶ Nõ ego ſęue: inſtar mihi eſt muneris q̃d abſum his nuptiis. ¶ Famulæ: ex fœmineo liuore & acri felle famulã vocat ĩpatorẽ. ¶ Socerũ: apoſtrophe: popeã o miſerãda memor ſocerorũ uiri iã tui & intelligit Claudium patrẽ ſuũ potes ne tibi ſuadere repudiũ meum r connubium tuũ fruſtra ſperas quæ veluti victima ſeruata ad hanc uſq; diem occumbes. ¶ Sed q̃d patrios nunc ad ſeipſam conuertit antipophoram. ¶ Dies iactata & præuulgata totiẽs rumore. ¶ Claudia: Octauia filia Claudii ex Valeria meſſalina barbari Meſſalæ filia. ¶ Duces: & domeſticos, & peregrinos. ¶ Dedit leges: quis condidimus cõi conſilio eſt enim lex generale iuſſum populi aut plebis rogante magiſtratu vt finit Capito iuris periti ſſimus. ¶ Faces ꝑ honoribꝰ: quas cõferebat populus in comitiis Virg. Non illũ populi faces non purpura regũ: flexit & flectitur dumtaxat dictio in numero multitudinis quoniam duodecim cõſules antecedebant alios ſex tantũ ut Dionyſius & Ruffus cũ Liuio indicant. ¶ Grauis: nos contemnens.

Quo

BER.

Quo trepida: Hic eſt quartus actus in quo tractat metus Popeæ quæ exiens turbata rogatur a nutrice quid mali habeat: illa reſpõdet nocte ſomniaſſe dum eſſet in complexu Neronis uidiſſe mulieres romanas flentes circa ſe: & Agrippinam ferentem faces. ¶ Quo: ad quem locum. ¶ Efferre: diſcedis. ¶ Petitus: optatus: vnde non eſt cauſa triſtitię. ¶ Decor: pulchritudo tua fecit vt acciperet te in vxorem. ¶ Senecæ: diſſuadebat hoc matrimonium: ſed venus coegit imperatorē victū amore. ¶ O qualis: q̃ felix cū iuſti in thalamos Neronis. ¶ Preſſiſti: calcaſti. ¶ Attonitus: pͤter pulchritudinē cum ſacra faceres. ¶ Flāmeo: velo de quo ſcribit apud Plutarchum i problemate. ¶ Ipſe princeps. Nero. Superbo: magnifico. ¶ Peleus: pater Achillis cuȝ duxit tethydem deam maris vxorem talis erat: cius epitalamion ſcribitur a Catulo Veronenſi. ¶ Emerſam: ſb vndis venientem. ¶ Cæleſtes: dei & parce. ¶ Mutauit: vt ſis triſtis. ¶ Confuſa: popea docet cauſam triſtitiæ. ¶ Genitrix coniugis. Agrippinæ. ¶ Coacta: nam Agrippina coegit meut eam ſequeret. ¶ Quam Agrippinam. ¶ Diducta: aperta. ¶ Quo: hyatu. ¶ In quis: in quibus thoris reſidi. i. quieui. ¶ Coniugem, quondam: meum ruſium criſpinum maritum meum & filium eiuſdem nominis, quē nero, ut ſcribit Suet. impuberem adhuc quia ferebatur ducatus & imperia ludere mergendum in mari: dū piſcaretur ſeruis ipſius demandauit. Priſtinus prior ille veniebat ad oſcula mea iam intermiſſa aliquo tempore & Nero interfecit eū. ¶ Iugulo: gutture eius. ¶ Quatit: cœpit tremere. ¶ Cōtinet, ſic Virgi. & vox faucibus hæſit. ¶ Produxit, foras duxit, nā pro te hæc locuta ſum. ¶ Coniugis uidi, ſ. criſpini. ¶ Que

Certe petitus precibus: & notis dies
Noſtris refulſit. Cæſari iuncta es tuo
Teda iugali: quem tuus cepit decor
Et culpa Senecæ: tradidit uinctum tibi
Genitrix amoris maximum numen Venus.
O qualis altos quanta preſſiſti toros
Reſidens in aula uidit attonitus tuam
Formam ſenatus: thura cum ſuperis dares.
Sacraſq; grato ſpargeres aras mero.
Velata ſummum flammeo tenui caput.
Et ipſe lateri iunctus atq; hærens tuo
Sublimis inter ciuium læta omina
Inceſſit: habitu: atq; ore letitiam gerens
Princeps ſuperbo talis emerſam freto
Spumante Peleus coniugem accepit Thetin.
Quorum toros celebraſſe celeſtes ferunt.
Pelagiq; numen omne conſenſu pari.
Quæ ſubita uultus cauſa mutauit tuos?
Quid pallor iſte: quid ferant lachrymæ doce.
P. Confuſa triſti proximæ noctis metu.
Viſuq; Nutrix mente turbata feror,
Defecta ſenſu. læta nam poſt quam dies
Syderibus atris ceſſit: & nocti polus
Inter Neronis iuncta complexus mei
Summo reſoluor nec diu placida frui
Quiete licuit: uiſa nam thalamos meos
Celebrare turba eſt mœſta: reſolutis comis
Matres Latinæ flebiles planctus dabant:
Inter tubarum ſæpe terribilem ſonum.
Sparſa cruore coniugis genitrix mei
Vultu minaci ſæua quatiebat facem.
Quam dum ſequor coacta præſenti metu:
Diducta ſubito patuit ingenti mihi
Tellus hiatu lata: quo præceps toros
Cerno iugales pariter: & miror meos.
In queis reſedi feſſa. uenientem intuor
Comitante turba coniugem quondam meum:
Natumq; properat petere complexus meos
Criſpinus: & intermiſſa libare oſcula.
Irrupit intra tecta: tum trepidus mea
Enſemq; iugulo condidit ſæuum Nero.
Tandem quietem magnus excuſſit timor.
Quatit ora: & artus horridus noſtros tremor.
Pulſatq; pectus: continet uocem timor:
Quam nunc fides: pietaſq; produxit tua.
Heu quid minantur inferum manes mihi?
Aut quem cruorem coniugis uidi mei?
N. Quæcunq; mentis agitat infeſtus uigor:
Ea per quietem facer: & arcanus refert
Veloxq; ſenſus coniugem: thalamos: rogos:

cumq; nutrix volens popeā conſolari rationem ſomni ſui reddit dicens ea quæ videntur & aguntur in die nocte hominibus repræſentari: ut inquit Claudia. Omnis quæ ſenſu voluunt vota diurno. Tempore nocturno reddit amica quies. Venator cum feſſa thoro ſua mẽbra reponit. Mens tamen ad ſiluas & ſua luſtra reddit. ita tibi accidit quādo accepiſti Neronem hodie recordata es antiqui mariti: & ſi viſæ ſunt Romanæ flere id malum pro Octauia repudiata. ¶ Sacer: quia immortalis: & diuinus eſt animus. ¶ Velox: ut inquit Cice. in Tuſculanis nulla vis eſt q̃ cū celeritate ai poſſit cōparari.

DAN.

Quo trepida, Actus quartus Metro archilochio Trimetro Anapeſtico conſternata popea Agrippinæ ſocrus phantaſmate prorumpi lachrymabunda vociferabunda quā conſpicata nutrix percunctatur quo trepida & cætera. ¶ Genę fletu: hypalage fletus idest lachrymæ manāt a genis culpa Senecæ: ne morem gereret præceptorte maluit vxorē quā Octauiam. ¶ Victum, amore neronem. ¶ Flammeo: rubrā carbaſum pro facie gerebant nouæ nuptæ in limine maritali perſoluētes ſacra frangētes axem ipſum quo fuerant inuectę: in honorem Iunonis pronubæ ſignum ponendæ integritatis Virgineę. ¶ Spumantem: alluſio ad aquam maris. ¶ Quorum thoros: nuptias pellei & thetidis honeſtarunt dii ſua præſentia cœleſtes æquę & æquoreæ: quales nuptias elegantiſſime celebrauit Homerus. ¶ Viſu: apparitione. ¶ Atris atræ noctis. ¶ Patuit: patens viſa eſt. ¶ Intermiſſa: non vera aut interrupta. ¶ Quietam: conſopitam. ¶ Quatit ora: in horruit & præ metu ligua hæſit faucibus. ¶ Inuidia: eorū qui iniquo aio tulerūt te ad tantum faſtigiū euectam eſſe. ſtabile perpetuitatē domus & ſtirpis tuæ.

BER. ¶Pulſata, nam plorantes mulieres percutiebant pectus: & crines ſpargebant hoc erat ꝑpter diſidia.ideſt repudia Octauiæ. ¶Fratris: Neronis per adoptionem: vnde erat ſoror & coniunx. ¶Fax: interpretatur aliam viſionem. ¶Prælata: portata manu auguſtæ Agrippinæ ſignificat ibi ſemper gloriam cum inuidia aduerſariorum. ¶Partum, acquiſitum. ¶Ominatur: ſignificat. ¶Inferum ſedes: præterea dicebas: ꝙ illa ducebat te per hiatum terræ: illud ſignificat ſtabilitatem matrimonii quemadmodum terra ē ſtabilis. ¶Condidit abſcondit nero in iugulo nati: illud ſignificat non bellum ſed pacem, quia occultatio ferri pacem demonſtrat. ¶Delubra: Popea potius vult ire ſacrificatum ut expiet ſomnia ſua.

BER. Si vera: inducit Chorus commendans pulchritudinē popeæ comparatione omnium pulcherrimarum mulierum: quæ forma ſua Iouem de cœlo traxerunt. ¶Furta, adulteria. ¶Quē ſcilicet Iouem dicunt. ¶Sinum: gremium: hęc fabula ſatis eſt declarata. ¶Quæ regit: pendit ibi textus etiam nunc deferet, & veniet in cōplexus tuos o Popea. ¶Quos, ſcilicet cōplexus tuos ipſe Iuppiter pōt anteferre prioribus. ¶Phrygius paſtor: Paris amator helenæ. ¶Solo ad terram equarunt. ¶Sed quis: dat locum ſequenti ſcenæ.

DAN. Si vera: hęc pars prȩſe fert chori cōmendationes ad ſpeciē & formam popeæ ex comparatione mulierum græcarū quas olim ſupræmus deperiit Iuppiter. Inſcribitur metro pindarico. ¶Prȩſſiſſe ſinum: Iuppiter in cignum compræſſit lædam roſtro iniecto intra ipſius lædæ labra & cruribus vtero affixis caudam quatiens ad femur: hoc canit græca hyſtoria. ¶Furta: raptus: dulcia furta dicuntur in venere: quæ in principio vincit: melaticū,

Vidiſſe te miraris amplexu noui
Hærens mariti. ſed mouent læto die
Pulſata palmis pectora, & fuſæ comæ
Octauiæ diſſidia planxerunt ſacros
Intra penates fratris: & patrium larem
Fax illa: quam ſecuta es Auguſtæ manu,
Prælata clarum nomen inuidia tibi
Partum ominatur. inferum ſedes: toros
Stabiles futuros ſpondet æternæ domus.
Iugulo quod enſem condidit princeps tuus,
Bella haud mouebit. pace ſed ferrum teget.
Recollige animum: recipe lætitiam, precor.
Timore pulſo: redde te thalamis tuis.
P. Delubra: & aras petere conſtitui ſacras,
Cæſis litare uictimis numen deum.
Vt expientur noctis, & ſomni minæ.
Terrorq́ in hoſtes redeat attonitus meos.
Et uota pro me ſuſcipe: & precibus piis
Superos adora, manet ut præſens metus.

Anapæſtici. Chorus.

Si uera loquax fama tonantis
Furta: & gratos narrat amores.
Quem modo Ledæ preſſiſſe ſinum
Tectum plumis, pinniſq́ ferunt
Modo per fluctus raptam Europen
Taurum tergo portaſſe trucem:
Quæ regit & nunc deſeret aſtra.
Petet amplexus poppea tuos.
Quos & Ledæ præferre poteſt.
Et tibi quondam: cui miranti
Fuluo Danae fluxit in auro.
Formam Sparte iactet alumnæ
Licet & phrygius præmia paſtor.
Vincet uultus hæc Tyndaridos,
Qui mouerunt horrida bella.
Phrygiæq́ ſolo regna dedere.
Sed quis greſſu ruit attonito?
Aut quid pectore portat anhelo?

Trimetri Iambici.

NVNTIVS. CHORVS.

Quicunq́ tectis miles exultat ducis:
Defendat aulā, cui furor ppli imminet
Trepidi cohortes ecce præfecti trahunt
Præſidia ad urbis uicta nec cedit metu
Concepta rabies temere: ſed uires capit.
C. Quis iſte mentes agitat attonitus furor?
N. Octauiæ furore perculſa agmina,
Et efferata per nefas ingens ruunt.
C. Quid auſa facere: quo ue conſilio doce.
N. Reddere penates: Claudiæ diui parant,

in exitu vero amarior ſuper abſynthium et haloen. ¶Quos & lædę pœnitent Iouem lędæ: & danaes ſuę ſi tibi ſemel complexum dederit Iuppiter in aurum demutatus in gremiū danaes per ipluuio ſtillauit. ut ait Terē. & cōpreſſit genuitq́ ex eo compreſſu Perſeum. eam poſtea arcula delatā in Italiam duxit piſcatus q inuenit pſſas alter Sterquilinius a ſtercoratiōe cāporum. ¶Sparte: glorietur licet ſparte pulchritudine helenes quam rapuit Alexander cum ænea comite: ut ſcribit Septimius: per helleſpontū vecta claſſe. ¶Sparte ſupiecta taygeto monti: ſpartanos gręcorum frugaliſſimos tradit thucidides. ¶Qui: vultus Troiano imperio exitio fuere.

BER. Quicunq́: veniēs nūcius ad Neronem ut nūciaret tumultū populi factum eſſe ꝑpter Octauiam repudiatam interrogatur a Choro quid mali optaret, & quæ cauſa. ¶Quicunq́ alloquitur: præſidia vt defendat aulam: cū populus velit illam cōburere ¶Trepidi: feſtini. ¶Victa furore populi. ¶Rabies: iracundia populi in Neronem concepta: non vincit ab iſtis cohortibus. ¶Agmina: multitudo populi furens: propter octauiam repuditas ruit per nefas. ſ. ut perdat imperatorē. ¶Auſa. ſ. illa agmina.

DAN. Quicunq́. Seditioſi populi impetus ob repudium Octauię & nerōis in populū idignatio ī hoc choro ſuſcitat metrū ē archilochiū trimetrū acatalecticū. Nūcius & chorus colloquunt. ¶Furor populi: fuit populus & parat ſe ad necē Neronis. ¶Iſte, cū contemptu & ſtomacho. ¶Attonitus: qui facit attonitū: ut pallida mors & triſtis ſenectus. ¶Diui: Claudii penates,

¶Chorus

Toroſq; fratris, debitam partem imperii.
C.Q nos iam tenet poppea concordi fide?
N. Hic urit animos pertinax nimium furor.
Et in furorem temere præcipites agit.
Q uæcunq; claro marmore effigies ſtetit,
Aut ære fulgens ora poppeæ gerens,
Afflicta vulgi manibus, & ſæuo iacet
Euerſa ferro, membra per partes trahunt
Diducta laqueis, obruunt turpi diu
Calcata cœno, uerba conueniunt feris
Immiſta factis, quæ timor recipit meus.
Sepire flammis principis ſedem parant
Populi, niſi iræ coniugem reddat nouam.
Reddat penates claudiæ uictus ſuos.
Vt noſcat ipſe ciuium motus, mea
Voce, haud morabor iuſſa præfecti exequi.
C.Q uid fera fruſtra bella mouetis?
Inuicta gerit tela cupido.
Flammis ueſtros obruet ignes.
Q ueis extinxit fulmina ſæpe.
Captumq; Iouem cœlo traxit.
Læſi triſtes dabitis pœnas
Sanguine ueſtro,
Non eſt patiens feruidus iræ
Facilisq; regi. ille ferocem
Iuſſit achillem pulſare lyram.
Fregit Danaos, fregit atridem.
Regna euertit priami, claras
Diruit urbes.
Et nunc animus quid ferat horret
Vis immitis uiolenta dei.

Trimetri Iambici.

NERO.

O Lenta nimium militis noſtri manus,
Et ira patiens poſt nefas tãtum mea.
Q uod nõ cruor ciuilis accenſas faces
Extinguit in nos, cæde nec populi madet
Funerea Roma, quæ uiros tales tulit.
Admiſſa ſed iam morte puniri parum eſt,
Grauiora meruit impium plebis ſcelus.
Et illa, cui me ciuium ſubiecit furor,
Suſpecta coniux & ſoror ſemper mihi.
Tandem dolori ſpiritum reddat meo.
Iramq; noſtram ſanguine extinguat ſuo.
Mox recta flammis concidant urbis meis
Ignes, ruinæ, noxium populum premant.
Turpiſq; egeſtas, ſæua cum luctu fames.
Exultat ingens ſæculi noſtri bonis
Corrupta turba. nec capit clementiam
Ingrata noſtram, ferre nec pacem poteſt.

BER. ¶ Thoros fratris: matrimonium neronis: & domũ diui.ſ. Claudii. ¶ Claudię ideſt ipſi octauiæ. ¶ Debitam: quia filia erat imperatoris. ¶ Quos: quomodo reſtituet: quando illa Popea eſt nupta. ¶ Pertinax: perſeuerans: hæc eſt cauſa qua populus idignatus eſt. ¶ Vrit: incendit quod popea tenet thoros octauiæ. ¶ Furor: idignatio ¶ Quęcunq;. populus omnes imagines & ſtatuas popeæ ſiue ex marmore ſiue ex ære diſiecit. ¶ Ora popea: imaginem popeæ: ubi adiectũ eſt popea. ¶ Membra: ſcilicet ſtatuarum popeæ laqueis.ſ. funibus trahunt in contemptum eius: ſeu obruunt, ideſt ſepeliunt ceno. ¶ Verba: ruſus habent uerba conuicioſa: quemadmodum habẽt facta crudelia. ¶ Quæ.ſ. uerba credo propter timorem illorũ e quæ uidi: nam comburent æ[t]iã domum imperatoris. ¶ Sepire: circũdare. ¶ Niſi ire, ad iram populi leniendam ¶ Cõiugẽ popeam. Claudiæ octauiæ. ¶ Victus.ſ. ipſe nero furore populi reſtituat penates ideſt domũ ſuam claudiæ. ¶ Vt ipſe.ſ. nero miſſus ſum ut hæc illi nunciem. ¶ Præfecti: ſcilicet præſidii qui miſerat me. ¶ Quid fera. ¶ Chorus populum arguit monſtrãs neronem captũ amore: nunquã relicturum popeã. ¶ Obruet: extinguet: nam maiora ſæpius fecit. ¶ Læſi: offenſi uos a nerone uel paſſiue læſi neronis. ¶ Feruidus.ſ. cupido non eſt patiens ut uincatur: qḋ probat p maximos uiros ab illo ſuperatos: quorum hyſtoriam ſupra legimus. ¶ Animus horret: timet qḋ oportet cupido: timeo ne faciat Neronem ſeuire. ¶ Immitis dei cupidinis.

BER. O Lenta. Hic eſt quintus actus: Nero audito nũcio mãdauerat pfectis palladii illos ciues q ſeditionẽ mouerant perdere: nunc conqueritur illorum tarditatem: & dum ſic eſtuaret uenieus præfectus militum nunciauit principes illorũ ciuium occiſos eſſe: quod tamen non ſatis fuit neroni, qui cupiebat omnes perdere. ¶ Lenta, ad uindictã. ¶ Cruor: ſanguis ciuium ſparſus deberet extinguere illas faces quas portabant ad urendum domum meam. ¶ In nos: cõtra me. ¶ Funera: pena funeribus ¶ Admiſſa: facta ſcelera: nõ ſatis ẽ ulciſci illos morte qui grauiora merentur. ¶ Et illa octauia propter quam mouentur iſti tumultus etiam moriatur. ¶ Cui octauię ſum ſubiectus propter timorem ciuiũ. ¶ Suſpecta: quæ nunquam me amauit. ¶ Exultat, laſciuit propter fœlicitatem & locũ ſub regno meo. ¶ Corrupta ſcelerata. ¶ Ingrata quæ non recipit beneficiũ meum. ¶ Inquieta, q̃ neſcit hẽre quietẽ. ¶ Domandæ cum non cognoſcant bona ſunt affligendi diuerſis malis & dura ſeruitute tenẽdi. ¶ Sanctos vul.ſ. Popeæ ne audeant ne dum facere quicq̃: ſed nec tollere oculos in illã. ¶ Nutu: nec dũ mandato ſed nutu faciam intelligent me.

DAN. ¶ Tenet: occupat: intercipit. ¶ Verba conueniunt. ¶ Feris: imprecãtur & maledicunt popeæ ruptantes eius ſtatuam. ¶ Aedem: dixit improprie de domo imperatoria. ¶ Inuicta gerit, inſuperabilis eſt amor quẽ piam didicit formidare ne ipſius quidem iouem: ideo fruſtra i amorem nitimur. ¶ Et nunc: horeſco referẽs ¶ Cruor ciuilis: quod nulla facta eſt occidio irruentium in me ciuium quos tulit infœlix Roma: & iſta Octauiam interemit Nero ſubornato anicero pedagogo in dolo ſtupratam a ſe fateretur: mox non pepercit mœnibus patriæ q̃ conflagrãtem e turre mœcenatica proſpexit, lętuſq; flammæ ἅλωσιν illi decantauit ſæuitum eſt autẽ ea clade p ſex dies ſeptẽq; noctes Trãquillus & Egeſippus auctores.

Sed inquieta rapitur, hinc audacia,
Hinc temeritate fertur in præceps ſua.
Malis domanda eſt, & graui ſemper iugo
Premenda, nequid ſimile tentare audeat.
Contraq; ſanctos coniugis vultus meæ
Atollere oculos fracta per pœnas metu
Parere diſcet principis nutu ſui.
Sed adeſſe cerno, rara quem pietas uirum
Fideſq; caſtris nota præpoſuit meis.

Trimetri Iambici.

PRÆFECTVS. NERO.

Opuli furorẽ cæde paucorũ, diu (ro.
Qui reſtiterũt, temere cõpreſſum affe
N. Et hoc ſat ẽ? ſic miles audiſti ducẽ?
Compeſcis, hæc uindicta debetur mihi?
P. Cecidere motus impio ferro duces.
N. Quid illa turba, petere quæ flammis meos
Auſa eſt penates, principi legem dare:
Abſtrahere noſtris coniugem caram toris:
Violare quantum licuit: inceſta manu
Et uoce dira: debita pœna uacat?
P. Pœnam dolor conſtituet in ciues tuos?
N. Conſtituet, ætas nulla quam famæ eximat.
P. Qua temperet non ira: non noſter timor?
N. Iram expiabit: prima quæ meruit meam?
P. Quam poſcat ede: noſtra ne parcat manus.
N. Cædem ſororis poſcit, & dirum caput.
P. Horrore uinctum trepidus aſtrinxit rigor.
N. Parere dubitas? Præ. cur meã damnas fidẽ?
N. Q͂d pcis hoſti. P. fœmina hoc nomẽ capit?
N. Si ſcelera cœpit? Præ. eſt neq; ſontẽ arguat?
N. Populi furor. Præ. q̃s regere demẽtes ualet?
N. Quis cõcitare potuit? Præ. haud quẽq̃ reor.
N. Mulier: dedit natura cui pronum malo
Animum: ad nocendum pectus inſtruxit dolis.
Sed uim negauit: ut ne inexpugnabilis
Eſſet, ſed ægras frangeret uires timor,
Vel pœna, quæ iam fera damnatam premit
Diu nocentem. tolle conſilium: ac preces.
Et imperata perage. deuectam rate
Procul in remotum littus interimi iube.
Tandem ut reſidat pectoris noſtri tumor.

Anapæſtici.

CHORVS. OCTAVIA.

Funeſtus multis populi
Diruſq; fauor, qui cum flatu
Vela ſecundo rateis impleuit:
Vexitq; procul, languidus idem
Deſerit alto, ſæuoq; mari.
Fleuit gnatos meſeranda parens.

BER. ¶ Sed adeſſe: dicebat hæc nero ſecum æſtuans cũ uidet præfectum uenientem: vnde dat locũ ſequenti ſcenę. ¶ Rara pietas: magnꝰ amor in me & illius fides.

Populi: ueniens præfectus neroni nunciat populum ſedatũ: & auctores ſeditionis interfectos. ¶ Affero: nũcio. ¶ Temere: inconſulte reſtiterunt: contra tantum imperatorem. ¶ Stat eſt: legas interrogatiue. ¶ Audiſti: obtẽperaſti mihi. ¶ Cõpeſcis: refrenas furorem. ¶ Vindicta: non ſatis eſt mihi. q.d. multo maior debet ¶ Duces metus: auctores ſeditionis mortui ſunt ¶ Legẽ dare: ut uiuerẽ ſuo mõ & hẽrẽ uxores: quę placerent ſibi. pœna uacat: caret: debet puniri: qui tanta cõmiſit. ¶ Dolor, interrogatiue: q̃ ſi admonẽs principem: q͂ in ira non debeat punire populũ. Nã ut inquit Tul. Qui iratus ad pœnam accedit nunq̃ ſeruabit illam mediocritatem: quæ eſt inter parum & nimis. ¶ Eximat: tollat de memoria, ut ſemper ſit fama iſtius uindictæ. ¶ Qua: nõ debemꝰ uti pœna: quam iubet ira. ¶ Temperet: regat. ¶ Timor: ſatis eſt quod non timemus omnis timor ſublatus eſt vnde non debes progredi ad uindictam. ¶ Prima. ſ. Octauia. ¶ Ede: dic, nam omnia exequar. ¶ Poſcit. ſ. ira mea ſororẽ: ideſt Octauiã. ¶ Rigor: frigus quod ex ſtupore & timore naſcitur. ¶ Hoſti: octauię. ¶ Hoc nomẽ. ſ. hoſtis. q.d. fœmina nõ eſt reputanda hoſtis cũ nihil poſſit. ¶ Arguat: accuſet illã peccaſſe. ¶ Furor: populi, pp illam cõcitatꝰ eſt ppl̃s. ¶ Haud: non puto quemq̃ potuiſſe concitare. ¶ Mulier. ſ. potuit concitare. ¶ Vim: robur, non habent uires: ſed audaciã ſi natura dediſſet ita uires quẽadmodum audaciam eſſent inexpugnabiles. ¶ Ægras: debiles: cum natura ſint timidæ. ¶ Quæ. ſ. pœna. ¶ Damnat octauiam. ¶ Tolle cõſilium: præfectus uolebat dare conſilium: & præcari neronem ille autem reiicit ipſum præfectum ne intercedat pro Octauia. ¶ Deuectam: hoc eſt imperatũ neronis. ¶ Reſidat: ceſſet: nã uiuente illa: ſp timerẽ.

DAN. Populi. Carmen quintũ trimetro iãbico. exiliũq; Octauiæ: & mors agitur Inducit pfectꝰ ppl̃i irã ↄſedatã annuncians. Prefectus Neronis fuit Byrus: cui ad fauces remediũ toxicũ miſit, ſcri. Tráql. ¶ Collocutores: pfectꝰ & nero. ¶ Sic miles: iſultat & arguit militẽs q maiorẽ cędẽ nõ cõmiſerit. ¶ Audiſti, ac ſi dicat. Non audiſti me ut uolebã. ¶ Sic, dictũ, cũ emphaſi, ut apud poetã. Sic nos in ſceptra repõis: & ſic iuuat ire ſub vmbras. ¶ Cur. d. uidebaẽ q̃ppe nerõis qõ i pbꝛ redundaẽ fidei pfecti. ¶ Si ſcelera cœpit. non eſt mihi ꝑbro uertendũ ſi ducã hoſtẽ fœminã: q̃ ſit ſceleratas & populũ ad arma ↄcitet: & cuius animus ab ipſa natura ſemper meditetur ruinam & damnum.

BER. Funeſtus: inducit chorus: q deteſtabaẽ fauorẽ ppl̃i uidẽs octauiã duci ad mortem illã cœperat populus adiuuare: poſtea dereliq̃t. ¶ Funeſtus: ferẽs lœtũ eſt tanq̃ aura cito deficiẽs: q͂d pbat p exẽplũ gracchorꝫ. ¶ Procul: lõge in altũ mare: tunc illa deſerit ratem. ¶ Parẽs: cornelia filia Scipionis africani maioris duos filios habuit Tyberiũ & Caium grac. eloquẽtiſſimos: qui cũ uellẽt ferre legem agrariã i fauorẽ ppl̃i interẽpti ſunt. ut ſcri. Vale. maximus & M. Tul.

DAN. Funeſtus: ppl̃aris aura: ut flatus & icreta tra plerũq; his pernicioſa eſt q̃bus aſpirat & fauet exẽplo eſt octauia claudia quę pp fauorẽ ppl̃i a nerone capitis cõdẽnaẽ. Cõplorat chorus lugubrẽ hãc & funereã cõdẽnationẽ i hoc ultio carmine: q͂d metro pindarico acatalectico ſcriptũ eſt.

¶ Te quoq;,

BER. ¶ Te quoq;: Caſſiū intelligit qui primus uoluit ferre legem agrariā. Superiꝰ i agraria largitiōe ambitioſus i ſocios fuerat, nā ipo ꝯſule cū proculo uirginio lex agraria primū ꝓmulgata fuit eo auctore ager hermicus adeptus iter latios plebēq; diuiſus eſt hac largitione ſuſpectus Senatui populoq; cœpit eē ꝙ ꝑnicioſus libertati opes ſtrueret: & ideo ciuibus iam uiſior factus: ut alio muneri ſibi recōciliaret: ciuiū aios uoluit iubere pro ſiculo frumento pecuniam acceptā retribui populo: id uero non ſecus: q̄ ꝑntem mercedē regni aſpnata plebs eſt. Hunc ubi magiſtratu abiit damnatū necatūq; cōſtat, ſunt qui patrē auctorē eius ſupplicii ferant: cū cognita domi cā illum uerberaſſe ac necaſſe ut uult Vale. Max. in ca. de parētū ſeueritate. Sed apud alios auctores cōperio damnatū populi iudicio & diruptas publice ſedes, ut uult Diony. halicarna. quia dicit ꝙ ſi pater iudex fuiſſet & punitor neq; domus dirupta: neq; bona publicata fuiſſet: qa romanis nihil poſſeſſoriū ꝓpriū uiuentibus patribus. ¶ Faſces: magiſtratus: nō cōſul fuerat. ¶ Domus qa in ꝓpria domo interfectus eſt. ¶ Præſens de octauia. ¶ Fratris: neronis. ¶ Paupertas: uitam humilē. ¶ Quo me. Octauia ꝯquerit. ¶ Regina: popea. ¶ Fracta: mota miſericordia: nā ſi flectunt miſericordia cur me iſto modo trahunt exiliū: ſi nō uolūt parcere: cur ibi me non interficiūt. ¶ Cumulare: augere. ¶ Sæua: crudelis popea. ¶ Sed ſpes uidens nauem parata agnouit ſe oino perituram: cū ſciret naui ſolutili matrem Neronis etiā fuiſſe impoſitam. ¶ Quis: interrogatiue. ¶ Aedon: philomena ut ſuperius uidimus. ¶ Fata dii: utinam darēt alas ut mutaret in auem: quemadmodum ipſa & poſſem aufugere triſtes caſus meos. ¶ Pendens: ſicut auis. ¶ Regit: cōſolat chorus Octauiam dicēdo oīa iſta a fatis uenire probatq; exēplo maiorū ſuoꝝ. ¶ Quid: in qua re potes dicere ꝙ fortūa tibi ſit durior q̄ iſtis. ¶ Memoranda parens: ut ſcribit Sueto. tyberius. Nurum Agrippinam poſt mortē germanici liberiꝰ quiddā q̄dā manu apphendit: grçcoq; uerſu: ſi non dominaris: inquit filiola iniuriam te accipere eſti-

Perdidit ingens quos plebis amor,
Nimiuſq; fauor, genere illuſtres,
Pietate, fide, lingua claros,
Pectore fortes, legibus acres.
Te quoq; leuis ſimili leto
Fortuna dedit. quem neq; faſces
Texere tui, nec tecta domus.
Plura referre prohibet præſens
Exempla dolor/modo cui patriam
Reddere ciues aulam: & fratris
Voluere toros, nunc ad pœnam
Letumq; trahi, flentem miſeram
Cernere poſſis. bene paupertas
Humili tecto contenta later.
Q. uatiunt altas ſæpe procellæ,
Aut euertit fortuna domos.
O. Q. uo me trahitis? quod ue tyrannus
Aut exilium fortuna iubet?
Si mihi uitam fracta remittit
Tot iam noſtris euicta malis.
Si cæde mea cumulare parat
Luctus noſtros/inuidet etiam
Cur in patria mihi ſæua mori?
Sed iam ſpes eſt nulla ſalutis.
Fratris cerno miſeranda ratem.
Hæc eſt cuius necta carina
Q. uondam genitrix. nunc & thalamis
Expulſa ſoror miſeranda uehar.
Nullum pietas nunc numen habet.
Nec ſunt ſuperi. regnat mundo
Triſtis Erinnys.
Q. uis mea digne deflere poteſt
Mala? quæ lachrymis noſtris queſtus
Reddet Ædon? cuius pinnas
Vtinam miſeræ mihi fata darent.
Fugerem luctus ablata meos
Penna uolucri, procul & cœtus
Hominum triſtes, cædemq; feram.
Sola in uacuo nemore: & tenui
Ramo pendens querulo poſſem,
Gutture mœſtum fundere murmur.
C. Regitur fatis mortale genus.
Nec ſibi quidquam ſpondere poteſt
Firmum & ſtabile, & per quam caſus
Voluit uarios ſemper nobis
Metuenda dies/animum firment
Exempla tuum iam multa: domus
Q. uæ ueſtra tulit quid ſæuior eſt
Fortuna tibi? tu mihi primum

mas: nec ullo mox ſermone dignatus eſt.

DAN. ¶ Gracchos, tyberiꝰ gracchus bis conſul: bis triumphator & cēſor fuit: uir Corneliæ in hūc conſpirant diuites ob legē ad agros diuidendos autore naſica. ¶ Saturninus: eius collega fuiſti caput percuſſit Ruffus ſecundū ſecit uulnus eius cadauer in tyberim proiectum. C. Gracchus filius eadem cauſa a populo uexatus eſt: nam inſequente multitudinem fugiēs per pōtem ſublicium latuit in templo dianæ Pōponius & Licinius itegerrimi amici reſiſtētes multitudini trucidati ſunt, quo intellecto polycrati ſe iugulandum tradidit: qui iugulato dño eodē gladio ſe peremit. ¶ Septimelius redemit poſtea caput grachi auro. ¶ Teq; leuis multiplex hic ſenſus & multiugus afferri pōt uel ad Caſſium qui a ceſone Fabio. & L. Valerio fratre publicolæ queſtoribus damnatꝰ eſt per duelliones & per petras deiectus. Erat enim tunc Romanis hæc gētilicia punitio ut tradit Alicarnaſeus, uel ad Fabium ceſonis fratre qui cōſul erat is collega æmilio ad artonē urbem contra equos populos iuniſus fuit plæbi. & ꝓpter eam perfecto bello conſulatu defunctus eſt: uel ad Appium: ꝓpter ſuperbiam plæbs Romana ſemper inſectata eſt. Et quia cogebatur reddere & perſoluere debita. ¶ Genitrix, nerōis. ¶ Nullum pietas: non eſt pietas: non ſunt ſuperi: ſed ubiq; furor dominat. ¶ Edon: rectiuſq̄ Lucanus: qui do cōtra naturam corripuit dicens ædonis in forma patronimica: ſicut ēt ſuperius exemplo Theoc. demōſtraui. ¶ Aedonis: populi in thracia. per quā caſus uoluitur. ¶ Varios: iuxta ſniam ſeueri Boetii hunc continuū ludū luſimus: ſumma cū iſimis: infima cū ſūmis mutare gaudemus. Quid .n. aliud eſt uita hominis niſi comedia in qua nouus & ignotus ampliſſimo induitur potētatu: & erigitur in regni faſtigium nūc alius purpuratus in hoſtiles cathenas proiicit: in eo itaq; uita hominis ut iquit Policra. Tragœdiæ ſimillima eſt: ꝙ oīum fere triſtis exitus eſt: ad qd facit illud non illepidū diſtichon ioannis ſaliſabiēſis ridiculos hominum uerſat ſors cæca labores. ¶ Sæcula noſtra iocus: ludibriūq; deis.

BER. ¶ Quondam uero iter, cœnã porrecta a ſe poma guſtare nõ auſam: etiã u ocare eſſit ſimulans ueneni ſe crimine accerſitam: cũ præſtructũ utrunq; cõſulto eſſet: ut & ipſe tẽtãdi gratia offerret: & illa quaſi certiſſimum exitũ caueret: nouiſſime calumniat⁹ modo ad ſtatuam Auguſti, modo ad exercitus cõfugere uellet, pandatariam relegauit. Cõuiti antiq; oculum per centurionẽ uerberibus excuſſit. Rurſus mori inedia deſtinãti per uim ore diducto infulciri cibũ iuſſit: ſed & pſeuerantẽ: atq; ita aſſumptã crimi noſiſſime inſectatus eſt: cũ diẽ quoq; natalis inter eius nefaſtos referendũ ſuaſiſſet. iputauit etiã, q nõ laqueo ſtrãgulatã in gẽonias abiecerit pq; tali clemẽtia iterponi decretum paſſus eſt: quo ſibi gratiæ agerent, & capitolino ioui donum ex auro ſacraret. ¶ Nata filia .M. Agrippinæ. ¶ Auguſti tyberii: q adoptauit germanicũ. ¶ Cæſaris germanici. ¶ Graui: grauido: nã ipſa agrippina germanico marito peperit noue liberos. teſte Suet. i Caligula: quoꝝ duo infantes adhuc rapti vnus ipueraſcẽs: cæteri ſuperſtites pri fuerũt, tres ſex⁹ fœminini Agrippa. Druſilla Iulia: cõtinuo triẽnio nate: totidẽ mares Nero & druſus &c̃. Cæſar Neronẽ druſum ſenat⁹ tyberio criminãte hoſtes iudicauit. ¶ Liuia druſi: itellige liuiã druſillã q primo tyberino Nerõi patri Tyberii Cæſaris, deide Auguſto nupſit. iõ dicit fœlix thalamis. i. optimis maritis ſed filio tyberio maxime miſera a quo ut ſcri. Suet. in tyberino uſq; adeo infeſtata fuit ut ei⁹ acerbitate aduerſus illã defuncta fuerit: vnde dicit ibi. ¶ Ferũ facin⁹: inhumanũ fcin ¶ Nati: tyberii ¶ Iulia: ſcribit Trãquil. i Claudio. ¶ Iulias: Alterã. druſi, alterã germanici filiã crimine incerto: nec defenſione ulla data occidit ideo ſibi dicit: ſecuta fata mr̃is. ſ. agrippinæ germanici: de qua ſuperius. ¶ Liuia druſi: itẽ: aliam liuiã potes intelligere uxorem druſi filii Tyberii Cæſaris, cuius fraude maritus ipſe iteriit. quo cognito a Tyberio ſupplicio eſt affecta: hæc habuit ex druſo filios: tyberiũ: & filiã q̃ poſtea a claudio iterẽpta eſt. Legiẽ etiã textus loco nati faſtis ruiti in facinus. ſ. ut uenerat maritũ druſum. ¶ Iulia matris. ſ. liuiæ ſimilr̃ periit. ¶ Genitrix tua meſſalina de qua diximus. hæc fuit mr̃ Octa. Marito claudio. ¶ Partu: filio illuſtri britãnico. ¶ Famulo: narciſo liberto. ¶ Claudii: cuius iuſſu occiſa. ¶ In cœlũ: dic̃ pp illius ſuperbiã. hæc fuit agrippina mr̃ neronis: a quo fuit occiſa. ¶ Nõ legas: interrogatiue ¶ Remigis, qa poſita fuit pri⁹ in naui ſolutili. ¶ Tyrãn⁹, Nero. ¶ Quis: p qb⁹. ¶ Teſtor: q nõ timeo mortem. ¶ Quid agis: arguit ſe q iuocet deos qbus inuiſa eſt. ¶ Genitor: claudi pater qui fuit cauſa iſtorum malorum. ¶ Armate: nam credebat ſe iuſſu Neronis mitti in ægyptum. ¶ Pharia: alexandrinæ. ¶ Leues: rogat ut ueniant uenti qui illã exportent: ſicut Iphigeniam de qua uidimus cum oblata eẽt ad aram dianæ: ut immoletur in tauricam regionẽ deportata eſt uẽtis: ubi operãte dea a rege thoante eius ſacris præpoſita eſt: quæ ipſi dianę ex humano ſanguine fieri cõſueuerãt: ut Oui. lib. viii. de tri. ¶ Sæuę uirginis dianæ quæ ſanguinem Iphigeniæ petiuerat. ¶ Hanc Octauiam. ¶ Aulis: de qua dictum eſt regiuncula eſt boetię petroſa: ibi debebat imolari iphigenia: ſed ibi liberata fuit. ¶ Roma: nam Oreſtes cum ſorore Iphigenia aufugiens: & in Italiam ueniens in aricia ſimulachrum dianæ locauit: cui litabatur humana hoſtia.

Tot natorum memoranda parens
Nata agrippæ, nurus auguſti
Cæſaris uxor, cuius nomen
Clarum toto fulſit in orbe.
Vtero toties enixa graui
Pignora pacis. mox exilium,
Verbera, ſæuas paſſa cathenas,
Funera, luctus, tandem letum
Cruciata diu, felix thalamis
Liuia Druſi, natiſq; ferum
Ruit in facinus, pœnamq; ſuam.
Iulia matris fata ſecuta eſt.
Poſt longa tamen tempora ferro
Ceſa eſt, quamuis crimine nullo.
Quid non potuit quondam genitrix
Tua, quæ rexit principis aulam,
Cara marito, partuq; potens?
Eadem famulo ſubiecta ſuo.
Cecidit diri militis enſe,
Quid cui licuit regnum in cœlum
Sperare. parens tanta Neronis?
Non funeſta uiolata manu
Remigis ante mox & ferro
Lacerata diu, ſæui iacuit
Victima nati?
O. Me quoq; triſtes mittet ad vmbras
Ferus, & manes ecce tyrannus.
Quid iam fruſtra miſeranda moror?
Rapite ad letum. queis ius in nos
Fortuna dedit, teſtor ſuperos.
Quid agis demens? parce precari,
Queis inuiſa es, numina diuum.
Tartara teſtor, Erebiq; deas
Scelerum ultrices, & te genitor
Dignum tali morte, & pœna.
Non inuiſa eſt mors iſta mihi.
Armate ratem, date uela fretis,
Ventiſq; petat puppis rector
Tandem Phariæ littora terræ.
C. Lenes auræ, Zephyriq; leues
Tectam quondam nube ætheria
Qui uexiſtis raptam ſæuæ
Virginis aris Iphigeniam,
Hanc quoq; triſti procul a pœna
Portate, precor, templa ad triuiæ.
Vrbe eſt noſtra mitior aulis.
Et Maurorum Barbara tellus.
Hoſpitis illic cæde litatur
Numen ſuperum. cuius gaudet
Roma cruore.

DAN. ¶ Tot natorum, nomen enim liberos enixa eſt ex germanico tres puellas: agrippam druſillam Liuiã tres mares. C. Cæſa. Nero. & druſum duos amiſit infantes & vnam iam pueraſcentem. Auguſti: tyberii patrui germanici a ſe adoptari. ¶ Diri militis: percuſſoris gladio cecidit in horto ſtans cum matre. ¶ Quoq: ſicut matrẽ & ſupiores iperatrices. ¶ Rapite: cõuertit ad ſpiculatores & miniſtros Cæſaris. ¶ Quid agis demens: correctio eſt fruſtratorię obteſtatõis. ¶ Quis, antiqui ſcripſerunt cum. e i. diphtongo ad differentiam recti contracti. ¶ Rector puppis: charon, qui lingua ægyptia interpretat̃ magiſter nauis. ſenſus eſt: trudite me uelis: & remis illuc ubi moriar antepectatum. ¶ Vrbe: eſt noſtra mitior: ſuperat urbes roma omnem barbaram tellurem imanitate & ſæuitia.



TRAGOEDIÆ INTERLOCVTORES.

Hercules.	Hyllus.
Chorus mulierum.	Alcmena.
Ioles.	Philoctetes.
Nutrix.	Deianira.

TRAGOEDIA DECIMA, QVÆ INSCRIBITVR HERCVLES OETHEVS.

ACTVS PRIMVS.

Trimetri Iambici.

HERCVLES.

SAtor deorum, cuius excuſſam manu
Vtraq; Phœbi ſentiunt fulmen domus,
Secure regna, ꝓtuli pacē tibi.
Quacunq; Nereus porrigi terras uetat.
Non eſt tonandum perfidi reges iacent,
Sæui Tyranni. fregimus quidquid fuit
Tibi fulminandum. ſed mihi cœlum parens
Adhuc negatur, parui certe ioue
Vbiq; dignus. teq; teſtata eſt meum
Patrem nouerca. quid tamen nectis moras?
Nunquid timemur? nunquid impoſitum ſibi
Non poterit athlas ferre cum cœlo Herculem?
Quid aſtra genitor, quid negas? (mors me tibi
Certe remiſit) omne cum ceſſet malum,
Quod terra genuit, pontus, aer, inferi.
Nullus per urbes errat arcadias Leo.
Stymphalis icta eſt, Mænali nulla eſt fera.

BER. SAtor Deorum. Hæc tragœdia inſcribit̄ Hercules œtheus. Oeta mons eſt iter theſſaliā & Macedoniā famoſus morte & rogo Herculis eius materia talis eſt dimiſſa Megera Creontis thebani filia: quam in uxorem Hercules duxerat, iolem euryti filia petiit in cōiugium: cui cum denegaretur in œtholiam uenit: Deianirā œnei ex altera filiam duxit uxorē. inde memor deſpecti coniugii contra Euryti toxeū militonē & pithiū mouit exercitum. Oechaliam urbē abſtulit: illos peremit, Iolē rapuit: cui⁹ amore adeo flagrauit ut ex ea pateret̄ quicqd cū omphale ꝑpeſſus eſt. ¶ Sacrificatus igitur ob uictoriam in monte cyneo puer lycā ad deianiram i trachiniam urbē miſit ut ueſtē q̄ in ſacris utebatur afferret. Deyanira infectam ſanguine cētauri neſſi dederat id .n. ſuaſerat neſſus faciēdū cū in traiectu eueni flu. ab he. ſagittis cōfoſus eſt ſi qñ de illius amore dubitaſſet. Dubitabat .n. ne ioles amore ipſa cōtemneret̄. Hercu. cū ueſtē tetigiſſet ueneno afflatus lenta tabe cōſumebatur. Actus in furorem lycam in mare proiicit lymenium & iolaum delphos de ſe ſciſcitatū ad oraculū miſit. retulerūt ut in œta monte pyra conſtrueretur de reliquis ioui curam relinquere: cōſtructam pyram ipſe cōſcēdit. philotetes ignem admouit cū reliquiarū nihil repperiſſent cœlū conſcendiſſe exiſtimarūt. ¶ Oſator: Iuppiter quærit̄ hercules q̄ nō rapiat in cœlū promiſſum ſibi cū ſit benemeritus de mundo: potes iuppiter ſecure regnare. cū oīa monſtra de mundo ſuſtulerim. ¶ Vtraq; domus: oriens & occidens totū mūdum itelligit. Nereus deus marinus: ibi pro mari ponitur. ¶ Parens o Iuppiter ¶ Dignus: declaraui me filium eſſe tuū. ¶ Parui: obediui ad ſuperandum monſtra. ¶ Nouerca: iuno quæ me tanto odio nō fuiſſet ꝑſecuta niſi fuiſſem nat⁹ tu⁹ ex pellice. ¶ Moras: cur me ad ſuſcipiēdū moraris. ¶ Timemur. ſ. ne diſturbē cœlum. ¶ Athlas qui dicitur ſuſtinere cœlum humeris. ¶ Mors: locus mortis infernus noluit me tenere ut ad te uenirem. ¶ Ceſſet: remotū ſit a me. ¶ Nullus leo: ibi declarat multa facinora ſua quorum hiſtoria plene declarata fuit in hercule furente. ¶ Itaq; ne reperiantur illa: ſuperius leges rerum feriem. ¶ Stymphalis: auis rapida. ¶ Fera: ceruа menali.

DAN. HErcules œteus: titulus ab euentu mortalitatis eſt quam i œta mōte igne purgatus exuit. Tragœdia ultima, qua Seneca uidetur quaſi de induſtria in eius denominatione ſuū poema deſinere uoluiſſe: a quo etiam initium auſpicatus eſt: tumultuaria: nec minus acri amoris ſiue deſiderii flamma: q̄ ueneni exæſtuās. Habet protheſin præcipitem, Epitbaſim concitatiſſimam & Caſtrophem: odii: furoriſq; pleniſſimam, primæ partes ſunt Herculis & ioles. Secundæ Deianiræ & lycæ, tertiæ Alcmenam tangunt. Argumentum tale. ¶ Ioles amore captus Hercu. ſuam Deianiram deſerit, puella ſuaſu neſſi lycæ miniſtro tunicam dat uiro proferēdam Herculi. Erat tunica Centauri fœda ſanguine: quem lerneum fel infecerat manēs ſagitta: qua uulnus Hercules olim raptori illi fecerat: tunica indutus Hercules: in rediuiua combuſtus eſt, rotus lycas in mare rotatur, credite ſagittæ philoteti comiti. Alcmena defunctū plorat. Carmen archilochium trimetrum iambicum acatalecticū. Lamentatio primum herculis de laborum mercede ſero ſibi tradita. ¶ Secure regna: metuendus tam & ſecurus atq; inuictus regnum tene Pacato tādem uiribus meis mūdo & pace terra marique parta. ¶ Ioue: ſcilicet patre. ¶ Dignus filius. ¶ Nullus nō ut nullus adhuc mūdo præbebat lumina Titan per figuram qua uocant τοκωολστον.

Sparſit peremptus aureum ſerpens nemus.
Et Hydra uires poſuit & notos Hebro
Cruore pingues hoſpitum fudi greges.
Hoſtiſq; traxi ſpolia thermodontiæ.
Vidi ſilentum fata. nec tamen redii,
Sed trepidus atrum cerberum uidit dies,
Et ille ſolem/ nullus antæus Libys
Animam reſumit. cecidit ante aras ſuas
Buſiris. una eſt Geryon ſparſus manu.
Tauruſq; populis horridus centum pauor.
Quodcunq; tellus genuit infeſtum occidit.
Meaq; fuſum dextera iratis deis
Non licuit eſſe. ſic negat mundus feras,
Animum nouerca/ redde nunc nato patrem
Vel aſtra forti. nec peto, ut monſtres iter.
Permitte tantum genitor/ inueniam uiam.
Vel ſi times ne terra concipiat feras.
Properet malum quodcũq;, dum terra Herculē
Habet, uideatq;. nam quis inuadet mala?
Aut quis per urbes rurſus argolicas erit
Iunonis odio dignus? in tutum meas
Laudes recepi/ nulla me tellus ſilet.
Me ſenſit Vrſæ frigidum ſcythicæ genus,
Induſq; phœbo ſubditus, cancro Libys.
Te clare titan teſtor, occurri tibi
Quacunq; fulges/ nec meos lux proſequi
Potuit triumphos/ ſolis exceſſi uices.
Infraq; noſtras ſubſtitit metas dies.
Natura ceſſit/ terra defecit gradum.
Laxata per me nox, & extremum chaos
In me cucurrit/ inde ad hunc orbem redii,
Vnde retro nemo. tulimus oceani minas.
Nec ulla ualuit quatere tempeſtas ratem
Quácunq; preſſi. pars quota eſt: quá pſequor.
Iam uacuus æther non poteſt odio tuæ
Sufficere nuptæ/ quaſq; deuincam feras
Tellus timet concipere/ nec monſtra inuenit.
Feræ negantur/ Hercules monſtri loco
Iam cœpit eſſe. quanta nunc fregi mala
Quot ſcelera nudus? qdquid immanæ obſtitit,
Solæ manus ſtrauere/ nec iuuenis feras
Timui: nec ĩfans: quidquid eſt iuſſum: leue eſt.
Nec ulla nobis ſegnis illuxit dies.
O quanta fudi monſtra/ quæ nullus mihi
Rex imperauit. inſtitit uirtus mihi
Iunone peior: ſed quid impauidum genus
Feciſſe prodeſt? non habent pacem dei.
Purgata tellus omnis in cœlo uidet
Quodcunq; timuit: tranſtulit Iuno feras:
Ambit peremptus Cancer ardentem plagam:

BER, ¶ Serpēs: qui cuſtodiebat ortos heſperidum. ¶ Idra: ſerpens in Lerna palude. ¶ Pingues greges: equos Diomedis intelligit. ¶ Hoſtis termodontiæ: hippolitem amazonum reginã intelligit. ¶ Regentem fata: plutonem innuit. ¶ Taurus: qui ĩ creta erat. ¶ Occidit: interemptum eſt quicquid terra infeſtum poteſt gignere. ¶ Iratis deis: quãuis dei nolent me interficere monſtra ſua. ¶ Sic: non licet mihi: ſic eſſe aut terra mittat alia monſtra: ut habeam quid agam: uel recipe me in cœlum. ¶ Vel ſi times: ne ſurgat aliquod mõſtrum ĩ terra facito ueniat dũ ſum in mundo. ¶ Quis erit. q. d. nullus. ¶ In tuto: quia feci experientiam fortitudinis meæ in omni parte mundi. ¶ Vrſę: intelligit ſeptẽtrionales. ¶ Cancro: lybicos & africanos monſtrat. ¶ Lux: quia iui ad inferos ubi nulla ẽ lux ¶ Metas: terminos ĩui quo non poteſt ire ſol. ¶ Subſtitit: lux firmata eſt inter metas noſtras. ¶ Natura quia nemo dicitur ire ad inferos & redire. ¶ Ceſſit uicta eſt. ¶ Defecit, deſtituit greſſus meos. ¶ Laxata: aperta: nam cum deſcendi ad inferos aperta terra igreſſa eſt lux ſolis. ¶ Retro: vñ nullus redit. ¶ Oceani minas. Intelligit mare gaditanum ubi pater fixiſſe columnas ¶ Quacunq;. in omni parte. ¶ Quota: minima eſt reſpectu aliorum facinoꝝ. ¶ Nuptę Iunoni. ¶ Nudus inermis. ¶ Scelera: ſceleratos reges. ¶ Solæ manus. ſ. meæ. ¶ Nec infans: quãdo ſerpentes a Iunone miſſos elſi. ¶ Leue: facile mihi ad ſuperandum. ¶ Segnis: ſine labore. ¶ Rex: nullus euriſteus qui mihi iperabat ut uidimus. ¶ Virtus quæ mihi adhortabatur labores: plura coegit aggredi ĝ Iuno. ¶ Impaui

dum: ſine timore: quid prodeſt liberaſſe homines mõſtris: cum illa traducta in cœlum deos ipſos terreat. ¶ Cancer: enumerat illa monſtra tranſlata in cœlum diximus quemadmodum cancer exiens de palude lerna momordit pedem Herculis pugnãtis cũ idra vnde Iuno illum tranſtulit in cœlum. ¶ Peremptus: ſcilicet a me.

DAN. ¶Cur ſæua: cur modico errori tã grauia prẽſtituis ſupplicia: in ſano & iracundo iudici vitio vertẽdũ eſt vbi culpã pœna excefferit.¶ Dolorẽ meum.¶ Paſcit auget & nutrit hoc malum nõ deputo leue.¶ Pœnit9, itrinſecus vñ penetrare penitus irrare.¶ Sed magn9 dolor, amor læſus in capitalẽ irã cõuertiẽ ideo Apollonius in quarto affirmat: εκσεειν τεριδεσ ωλομε ναισ τον αχαιτεγοντε.¶ Vernare: frõdibus veſtri nemora vi meoꝝ: carminũ coegi: & fulmẽ ſtare.¶ Pa

Alumna dolor eſt.culpa par odium exigat.
Cur ſæua modice ſtatuis? ut paſſa es: dole.
D.Leue eſſe credis pellicis nuptæ malum?
Quidquid dolorem paſcit, id nimium puta.
N.Amor ne clari fugit alcidæ tibi?
D.Non fugit altrix, remanet, & penitus ſedet
Fixus medullis/crede/ſed magnus dolor
Iratus amor eſt.Nũ artibus magicis fere
Coniugia nuptæ precibus admiſtis ligant.
Vernare iuſſi frigore in medio nemus,
Miſſumq; fulmen ſtare/concuſſi fretum
Ceſſante uento/turbidum explicui mare.
Et ſicca tellus fontibus patuit nouis.
Habuere motum ſaxa/diſcuſſi fores
Vmbræ ſteriſtis/& mea iuſſi prece
Manes loquuntur.ſonuit infernus Canis
Mare:terra, cœlum, & Tartarus ſeruit mihi.
Nox media ſolem uidit, & noctem dies.
Nihilq; leges ad meos cantus tenent.
Flectemus illum/carmina inuenient iter.
D.Quas pontus herbas generat, aut q̃s teſſala
Sub rupe Pindus, aut ubi inueniam malum,
Cui cedat ille/carmine in terras mago
Deſcendat aſtris luna deſertis licet,
Et bruma meſſes uideat: & cantu fugax
Sit deprehenſum fulmen: & uerſa uice
Medius coactis fugerit ſtellis dies:
Non flectet unum.N.uicit & ſuperos amor.
D.Vincetur uni forſan, & ſpolium dabit,
Amorq; ſummus fiet alcidæ labor.
Sed te per omne cœlitum numen precor:
Per hunc timorem: quidquid arcani apparo
Penitus recondas/& fide tacita premas.
N.Quid iſtud eſt: quod eſſe ſecretum iubes?
D.Non tela ſunt: non arma: non ignis: minæ.
N.Præſtare fateor poſſe me tacitam fidem:
Si ſcelere careat/interim ſcelus eſt fides.
D.Circunſpice: agedũ: nequis arcana occupet.
Partemq; in omnem uultus inquirens eat.
N.En locus ab omni tutus arbitro uacat.
D.Eſt in remoto ſedis egregiæ loco
Arcana tacitus noſtra defendens ſpecus:
Non ille primos accipit ſoles locus:
Non ille ſeros: cum ferens Titan diem
Laſſam rubenti mergit oceano rotam.

Illic amoris pignus Herculei latet.
Altrix fatebor: Neſſus eſt author mali:
Quem grauida nubes Theſſalo genuit duci.
Qua celſus aſtris inſerit Pindus caput.
Vltraq; nubes Othrys eductus riget.
Nãq; ut ſubactus Herculis claua horridi
Achelous: omnes facilis in ſpecies dari:
Tandem peractis omnibus patuit feris.
Vnoq; turpis ſubdidit cornu caput.
Me coniugem dum uictor Alcides habet:
Repetebat Argos: forte per campos uagus
Euenus altum gurgitem in pontum ferens
Iam pene ſummis turbidus ripis erat:
Tranſire Neſſus uorticem ſolitus uagum
Pretium popoſcit. meq; iam dorſo ferens:
Qua iungit hominem ſpina deficiens equo.
Frangebat ipſas fluminis tumidi minas.
Iam totis undis Neſſus exierat ferox.
Medioq; adhuc errabat Alcides uado:
Vaſto rapacem uorticem ſcindens gradu:
Aſt ille ut eſſe uidit alcidem procul:
Tu præda nobis inquit: & coniux eris.
Prohibetur undis: meq; complexam ferens
Greſſum citabat: non tenent undæ Herculem.
Infide uector: inquit: immiſti licet
Ganges: & Iſter uallibus iunctis eant.
Vincemus ambos/conſequar telo fugam.
Præceſſit arcus uerba. tum longum ferens
Arundo uulnus: tenuit hærentem fugam:
Morteniq; fixit. ille iam quærens diem:
Tabem fluentis uulneris dextra excipit:
Traditq; nobis ungula inſertam ſua:
Quam forte ſæua ſciderat auulſam manu.
Tum uerba moriens addit, hoc: inquit: magæ
Dixere amorem poſſe defigi malo.
Hoc docta Mychale Theſſalas monuit nurus:
Vnam inter omnes luna quam ſequitur magam
Aſtris relictis. illitas ueſtes dabis
Hac: inquit: ipſa tabe: ſi pellex tuos
Inuiſa thalamos tulerit: & coniux leuis
Aliam parenti dederit altiſono nurum.
Hoc nulla lux conſpiciat/hoc tenebræ tegant
Tantum remotæ: ſic potens uires ſuas
Sanguis tenebit/uerba deprehendit quies.
Mortemq; laſſis intulit membris ſopor.
Tu: quam meis admittit arcanis fides:
Perge: ut nitentes uirus in ueſtes ſuum.
Mentem per artus adeat: & tactus ſinus
Intret medullas. Nu. ocyus iuſſa exequar
Alumna. precibus tu deum inuictum aduoca,

tuit, affatim ſciſſa eſt. ¶ Nõ flectet uiæ, nullũ uenenum tam præſentaneum quod Hercules nõ ſuperet. ¶ Arbitrio, res noſtra erit inſtabilis & ſine arbitrio nõ aderit quiſpiã qui res noſtras arbitret. ¶ Eſt i remoto: Neſſus centaurus nubis & ixionis filius olim intraiectu eueni fluminis auferẽs Deianyram dorſo, arundine cõfoſſus eſt ab Hercule, moribundus tunicã dedit Deianiræ medicatã felle lerneo ſuadẽs poſſe i amorẽ ſui reuocari alcidẽ ſi qñ ad aliã deficeret: ſunt q dicãt oleo & ſanguine ipſius monſtri infectam fuiſſe tunicam: ſacrificaturus itaq; Hercules ob victoriã de rege Eurito tetulerat puerq; lycam ad Deianirã in trachiniam miſit qui tunicam ferret qua in ſacris utebat̃ Deianira dubitans amore Ioles cõtemni lycæ tunicã dat Neſſeo ueneno medicatam ueſte vix tacta Hercules lenta tabe cõſumptus ẽ furibundus arreptum crure lycã in mare proiicit lycmnium & Iolaum delphos ſtatim miſit ſciſcitatũ de ſe vſum vt in oetapyra ſtrueret, relinqua fore cure Ioui patri: cõſtructã pyrã inſcẽdit Hercules philoctetes ignẽ admouit, & cũ reliquarum nihil eẽt creditũ in ſuperos relatũ: vbi nuptias hebes celebrauit a barbaris cultus ẽ & p deo hitus: i hac topographia auctor fabulã tãgit Neſſi cẽtauri cuius opa vſus ẽ her. tãriſp dũ transferret puellã Deianirã deuicto Acheloo.

BER. ¶ Illic: in illo ſpecu. ¶ Pignus: certi do ſicut pignus certum, & tutum creditorem facit. ¶ Auctor: q docuit hoc. ¶ Nubes gra. diximus ſuperius Ixionẽ attentaſſe Iunonẽ de ſtupro: cui Iuno ex eũ filio Iouis nubẽ i forma ſua obiecit cũ qua cõcumbens Ixion centauros genuit. ¶ Theſſalo: duci Ixioni. ¶ Pindus: mons theſſaliæ. ¶ Inſerit: q a vr̃ aſtra tangere. ¶ Othryx: mons aſper theſſaliæ verſus meridiem ex oppoſito ad oſſam diſpoſitus: ut dicit Pli. iiii. li. patria fuit lapitaræ. ¶ Eductus, eleuat?. ¶ Subactus. Achelous victus: vt vidimus. ¶ Spẽs: formas nã mutabat̃ in diuerſis feris. ¶ Patuit: cognitus fuit. ¶ Peractis: ſũptis formis oium ferarũ. ¶ Subdidit, ſpoſuit ad terrã: nã cũ in forma thauri eſſet Herc. illi abſcidit unũ cornu, ut diximus ſuperius ¶ Victor. ſ. Acheloi. ¶ Repetebat: reuertebat̃. ¶ Euenus: fluuius eſt deſcẽdens a thracia & calydoniã ſecãs, de quo Ouidi. lib. ix. meta. ¶ Venerat: eueni rapidas Ioue natus ad vndas. Pli. li. iiii. Euenus cadit in ſinũ corithia cũ expoſito ad vrbẽ patras. ¶ Vorticẽ. fluuium euenũ. ¶ Meq; hoc mõ recepit me cõmiſſã ab her. vt me tranſueheret. ¶ Spina eſt os: qd extẽdit̃ a collo vſq; ad ptẽ poſteriorẽ erat Neſſus ex media pte eq ex media hois. ¶ Minas: ipſe ferens me frãgebat ipetus fluuii. ¶ Iã totus: tranſportauerat me: cũ adhuc Her. eſſet in medio fluctu. ¶ Citabat. accelerabat. ¶ Vector: verba her. ad Neſſuꝫ: licet ganges & hyſter iungerent ſimul alter eſt in oriente: alter in ſeptẽtrione: non me ipedirẽt qn te pſequerer. ¶ Telo, ſagitta. ¶ Fugã: fugiẽtẽ Neſſum. ¶ Arcus: ſagitta prius percuſſit eũ q̃ audiret verba. ¶ Longũ vul. lõga arũdo: hypalage. ¶ Fixit: firmauit & infixit mortẽ. ¶ Diẽ: extremã lucẽ. ¶ Excipit: cadẽtẽ colligit. ¶ Tabẽ: ſanguinẽ putrefactũ. ¶ Inſertam: ipoſitam. ¶ Tu quã: mãdat nutrici vt apportet venenũ illud. ¶ Admittit: recipit. ¶ Perge: vade. ¶ Mentẽ. ſ. Herculis. ¶ Artus: penetrando p mẽbra eius. ¶ Sinus: veſtis. ¶ Inuictũ deũ. cupidinem ibo & iuſſa peragã: interea tu pcibus deũ amoris inuoca.

¶ Spina, a græcis ραμνια dicit̃. i dorſo ſpina hois cõuertit̃ in dracõnẽ: ut igt pythagoras teſtimõio Plinii. ſpina eſt ſentis ſine aculeus a cuius ſilitudine ſpinæ piſciũ dñr. ¶ Fugã: fugientẽ Neſſum. ¶ Quã. ſ. vngulã ſibi præræble abſciderat. ¶ Tũ verba: dato ſanguine ſuo Deianiræ: Neſſus hoc addidit: ſolẽt mulieres theſſaliæ uti ad remedium DAN.

amoris illo ſed opus eſt ſeruare occultum a ſole. ¶ Magæ: incantatrices. ¶ Deſigi: ſtabiliri. ¶ Malo: hoc ſanguine qui eſt tanq̃ venenũ: hoc faciebat vt veneraret Herculem. ¶ Michale: nomen eſt centauræ fœminæ quæ docuit Theſſalas hoc remediũ amoris. ¶ Quã magam, ſcilicet michalem. Luna ſequitur propter peritiam artis magicæ. ¶ Illitas intinctas. ¶ Datis: ſcilicet Herculi. ¶ Tulerit: occupauerit. ¶ Alti ſono: Ioui patri ¶ Hoc nulla lux: ſeruato ne uideat lucem ¶ Potens: ad reducẽdum amorem. ¶ Deprehendit: ſuperuenit mors dum ita loqueretur. ¶ Vnam inter omnes: ab auctoritate & peritia veneficæ fidem facit veneni. ¶ Tulerim aphereſis abſtulerit. ¶ Leuis non ſeruans fidem coniugii datam. ¶ Hoc nulla luxi: veneficia tractantur noctu ideo oderunt lucem. ¶ Sopor: ferreus & ſtygius. ¶ Mentem: ut ſerpens venenum per mẽbra uiã ſibi inueniat ad cor. ¶ Et tactos ſinus: inſperſas ſua tabe per veſtes ſerpat adima oſſiũ. ¶ Inuictũ, cui omnia parẽt.

BER. ¶ Ethneum: fabricatum: a cyclopibus qui habitãt ethnam. ¶ Theliger: cupido gerens tela. ¶ Intende: dirige. ¶ Certa manu, non fruſtra percutienti. ¶ Spiculum: ſagittam. ¶ Grauiore, ex grauioribus ſagittis: ut maius vulnus ferat. ¶ Profer prome ex faretra. ¶ Rigidas: duras amantibus. ¶ Cornibus: opus eſt ut trahas archum adeo ut vnum caput tangat aliud: ut grauius feras. ¶ Prome extrahe talem ſagittam quali fixiſti Iouem quando captus eſt amore Europæ. ¶ Fronte ſubita: natis ſibi cornibus: nam mutatus eſt in taurum. ¶ Puellæ: aſſyriæ. ¶ Europę filię Agenoris regis Phęniciæ. ¶ Scindit, ſcilicet natando. ¶ Diſcat, ſcilicet Hercul. ¶ Faces: ignes amoris. ¶ Perbibat: ſolam me amet. ¶ Furua: nigra & infernalia: per circuitionem dicit Plutonem q̃ captus fuit amore proſerpinæ. ¶ Maioris: quare illuc deſcendunt omnes. ¶ Tu cupido quies terribilior nouerca Iunone irata. ¶ Triumphum, de Hercule. ¶ Prolata: reuertitur nutrix cum veneno & veſte, & cũ venit lycas iubet omnia occultari. ¶ Vis: illud venenum tantæ potentiæ. ¶ Palladis: omnes artes inuenit Pallas. ¶ Laſſauit: defatigauit filando & texendo omnem manum famularem: ideſt ancillarum. ¶ Peſtem: venenũ. ¶ Precibus artibus magicis. ¶ Vis celanda: non cognoſcat illud lycas. ¶ O quid alloquitur lycam regina. ¶ Fidele: appoſitio eſt. ¶ Vagus: Hercu. ¶ Lidiam: omphalem cui ſeruiuit: hanc veſtem filauit eo tempore non oblita coniugis mei. ¶ Nunc, hoc tempore amat Iolem. ¶ Horridum durum iecur vbi ẽ ſedes amoris. ¶ Fors pro forte. ¶ Coniunx: Hercu. dic non induat hanc veſtem priuſquam fecerit ſacrificia. ¶ Cana populo, corona ẽ frõdibus populi arboris quæ habent folia albicantia ex vna parte. ¶ Vinctus: coronatus. ¶ Matrem: venerem interea ibo domum vt ſacrificem veneri. ¶ Vos: dum recedit mandat choro ut defleat miſeriam ſuam. ¶ Calydoniæ: vbi regnauit Oeneus pater Deianiræ. ¶ Extuli: duxi mecum de patria ætholia.

Q ui certa tenera tela dimittit manu.
D. Te te p̃cor: quẽ mũd⁹: & ſuperi timẽt,
Et æquor: & qui fulmen ætnæum quatit.
Timende matri teliger ſæuæ puer,
Intende certa ſpiculum uelox manu
Non ex ſagittis leuibus/e numero precor
Grauiore profer/ quod tuæ nondũ manus
Miſere i aliquem. non leui telo eſt opus,
Vt amare poſſit Hercules. rigidas mãus
Intende/& arcum cornibus iunctis para.
Nunc nũc/ ſagittã p̃me, q̃ quõdã horrid⁹
Iouem petiſti/fulmine abiecto deus
Cum frõte ſubita timuit/ & rapidũ mare
Taurus puellæ uector Aſſyriæ ſcidit.
Immitte amorẽ/ uincat exempla omnia.
Amare diſcat coniuges/ſi quas decor
Immiſit Ioles pectori Herculeo faces,
Extingue totas/perbibat flammas mei.
Tu fulminantem ſæpe domuiſti Iouem.
Tu furua nigri ſceptra geſtantem poli
Turbæ ducẽ maioris: & dominũ ſtygis.
Tu, qui nouerca es grauior irata deus:
Cape hũc triũphũ ſolus euince Herculẽ.
N. Prolata uis eſt, quæq; Palladia colu
Laſſauit omnem texta famularẽ manum:
Nunc congregetur uirus, ut ueſtis bibat
Herculea peſtem. precib⁹ augebo malũ.
E tempore ipſo gnauus occurrit Lycas.
Cælanda uis eſt: illa ne pateant mala.
D. O: quod ſupbæ nõ habẽt unq̃ domus.
Fidele ſemper regibus nomen: Lyca
Cape hos amict⁹: iuſa quos neuit manus:
Dum uagus in orbẽ fertur & uictas mero
Tenet feroci Lydiam gremio nurum.
Nunc poſcit Iolẽ ſed iecur fors horridũ
Flectã emerẽdo: merita uincũt & malos.
Non ante ueſtes induat coniux: iube:
Q uã thure flammas ſpargat: & poſcat (deos
Cana rigentẽ pp̃lo uinctus comã.
Ipſa ad penates regios greſſus feram:
Precibuſq; amoris horridi matrẽ colam.
Vos: quas paternis extuli comites focis.
Calidoniæ deflete lugendas uices.

Anapæſtici.

CHORVS.

FLemus caſus Oenei tuos:
Comitũ primos turba p annos.
Flemus dubios miſerãda toros.
Nos Acheloi tecum ſolitæ
Pulſare uadum: cum iam tumidas

BER. FLemus: ſequitur chorus deflens vices: Deianiræ: & tanq̃ fideles amicæ nolunt deſerere reginam in calamitatibus quod non ſolet euenire regibus qui in aduerſa fortuna ab amicis deſtituuntur: q ſunt tanquam irundines quæ cum vere & æſtate apud nos fuerit, hyeme aduentante aufugiunt: demũ præclaris ſententiis laudat mediocrem conditionem uitæ. Verſus eſt diameter anapeſticus. ¶ Oenei: caſus uocatiui: o Deia. filia œnei: œneia patronimicum eſt. ¶ Turba, nos turba comitum taurum. ¶ Dubios: incertos amores Hercu. ¶ Pulſare ſolite erramus ludere tecum in ripa acheloi fluminis ætholiæ.

DAN. ¶ Aethneum: cyclopeum aut quod Virgil. dixit typhœium. ¶ Certa, nunquam erranti. ¶ Amare: me, ſcilicet quã tergiuerſat amore pellicis. ¶ Puellæ Aſſiriæ: filiæ Agenoris quã ſuſtulit ad Cretas. ¶ Coniuges: nõ pellices diras. ¶ Perbibat, æbrius ſit noſtro dumtaxat igni. ¶ Nouerca: quanuis. ¶ Palladia colo, in tutela palladis ſunt lanificia. ¶ Tenet: fouet & cõplectitur. ¶ Iecur: in quo ſedet amor, & voluptas. ¶ Emerendo, merendo emeriti ſtipendia nominantur

q militia perfuncti ſunt. ¶ Iube: memora dic. ¶ Vos quas: ingreſſum aperit choro.

DAN. Flemus, quartum carmen metro pindarico. Deianiræ œnei regis calamitatẽ deplorant ætholæ. ¶ Oenei producta penultima. ¶ Per primos annos, dulcioris beniuolentię exordia ex fidei conſtantia cõmemorant.

BER. ¶ Peracto: finito vere, quando modicae aquas habebat ut poſſet vadari. ¶ Serpet: propter prope arenam flueret. ¶ Lycormas, alio nomine euenus fluuius ætholiæ circa quẽ etiã ludere ſolebamus. ¶ Flauus, ab aquis flauis. ¶ Rapido, impetuoſo. ¶ Nos: ſimiliter ad ſacra Palladis tecũ eramus. ¶ Orgia, ſacrificia omnia dicuntur. ¶ Cadmeis: thebanis nam cadmus edificauit Thebas. ¶ Ciſtis: caniſtris quibus offerebantur munera. ¶ Tertia æſtas: nam tertio anno fiebant illa ſacra. ¶ Spicifere deæ, cereri deæ frugum. ¶ Eluſis: vrbs in thera iſula ut oñdit Ptolemeus. ¶ Miſtas ſacrificantes cereri q miſte dicuntur vt ſupra vidimus. ¶ Claudit, quia ſacra erant ſecreta. ¶ Nunc quoq;: ſicut temporibus proſperis habuiſti nos comites habebis: & in aduerſis. ¶ Vbi: quando ſentẽtia bona. ¶ Tu quicunq;, digreditur a propoſito reges licet multitudinem magnam habebãt: uix vnum fidelem reperiunt in aduerſis. ¶ Centum: multa ſecundum diuerſa officia nam diuerſæ manſiones ſunt in domo regum. ¶ Erynnis, furia. ¶ Fraudes, hæc oia ſunt in aula principum. ¶ Ferrum latens, ſcilicet ad inſidias: per hoc notãt proditores. ¶ Prodire: exire. ¶ Eous: lucifer nam cum euaſerint inſidias noctis & mortem credendi ſunt naſci de nouo. ¶ Excuſſit, depoſuit audiẽdo cantue. ¶ Lapis: ſcilicet ſiſyphi potuit ſequi vatem Orpheum & relinquere ſiſyphuz. ¶ Deæ, ſcilicet parcæ ſupplẽt colos, ideſt reſtituunt ſtamina Euridicee quæ iterum reſtituitur ad ſuperos marito. ¶ Reſpicit: retro aſpicit. ¶ Immemor: ſcilicet legis date ſibi q̃ uidimus apud Ouidiũ, Sibi reddiram, ideſt reſtitutam ad vitam ¶ Sequi: quod ſequeret. ¶ Præmia vxorẽ datam: propter cantum. ¶ Periit, reuerſa

Vere peracto poneret undas.
Gracilisq; uado ſerperet æquo
Nec præcipitem uolueret amnẽ
Flauus rapido fonte Lycormas.
Nos Palladias ire per aras:
Et uirgineos celebrare choros
Nos Cadmeis orgia ferre
Tecum ſolitæ condita ciſtis.
Cum iam pulſo ſydere brumæ
Tertia ſoles euocat æſtas.
Et ſpiciferæ conceſſa deæ
Actica Myſtas claudit Eleuſis:
Nũc quoq; fatũ quodcũq; times
Fidas comites accipe fatis.
Nam rara fides: ubi iam melior
Fortuna ruit.
Tu quicũq; es, qui ſceptra tenes,
Licet omne tua uulgus in aula
Centum. pariter limina pulſet:
Cum tot populis ſtipatus eas:
In tot populis uix una fides.
Tenet auratum limen Erinnys.
Et cum magnæ patuere fores:
Intrant fraudes: cautiq; doli,
Ferrumq; latẽs. cũq; in populos
Prodire parãt: comes inuidia eſt.
Noctẽ quoties ſummouet Eos
Regem toties credite naſci.
Pauci reges non regna colunt.
Plures fulgor conuocat aule.
Cupit hic regi proximus ipſi
Clarus latas ire per urbes.
Vrit miſerum gloria pectus.
Cupit hic gazis iplere famem:
Nec tamẽ oĩs plaga gemmiferi
Sufficit Iſtri: nec tota ſitim
Lydia uincit. nec quæ zephyro
Subdita tellus: ſtupet aurato
Flumine clarum radiare tagum.
Nec ſi totus ſeruiat Hebrus,
Ruraq; diues cingat Hydaſpes.
Intraq; ſuos currere fines
Spectet toto flumine Gangem.
Auidis auidis natura parum eſt.
Colit hic reges: regnumq; lares,
Non, ut preſſo uomere ſemper
Nunquam ceſſet curuus arator.
Vel mille ſecent arua coloni,
Solas optat, quas donet, opes.
Colit hic reges, calcet ut omnes,

eſt ad inferos. ¶ Digerens, ordinans. ¶ Nulli non: ideſt omni quando negatio eſt poſtpoſita. ¶ Nectere: finire vitã, ideſt omnia eſſe mortalia. ¶ Deuictus: teſtis eſt ſentẽtia Orphei, quicquid haber ortum habet finem. ¶ Obrutis, confuſis. ¶ Dies, ſcilicet extrema veniet mundo quæ ſententia Pla. eſt. ¶ Auſtralis: Arctous ſeptentrionalis. ¶ Pauci: concludit q pauci colunt reges amore. ¶ Plures, explicat cauſam cur veniant ad aulam principum. ¶ Fulgor: ſplendor & excellentia. ¶ Proximus: amicus regi poſſit conſequi dignitates. ¶ Vrit: incidat ambitio gloriæ. ¶ Cupit: alius vadit ad diuitias habẽdae licet eius auiditatem nõ ſatiaret totum aurum mundi. ¶ Hiſtri, danubii: vbi naſcuntur gemmæ. ¶ Lydia: vbi eſt pactolus ducens arenae aureas. ¶ Zephiro qui ſpirat ab occidente: intelligit hiſpaniam vbi eſt tagus fluuiꝰ ducens auriferas arenas ſimiliter: ut ſcribit Plinius lib. iii. ¶ Hebrus: fluuius thraciæ ferene maximam fertilitatem: ſi haberet totum mundum non ſatiaretur. ¶ Hidaſpes: fluuius parthiæ. ¶ Gangem, Fluuium indiæ. ¶ Natura: quæ paucie eſt contenta: ut Sene. in epiſtolie: ſi ad naturam uixeris contentus eris: ſi ad opinionem nunquam. ¶ Colit: alios ſequitur reges non ut fugiat pauperratem: aut paret multas poſſeſſiones ſed ut largiri poſſit, & parare amicos. ¶ Calcet: ut alios opprimat fauore regis omnes. ¶ Aliosr aliquos præcipue ſibi inuiſos.

DAN. ¶ Vere peracta: nam uer imbriferum eſt & flumina eleuat immenſo aquarum tumore. ¶ Gracilis, humilie & ſuperabilis pede. ¶ Tertia æſtas: tertio quoque anno fiebant theſmophoria diſcurſu tacito. Papini. Votiuam taciti laſſamus lampada myſtæ. ¶ Noctem: quotiens ſummouet eos aurora. ¶ Tu quicunque: Nouerca virtuti proſperitas beatulis ſuis ſic applaudit vt noceat. & infœlici ſucceſſu ſic iuia fortunatis obſequitur, ut in finem pernicíem operetur. Conuiuis ſuis ab initio propinane dulcia: & cum inebriati fuerint lætale virus miſcet: hæc ſunt domeſtica bona aulas regales ſectantibus. ¶ Sitim: quæ

nunquam

nunquam expletur: & neq; ſatiatur: ut inquit Cicero in Catone in hanc ſenteñtiam cadit Iuuenal. Tibi quamuis non ſit opaci omnis arena tagi. ¶ Idaſpes aluit perſas omni fœlicitate dotatos atque percelebres. ¶ Suos: auari hic autem ex oportunitate ipſa accerrime inuehit in auaros per ecbaſim q cũ multa poſſideant tamen ſemper egent & miſere agunt: & profecto is diues nõ qui multa poſſideat ſed animũ temperantia cohibeat. Latius regnes auidum domãdo ſpiritum quam ſi libiã remotis gadibus iugas & uterq; pœnas ſeruiat vni. ¶ Colit hic reges: hos mouet profuſa & prodiga ambitio honorum ſuperſtitio ſus appetitus inter alios vnus emineat.

BER. ¶ Leuet: nulli bonum faciat. ¶ Quota morit: pauci ſunt qui perficiant curſum uitæ legitimum nam morte uiolenta pereunt. ¶ Cinthia, luna eodem die qui fuerant fœlices efficiũtur miſeri. ¶ Rarum: apud paucos. ¶ Senex: longum & durabile. ¶ Ceſpes terra gramine uirens præſtat mollius cubile pauperibus q̃ purpura regũ: & ſic Chorus commendat uitam mediocrem. ¶ Ditum: diuitum. ¶ Brutium: brutii populi Italiç ante calabriam uerſus illud mare quod ſeparat Siciliam ab Italia: fluctibus & periculis famoſum. ¶ Coro: uento. ¶ Pocula: uaſa lignea. ¶ Trepida ſine metu ueneni. ¶ Sãguis: mors quando miſcetur ſanguis cũ uino. ¶ Diſpoſito gemmis diſtincto. ¶ Dona: margaritas quæ legunt i mari rubro. ¶ Detrahit: grauat ſolebant antiquæ mulieres: ut ſcribit Iuuenalis: appendere gemmas pforatis aurib⁹. ¶ Sidonio: æneo uaſe in quo tinguntur purpura ſidon ciuitas phœniciæ ubi color purpureus inuẽtus eſt. ¶ Mollis: delicata. ¶ Secum: quare ipſe fulminat⁹ eſt & combuſtus orbis. Medium aliud exẽplum dædali & icari notiſſimũ. ¶ Tenuit: uenit cumas: ut Virg.

Perdatq; aliquos, nullumq; leuet.
Tantũ ut noceat, cupit eſſe potens.
Quota pars moritur tempore fati,
Quos felices Cynthia uidit,
Vidit miſeros abitura dies.
Rarum eſt. felix, idemq; ſenex.
Cæſpes tyrio mollior oſtro
Solet impauidos ducere ſomnos.
Aurea rumpunt tecta quietem.
Vigileſq; trahit purpura noctes.
O ſi pateant pectora ditum,
Quantos intus ſublimis agit
Fortuna metus. Brutia coro
Pulſante fretum mitior vnda eſt.
Pectora pauper ſecura gerit.
Tenet e patula pocula fago,
Sed non trepida tenet ipſa manu,
Carpit faciles uileſq; cibos.
Sed non ſtrictos reſpicit enſes.
Aurea miſcet pocula ſanguis.
Coniux módico nupta marito
Non diſpoſito clara monili,
Geſtat pelagi dona rubentis.
Nec gemiferas detrahit aures
Lapis Eoa lectus in vnda.
Nec Sidonio mollis abeno
Repetita bibit lana rubores.
Nec Mæonia diſtinguit acu,
Quæ phœbeis ſubditus Euris,
Legit Eois Ser arboribus.
Quælibet herbæ tinxere colos,
Quas indoctæ nenere manus.
Sed non dubios fouet illa toros.
Sequitur dira lampade Erinnys
Quorum populi coluere diem.
Nec ſibi felix pauper habetur,
Niſi felices cecidiſſe uidet.
Quiſquis medium defugit iter,
Stabili nunquam tramite curret,
Dum petit vnum præbere diem.
Patrioſq; puer concitat axes.
Nec per ſolitum percurrit iter,
Sed phœbeis ignota ſecat
Sydera flammis errante rota.
Secum pariter perdidit orbem.
Medium cœli cum pergit iter,
Tenuit latias Dædalus oras.
Nulliq; dedit nomina ponto.
Sed, dum uolucres uincere ueras
Icarus audet patriaſq; puer

in principio ſexti. ¶ Nulli ponto: quia non cecidit ut filius icarus in mari cui dedit nomen icarium. ¶ Veras: aues quæ naturaliter uolant.

DAN. ¶ Ceſpes Tyrio: mollius dormitur & profundius ſuper ſtramen & ceſpitem uiridem: q̃ ſuper purpureum ſtratum. ¶ Vigiles: inſomnes & amaras. ¶ Brutium fretum: ſpecies pro genere ſiculum mare intelligit iuxta Brutios in campania. ¶ Tenet & patula: ſcatulam ſagineam: maior tumultus in pectore diuitis tollitur: q̃ in mari ſiculo ſolus pauper Tranquillior. ¶ Dona: vniones & Bacchas indicas. ¶ Mœnia: lydia ubi ueſtes pingebantur acu. ¶ Phœbeis euris: uentis orientalibus: ubi ſunt ſeres qui ex arboribus ſuis colligunt ſericum. ¶ Quelibet her. non oportet tingere ueſtem pauperis præcioſo colore. ¶ Colos: q̃rte declinationis: ideſt lanã filatã a pauperibus. ¶ Fouet illa quæ eſt uxor modici uiri: nõ habet dubios thoros. ¶ Lampade mat. nam ante ſponſas fereban tur faces. ¶ Quarum: ſcilicet thoros: quarum diem ſcilicet nuptialem ſiue natalem populi coluerunt. ¶ Nec ſibi: non cognoſcit fœlicitatem ſuam pauper niſi quando uidet ruinam potentum. ¶ Defugit: qui nõ ſeruat mediocrem uiã: nunquam erit ſecurus i uita. ¶ Dum petit: probat per exemplum phætontis ¶ Puer: phœtõ. ¶ Niſi fœlices ruina potentũ eſt magnum exemplum humilitatis. ¶ Dum petit vnũ: phæthon fuit fili⁹ ſolis eodem nomine appellatus eſt abſyrtus frater medeæ: aliter eridanus dictus eſt phçthon vnde accipit nomen. ¶ Amnis rex fluuiorum: padus ab frequẽtia illi cũ dictus ẽ quas teſte Pli. galli uocant pades notiſſima apud Apollonium rhodiũ fabula phçtontis in. iiii. argonauticon. ¶ Tenuit: expertus liquidum dædalus aera pẽnis non homini datis uidit ruinã filii mediocritatis lyneam clyti.

Deſpicit alas/phœboq; uolat
Proximus ipſi/dedit ignoto
Nomina ponto.
Male penſantur magna ruinis.
Felix alius,magnuſq; uolet
Me nulla nocet turba potentem.
Stringat tenuis littora puppis.
Nec magna meos aura phaſelos
Iubeat medium ſcindere pontum.
Tranſit tutos fortuna ſinus.
Medioq; rates quærit in alto.
Quarum feriunt ſuppara nubes.
Sed quid pauido territa uultu
Qualis Baccho ſaucia Thyas
Fertur rapido regina gradu?
Quæ te rurſus fortuna rotat
Miſeranda refer, licet ipſa neges,
Vultus loquitur,quodcunq; negas

ACTVS TERTIVS.

Trimetri Iambici.

DEIANIRA. CHORVS.

Vagus per artus errat excuſſos tremor,
Erectus horret crinis impulſis adhuc
Stat terror aĩus,& cor attonitũ ſalit.
Pauidumq; trepidis palpitat uenis iecur.
Vt fractus auſtro pontus etiam nunc tumet.
Quamuis quieſcat languidis uentis dies.
Ita mens adhuc uexatur excuſſo metu.
Semel profecto premere felices deus
Cum cœpit,urget.hos habent magna exitus.
C.Quis tam impotens, o miſera te caſus rotat?
D.Vt miſſa palla eſt,tabe neſſea illata,
Thalamiſq; demens intuli greſſum meis.
Neſcio quid animus timuit/& fraudem aſtruit.
Libet experiri.ſolibus uirus ferum,
Flammiſq; neſſus ſanguinem oſtendi arguit.
Hic ipſe fraudes eſſe præmonuit deus.
Et forte nulla nube reſperſus iubar
Laxabat ardens feruidum Titan diem.
Vix ora ſolui patitur etiam nunc timor,
Medios in ignes ſolis,& claram facem
Quo tincta fuerat,palla,ueſtiſq; illita,
Abiectus horret ſanguis,& phœbi coma
Tepefactus ardet/uix queo monſtrum eloqui.
Niues ut eurus ſoluit,aut tepidus notus.
Quas uere primo lubricus perdit Mimas.
Vtq; euolutos frangit Ionio ſalo
Oppoſita fluctus Leucas,& lapſus tumor
In littore ipſo ſpumat,aut cœleſtibus
Aſperſa tepidis thura laxantur focis.

BER. ¶Ignoto:quia antea pars illa maris non erat nota. ¶Male: præclara ſententia nõ eſt bona compenſatio:ut uelis ire altius ut poſtea cadas. ¶Penſant:ↄpẽſant̃ tractũ a bilãce. ¶Magna:res magnæ. ¶Alius: dicit Chorus quærant alii alium ſtatum uolo mediocrem. ¶Potentum:nullus rex uocat me. ¶Stringat: utitur metaphora ſumpta a nautis habeo paruã cymbam & ſecur⁹ ibo circa littora ꝛ qui habent magnas naues uadant in altum ubi ſunt multa pic̃ula. ¶Trãſit: nõ nocet illi qui eſt iuxta portum. ¶Sinus:portus. ¶Quærit:ſcilicet fortuna ut perdat i medio mari. ¶Quarum: ſcilicet ratium. ¶Supera:uela quæ habẽt uela ita antmala ut tangãt nubes. ¶Sed quid ueniebat deianira attonita. ¶Thias ſautia: ſacerdos bacchi concitata furore. ¶Refer:dic nobis regina q caſus te agitat. ¶Vultus:ex quo pturbatio animi cognoſcitur.

BER. Vagus:Hic eſt tertius act⁹ in quo continetur dolor deianiræ: nam facto ſacrifitio ueneri incidit ipſa ſuſpitio ꝙ nex⁹ dixerat ne oſtenderet ſanguinem ſoli: vnde ipſa uolens experiri quid id eſſet ſanguinem protulit in ſolem & ſtatim cœpit ebulire & emittere flammas igneas: vnde tunc præcipiens illud eſſe uenenum reddit dolẽs, iterrogaturq; a choro cur ita pallida ſit ꝛ ipſa autem reſpondet. ¶Vagus: currens per omnia membra. ¶Excuſſos: conquaſſatos ¶Horret:erigitur. ¶Salit:tremit. ¶Vt.f.dat comparationem de tempeſtate maris ꝙ licet uẽti ceſſent: tamen non ceſſat motus & eſtus ſubito. ¶Niues:quẽadmodum tempore ueris flante euro ſoluuntur niues ita liquefactus eſt ille ſanguis aſpectu ſolis ¶Lubricus: ſolubilis. ¶Vtq: alia comparatio. ¶Leucas,inſula teſte Pomponio iuxta epirum habens montem altiſſimũ. ¶Salo:mari. ¶Aut:alia comparatio ſicut thura laxantur.i.diſſoluunt̃ poſita in igne.

DAN. ¶Nomina ponto: icario qui eſt inter cretam & ſiciliam de quo meminit Naſo in ludrico amatorio: & Ora.in prima ode. ¶Male penſantur:ſatius eſt foelicem nõ habere fortunam ꝙ ab eius flagitio ruere. ¶Nec magna: metaplaſmus de humili & ſublimi fortuna ad anguſtum & capax nauigium.

DAN. Vagus: conſumptus eſt hercules tabiſico incendio & i apotheoſim relat⁹ deianira certiora facti nõ dubitat mori, actus tertius carmẽ.v.iãbicũ trime. cõploratio deianirę & chori trachiaæ. ¶Vagus:tota exhorreo & itremiſco ſtãt comę & cor meũ iudicęe facit. ¶Excuſſa : conquaſſata. ¶Languidis:deficientibus. ¶Semel,quando dii incipiunt mutare fortunã alicui nõ ſunt contenti vno malo:ſed plura addunt miſeris. ¶Dolebam : nuper de iole nunc mihi accedit alia calamitas. ¶Premere grauare. ¶Vrget:non ceſſat. ¶Hos exitus: ſcilicet ut ueniant ad calamitates ¶Impotens: ſcilicet in malum crudelis. ¶Rotat,uerſat. ¶Vt poſtꝙ rñdet Deianira. ¶Timuit:cœpit ſuſpicare malũ. ¶Aſtruit:affirmat ipſum eẽ uenenum. ¶Arguit:ꝓbat. ¶Hic in hoc uerbo qd̃ ille prohibebat ſanguinem oſtẽdi ſoli. ¶Laxabat: dilatabat ſuũ calorẽ. ¶Vix : uix poſſum dicere ꝙ uidi. ¶Arguit: non erant patefacienda in lucem nocturna ueneficia quoniam amiſiſſent uim ueneni. ¶Et phœbi comã cum illuceſceret uiſa eſt ſolis coma in ardere ui maxima ueneni. ¶Leucas:ſinus ambraciæ cuius præcipitium in mare ſaluberrimum eſt amantibus:hũc ſinum adnauigaret ſemidei e colchis redeuntes: ut meminit apolloni⁹. ¶Lapſus:cerebro aquarum impulſu. ¶Cœleſtibus i cultũ deorũ extructis. ¶Laxãtur : liqueſcunt & ſoluunt.

¶Omne:

Sic languet omne uirus/& perdit comam.
Dumq; ipſa miror, cauſa mirandi perit.
Quin ipſa tellus ſpumeos motus agit.
Et, quidquid illa tabe contactum eſt, labat.
Tumenſq; tacita ſequitur/& quaſſat caput.
Natum pauentem cerno, & ardenti pede
Greſſus ferentem/prome quid portes noui.

Trimetri Iambici.

HYLLVS. DEIANIRA. NVTRIX.

PRofuge, quære ſiquid ulterius patet
Terris, freto, ſyderibus, oceano, iſ[tis],
Vltra labores mater alcide fuge.
D. Neſcio qđ neſcio aius grande pſa/
Effare qs me caſus inſontē premat. (git malū
H. Decus illud orbis, atq; præſidium vnicum,
Quem fata terris in locum dederant iouis
O mater obiit. membra, & herculeos toros
Vrit lues neſſea, qui domuit feras,
Ille ille uictor uincitur: mœret, dolet.
Quid quæris ultra? De. Miſerias properāt ſuas
Audire miſeri/fare: quo poſita in ſtatu
Iam noſtra domus eſt: o lares: miſeri lares.
Nunc uidua: nunc expulſa: nunc feror obruta.
H. Non ſola mœres. Hercules toro iacet
Mundo gemendus. fata ne mater tua
Priuata credas: iam genus totum obſtrepit.
Hunc: heiulatu quem gemis: cuncti gemunt.
Commune terris omnibus pateris malum.
Luctum occupaſti prima. non ſola hercule
Miſeranda mœres. De. quā prope a leto tamē
Ede: ede: quæſo iaceat alcides meus.
H. Mors refugit illum: uicta quæ in regno ſuo
Semel eſt/nec audent fata tam uaſtum nefas
Amittere: ipſa forſitan trepida colos
Clotho manu proiecit/& fatum herculis
Timet peragere/pro diem infandum: diem,
Hoc ne ille ſummo magnus alcides iit
Ad fata: & vmbras: atq; peiorem polum?
D. Procedere illum dicis? an poſſum prior
Mortem occupare? fare: ſi nondum occidit.
H. Euboica tellus uertice immenſo tumens
Pulſatur omni parte. Phryxeum mare
Scindit Caphareus/ſeruit hoc auſtro latus.
At qua niuoſi patitur aquilonis minas.
Euripus vndas flectit inſtabiles uagus.
Septem curſus flectit: & totidem refert.
Dum laſſa Titan mergat oceano iuga
Hic rupe celſa, nulla quam nubes ferit:
Annoſa fulgent templa Cenæi Iouis.
Vt ſtetit ad aras omne uotiuum pecus:

BER. COmme uir⁹: ille ſanguis conſumit. ⸿ Comam quantum traxerat: quia iam deficiebat materia. ⸿ Cauſa, ipſe ſanguinis: dum miror hoc monſtrum: ſtatim euanuit. ⸿ Quin: immo terra ubi erat poſitum uenenum uidebatur feruere & mori. ⸿ Spumeos cum quadam ſpuma. ⸿ Labat: mouetur ⸿ Timens dum ita loqueretur uidet uenientem nutricem & hilum filium qui iuerat quæſitum patrem Herculem. ⸿ Quaſſat: ſicut dolore affecta. ⸿ Ardenti: feſtino & ſic dat locum ſequenti ſcene. ⸿ Prome: narra fili.

BER. PRofuge. Reſpondet filius monens matrē: ut fugiat ut poſſit eſſe tuta a furore Herculis: tibi petendus eſt locus aliquis ultra illa ubi fuit Hercules: ſi uis euadere. ⸿ Iuſontem, ſine culpa. ⸿ Decus, Hercules appoſitiue. ⸿ Locū Iouis: ut liberaret homines a malis. ⸿ Properant: nam ſemper extremam miſeriam ſuam uolunt ſcire. ⸿ Vidua: intellexit Herculem eſſe mortuum: unde dicit putabam me eſſe uiduā propter iolem ſed nunc uideor uidua & uere expulſa. ⸿ Euboica: hylus deſcribit feriem rei & locum: ubi hercules uolebat facere ſacrificium. ⸿ Euboica: inſula euboiæ. ⸿ Pulſatur: ſcilicet a mari. ⸿ Tumens: eleuata ubi eſt caphareus promontorium. ⸿ Phryxeum: dicitur etiam helleſpontum. ⸿ Auſtro ſubiectum eſt meridiei: & uerſus ſeptentrionem habet Euripum mare anguſtum quod ſeparat illam a terra continua: & per ſeptem horas creſcit, & per ſeptem decreſcit: unde dicit inſtabiles vndas: quia teſte Pōponio libro quarto. Alterno curſu ſepties in die rotidem in nocte refertur: eſt enim Euripus inter Boetiam & Euboiam. ⸿ Hæc: in hoc loco eſt promontorium ubi erant templa iouis cenæi dicti a loco ubi erat. ⸿ Vt ſtetit: poſtquam uenit Hercu. ad aras ut ſacrificaret depoſuit habitus ſuos.

DAN. PRofuge: ex innata pietate filius cōcitatiſſimo eiulatu hortatur matrē ad fugam Hylus Herculis ex deianira fili⁹. ⸿ Grāde: uitabile horrendum. ⸿ Priuata pertinentia tibi ſoli: nam totus Mundus obſtrepit: ideſt conqueritur. ⸿ Quam prope: interrogat filium quantum hercules ſit prope mortem: reſpondet filius ꝙ mors uidetur eum fugere: Nec fata uidentur uelle perimere eum qui fuerit ſalus mundi. ⸿ Semel: quando Hercules fuit apud inferos ubi eſt locus mortis. ⸿ Colos: de qbus trahūt fila. ⸿ Peragere fatum: rumpere uitam Herculis. ⸿ Hoc: ſcilicet die. ⸿ Summo ultimo: erit ne hic dies quod moriatur Hercules: & ꝙ dicatur Hercules iuiſſe ad inferos. ⸿ Erit: ſcilicet Hercules aliter in erit. ⸿ Peiorem: ubi ſunt inferi. ⸿ Precedere: dic fili ſi nondum mortuus eſt pater quia illum uolo prędicere in morte. ⸿ Hercules toto: uir præſtās fama & factis: ubi moritur omnibus lachrymaſcit. ⸿ Quam prope a lecto, ubi iacet uir ⸿ Mors refugit: mors terribilis eſt his quorum laus emori nō poteſt. ⸿ Clotho: quę vna e lanificis ſororibus gerit colum a Martiano capella liberaria appellatur ſuperorum: quia ſententias Iouis ſtudio ueritatis excipiat ſententia: aut hic louis fuit ne ſcriberet uitam filii in morticinio pugillari: ſed tantum illum nomine parētis ad aulā. ⸿ Cœleſtem excitaret quam præclare geſtis: iam tādem meritus fuerat. ⸿ Summo: ultimo & nouiſſimo die. ⸿ Euboica tellus: ioui grates deſcriptio loci & templi i quo ſacrificaturus hercules combuſtus eſt caphareus: imminet helleſponto ad radices cui⁹ argiua claſſis ualde laborauit.

BER.

❡Laxauit: liberauit pondere. ❡Succendit: inductus: ueſte quã miſeras iuit ad aras concipiens preces. ❡Has: meſſes. ❡Thura: cynamum & alia odoramẽta. ❡Depone: non opus amplius ut mittas fulmen quare omnes Tyrannos & monſtra ſuperaui. ❡Gemitus: dum p̃ces ita cõciperet: cœpit ſubito igemiſcere. ❡Ipſo: ſcilicet hercule. ❡Qualis: bona comparatio erat: quemadmodum Taurus vulneratus ante aras qui impræſſa: ideſt in fixa ſecuri aufugit mugiẽs. ❡Mundo cœlo ille gemitus erat: quemadmodum fragor fulminis. ❡Reſiſtentes: fugiebant omnes uidentes Herculis impetum vnde eos moneret ut reſiſtant: quia non agitatur furore: ut prius: ſed grauiore malo. ❡In me: furebam in alios: nunc place ſæuire in me. ❡Non poſſe: ſcilicet exuere. ❡Palla: quia habebat partem corporis ad herentem. ❡Immiſcet: trahendo ueſtem: trahebat: & pellem. ❡In medio: ignorabat cauſam ſed tamen erat vna cauſa ueneuum. ❡Sufficiens non poterat ſufficere tanto dolori.

Totumq; tantis gemuit armentis nemus,
Spolium Leonis ſordidum tabo exuit.
Poſuitq; clauæ pondus, & pharetra grauis
Laxauit humeros, ueſte tunc fulgens tua
Cana reuinctus populo horrentem comam
Succendit aràs/accipe has inquit, focis
Non falſe meſſes genitor/& largo ſacer
Splendeſcat ignis thure/ quod Phœbum colens
Diues ſabæis colligit truncis arabs.
Pacata tellus, inquit, & cœlum, & freta,
Feris ſubactis omnibus uictor redii.
Depone fulmen. gemitus in medias preces
Stupente & ipſo, cecidit. hic cœlum horrido
Clamore complet. qualis impreſſa fugax
Taurus bipenni vulnus, & telum ferens
Delubra uaſto trepida mugitu replet.
Aut quale mundo fulmen emiſſum tonat.
Sic ille gemitus ſydera, & pontum ferit.
Et uaſta Calpe ſonuit/& uoces Cyclas
Excepit omneis. Hinc petræ Capharides,
Hinc omne uoces reddit Herculeas nemus.
Flentem uidemus. vulgus antiquam putat
Rabiem rediſſe tunc fugam famuli petunt.
At ille vultus ignea torquens face
Vnum inter omnes quærit, & ſequitur Lycam.
Complexus aras ille tremebunda manu
Mortem metu conſumpſit/& parum ſui
Pœnæ reliquit/dumq; tremebundum manu
Tenuit cadauer hac manu, inquit, te feram.
O fata uictus Herculem perimit Lycas.
Ecce alia clades/Hercules perimit Lycam.
Fata inquinantur/flet hic ſummus labor.
In aſtra miſſus fertur, & nubes uago
Spargit cruore/talis in cœlum exilit
Arundo Getica uiſa dimitti manu.
Aut quam Cydon excuſſit: inferius tamen
Fugiente trunco corpus in pontum cadit,
In ſaxa ceruix: funus ambobus iacet.
Reſiſtite: inquit: non furor mentem abſtulit.
Furore grauius iſtud: atq; ira malum eſt.
In me iuuat ſæuire/uix peſtem indicat.
Et ſæuit/artus ipſe dilacerat ſuos.
Et membra uaſta carpit auellens manu.
Exuere amictus quærit/hoc ſolum Herculem
Non poſſe uidi. trahere conatus tamen:
Et membra traxit. corporis palla horridi
Pars eſt/& ipſa ueſtis immiſcet cutem.
Nec cauſa diræ cladis in medio patet.
Sed cauſa tamen eſt: uixq; ſufficiens malo.
Nunc ore terram languidus prono ferit.

DAN.

❡Cana populo: redimitus populnea corona Herculis petiit loca iferoru m frondes pro para externa liuorem contraxerunt. quę uero cutem præſſit præ ſudore incanuit. ❡Calpæ. mons eſt ad ultimas partes hyſpaniæ uerſus oceanum. ❡Cyclas: cyclades inſulæ ſunt in mari ægeo. ❡Capharides: caphareí promontorii de quo diximus. ❡Reddit: ſcilicet reſonando. ❡Flentem: Herculem quaſi cum indignatione ſit prolatum. ❡Vulgus: illi qui circunſtabant credebant ipſum rediſſe in priſtinum furorem ❡Illet lycas. ❡Metu: quaſi mortuus ẽ ex metu. ❡Parum: nam quaſi erat mortuus quando Hercules comprehendit eum. ❡Pœnæ: ad pœnam. ❡Cadauer: lycã mortuum quaſi. ❡Feram, nam portabat eleuatum. ❡Peremit lycam: quaſi de decus eſt occidere uiliſſimum ſeruum. ❡Summus: extremus ponetur in laboribus Herculis. ❡Talis: comparatio. ❡Excuſſit: emiſit. ❡Cydon: populus crethæ. ❡Inferius: fuit tãtus impetus emiſſionis: ut caput ſit auulſum a corpore. ❡Inferius: inferior pars corporis. ❡Calpe: mons ad fretum Gaditanum illuc peruenit hercules & poſuit ibi columnas quaſi terminos laboris & expeditionis ſimilius Herculeæ calpes celatus gorgone parmam.

❡Famularis:

BER. ¶ Famularis: famulorum multitudo. ¶ Pares: ita fortes ſicut ipſe qui a nullo poterat ſuperari nunc retinetur a nobis. ¶ Nunc puppi: iam poſuerunt eum in cimba: ut reportarent ab Eubola in Boetiam. ¶ Auſter: ſolebat Hercules fortis ubiqꝫ pondus ferre: ut etiam naues non eſſent capaces ipſius nunc leua uento fertur. ¶ Quid ceſſas: deliberet Deianira mori poſt herculem. ¶ Natum, Herculem. ¶ Reddendus: oporteret eum reddere toti mundo: ſed nō poſſum. ¶ Exhibe: ad ſeipſam loquitur: quaſi dicat da pœnas toti mundo. ¶ Tā leuis: mutat propoſitum ꝙ deliberauerat mori manu: propria. ¶ Socer, Iuppiter fulmine me. ¶ Cremaſſes: combuſſes. ¶ Nouerca: fui peior quam nouerca Iuno quæ non potuit Herculem interficere. ¶ Feri: percute me inſolitam peſtem: & malum peius nouerca. ¶ Errantem: neſcientem regere Currus paternos. ¶ Populos: qui tuti erant uiuente Hercule. ¶ Quid rogas: mutat conſilium iterum. ¶ Socero: Ioui ut habeat hunc laborem. ¶ Coniugem: debeo me oſtendere coniugem Herculis ut ſim fortis ut fuit maritus. ¶ Hoc: interrogatiue poſſum me occidere. ¶ Occupa: accipe. ¶ Cur demum: reprehendit etiam iſtud quia debet ſe præcipitare. ¶ Quicquid: ſcilicet quod poteſt facere mortem. ¶ Etherea ſublimi: præcipitabor de alta rupe. ¶ Oethea: ſcilicet rupes montis Oethe in Theſſalia. ¶ Renatum: a cacumine cuius apparet dies quādo naſcitur. ¶ Mei: de me. ¶ Pendeant: ſtent ſuſpēſe ad aliquod ſaxum. ¶ Rubeat: ſanguine meo. ¶ Leuis vna: alia deliberatio: nam te millies mori opportet quod tanto ſceleri non ſatis eſt vna mors. ¶ Extendi: produci in longum ut diutius det pœnas. ¶ Incubes: te inicias. ¶ Thalamis: utinam haberem enſem herculis quo me ferirem. ¶ Vna: reuoca hanc deliberationē: & om-

Nunc poſcit vndas/vnda non uincit malum.
Et nota quætit littora/& pontum occupat.
Famularis illum retinet errantem manus.
O ſortem acerbam/fuimus Alcidæ pares.
Nunc puppis illum littore Euboico refert.
Auſterqꝫ lenis pondus Herculeum rapit.
Deſtituit animus membra / nox oculos premit.
D. Quid anime ceſſas? quid ſtupes factū ſcelus?
Natum repoſcit Iuppiter, Iuno æmulum.
Reddendus orbi eſt, quod poteſt reddi exhibe.
Eat per artus enſis exactus meos.
Sic ſic agendum eſt? tam leuis pœnas manus
Tantas repoſcit? tolle fulminibus ſocer
Nurum ſceleſtam, nec leui telo manus
Armetur/illud fulmen exiliat polo.
Quo, ni fuiſſet genitus alcides tibi,
Hydram cremaſſes, peſtem ut inſolitam feri.
Et tu nouerca peius irata malum,
Emitte telum, quale in errantem prius
Phaetonta miſſum eſt, perdidi erepto Hercule
Et ipſa populos. quid rogas telum deos?
Iam parce ſocero, coniugem alcidæ necem
Optare pudeat/hoc erit uotum manus.
A me petatur/occupa ferrum ocyus
Cur? deme ferrum/quidquid in mortem trahi,
Telum eſt abunde, ruppe ab æthetia ferar.
Hæc, hæc renatum prima quæ poſcit diem.
Oeta eligatur/corpus hinc mitti placet.
Abrupta cautes ſcindat, & partem mei
Ferat omne ſaxum/pendeant laceræ manus.
Totumqꝫ rubeat aſperi montis latus.
Leuis vna mors eſt, leuis/at extendi poteſt.
Eligere neſcis anime, cui telo incubes.
Vtinam eſſet utinam fixus in thalamis meis
Herculeus enſis. hoc decet ferto immori.
Vna perire dextera nobis ſat eſt?
Coite gentes, ſaxa, & incenſas faces
Iaculetur orbis/nulla nunc ceſſet manus.
Corripite tela, uindicem ueſtrum abſtuli.
Impune ſæui ſceptra iam reges gerent.
Impune iam naſcetur indomitum malum.
Reddentur aræ cernere aſſuetæ hoſtiam
Similem colenti, ſceleribus feci uiam.
Ego uos Tyrannis, regibus, monſtris, feris,
Sæuiſqꝫ rapto uindice oppoſui deis.
Ceſſas tonantis ſocia? non ſpargis facem
Imitata fratrem: & mittis ereptam Ioui?
Meqꝫ ipſa perdis? laus tibi erepta inclyta eſt:
Ingens triumphus. æmuli Iuno tui
Mortē occupaui. Nu. qd domū īpulſam trahis?

nes gentes uocat: ut in illem coniiciant ſaxa & faces. ¶ Coite: congregate uos. ¶ Iaculetur: iaciat. ¶ Vindicem: liberatorem herculem. ¶ Impune: quia non erit Hercules qui tollet eos. ¶ Reddentur are: intelligit Buſiridem ſolitum ſacrificare homines: iam naſcentur ſæui Tyrāni: cum nullus erit Hercules. ¶ Feci uiam: ut uenirent ſcelera i mūdo. ¶ Rapto: occiſo Hercule. ¶ Facem: incendium fulminis: iace in me fulmen quia eripui tibi gloriam tuam occidendo Herculem. ¶ Ereptam: quia ſoli Ioui datur fulmen ſed eripe ab eo illud ut me perimas. ¶ Occupaui: perueni: nam tu illum perdere cupiebas: ut hanc gloriā haberes. ¶ Impulſam: quaſi ad ruinam culpa non eſt tua cum factum ſit per ignorantiā.

DAN. ¶ Quid anime: accingit: ſed ad necem Deianira Nutrix conatur a necis propoſito auertere & dolorem leniſſimo affatu compeſcere ſatagit. ¶ Quid ceſſas: uindicare quod feciſti ſcelus. ¶ Quid ſtupes: quod temere perpetraſti. ¶ Repoſcit te Herculem ſuum Iuppiter quem peremiſti. ¶ Iuno æmulum: mandatorū Iuno precante Ioue lectum conſcendit Herculeum ueſtibus tectum perinde ac pareret emiſit id quod barbari ſeruant ubi adoptant aliquem in filium Heben: quoqꝫ filiam uxorem dedit: & iter deorum cœtum connumerandum probauit: quo facto res diuina peracta eſt obnute quod oppidum eſt Boetiæ Herculi tauro, Capro. ¶ Ariete: ſacrificii autorem Mœnecium Auctoris filium. ¶ Vna perire dextra: interrogatiue, ut reſpondeas non. ¶ Cogite: concurrite omnes mortales & me vnā telis ſaxis: facibus petite fodite diſtrahite ne ulla pars ſit ſuperſtes mei: Digna quā fulminet Iuppiter aut Iuno ſurrepto clam Ioui fulmine.

BER. ℂQuicunq; : ſi quis peccauit per ignorantiam : & poſtea cognouit errorem debet ferre penitẽtiam : ne uideatur deliquiſſe libenter. ⁋ Morte : ut mors ſit penitentia. ⁋ Nocens : uideri ſi interfeceris te uidebitur ꝙ peccaueris. ⁋ Deceptos : qui peccauerunt per errorem. ⁋ Titana : ſolem uis hoc modo fugere lucẽ. ⁋ Fugit me : ſcilicet ſceleratam. ⁋ Supereſt : adhuc uiuit. ⁋ Vinci : quãdo hercules potuit uinci & retineri a famulis, credentem eſt illum incepiſſe mori. ⁋ Autumas : exiſtimas ꝙ uenenum ſerpentis mortue illi nocet quam uiuam interemit. ⁋ Viuum malum : hydram. ⁋ Infixo quanuis eſſet morſus ab ea : tamen illam ſuffocauit. ⁋ Obrutus : figurate : habens membra obruta ueneno. ⁋ Opprimet : quaſi dicat non. ⁋ Manus : ſcilicet neſſi uiuentis. ⁋ Fruſtra : nõ opus eſt ꝙ plura mihi perſuadeas : nã ſtatui mori. ⁋ Vixit : ſatis fecit uitæ qui habuit de hercule uictoriam vnde mihi non curanda mors eſt. ⁋ Læſi : furore. ⁋ Diſſuadet : quia mors liberat miſeros pœnis. ⁋ Interim : aliquando ponitur pro interdum ut ibi. ⁋ Donum aliquando uita eſt donum : aliquando malum. ⁋ In pluribus : in maiori parte ergo tu uiue & habebis ueniam i expecta maritum & excuſate. ⁋ Sciat : ſcilicet Hercules. ⁋ Fraudis : ſcilicet neſſi qui te decipit. ⁋ Nuptę : tui. ⁋ Illic : apud inferos. ⁋ Ream : ſcilicet me.

AN. Quicunq; non ſponte eſt nocens : ac ſi dicat non ſpõte occidiſti Hercul. ergo abſoluendam terror facit. ⁋ Q uecunq; natum : putat gen⁹ ſepulture filii quãdo pater eius mortuus ſit. ⁋ Prægredi : antecedere. ⁋ Arguis uideris probare te ſponte peccaſſe. ⁋ Non dextra : cum factum fuerit per ignorantiam. ⁋ Facta quis : quis eſt qui uelit eſſe iudex mali ſui. ⁋ Quicunque : ſcilicet ille damnat qui uult fugere iniquitatem fatorum. ⁋ Ipſe Hercules probat exemplo ma-

Erroris iſtuc omne quodcunq; eſt nefas.
Haud eſt nocens, quicunq; nõ ſpõte eſt nocens.
D. Q uicunq; facto ignoſcit, & parcit ſibi,
Errare meruit/morte damnari placet.
N. Nocens uideri qui petit, mortem cupit.
D. Mors innocentes ſola deceptos facit.
N. Titana fugies? De. ipſe me titan fugit.
N. Vitã relinques miſera? De. at alcidẽ ſequar.
N. Supereſt/& auras ille cœleſtes trahit.
D. Vinci Hercules cũ potuit, hinc cœpit mori.
N. Natum relinques? fataq; abrumpes tua?
D. Q uæcunq; natum ſepelit, hæc uixit diu.
N. Virum ſequeris? De. prægredi caſtæ ſolent.
N. Si te ipſa damnas/ſcelere te miſera arguis.
D. Nemo nocens ſibi ipſe pœnas irrogat.
N. Multis remiſſa eſt uita, quoꝝ error nocens:
Non dextra fuerat facta quis damnat ſua?
D. Q uicunq; fata iniqua ſortitus fugit.
N. Hic ipſe Megaram nempe confixam ſuis
Strauit ſagittis, atq; natorum indolem,
Lernæa flectens tela furibunda manu
Ter paricida factus/ignouit tamen
Sibi. nam furoris fonte Cynipheo ſcelus
Sub axe Libyco terſit/& dextram abluit.
Q uo miſera pergis? quid tuas damnas manus?
D. Damnat meas deuictus Alcides manus.
Fraudem placet punire. Nu. ſi noui Herculem,
Aderit cruenti forſitan uictor mali.
Dolorq; fractus cedet Alcidæ tuo.
D. Exedit artus uirus, ut fama eſt Hydræ,
Immenſa peſtis coniugis membra abſtulit.
N. Serpentis illud uirus enectæ autumas
Haud poſſe uinci qui malum & uiuum tulit?
Eliſit Hydram, dente cum infixo ſtetit
Media palude uictor, effuſo obrutus
Artus ueneno. ſanguis hunc neſſi opprimet?
Q ui uicit ipſas horridi neſſi manus?
D. Fruſtra tenetur ille, qui ſtatuit mori.
Proinde lucem fugere decretum eſt mihi.
Vixit ſatis: quicunq; cum alcide occidit.
N. Per has aniles ecce te ſupplex comas
Atq; ubera iſta pene materna obſecro.
Depone tumidas pectoris læſi minas.
Mortiſq; diræ expelle decretum horridum.
D. Q uicunq; miſero forte diſſuadet mori.
Crudelis ille eſt/interim pœna eſt mori.
N. Sed ſæpe donum in pluribus ueniæ fuit:
Defende ſaltem dexteram infelix tuam.
Fraudiſq; facinus eſſe non nuptæ ſcias.
D. Defendar illic: inferi ſoluent ream.

ritis : ꝙ factum per ignorantiam excuſabile ſit, ille uxorem & filios tali caſu perdidit. ⁋ Ter : quia megeram & duos filios interfecerat : tamen ignouit ſibi : ideſt non ſe interfecit : ſed iuit in lybiam ubi in flumine Cyniphio ſe expiauit. ⁋ Cyniphis fluuius eſt garamãtum teſte Herodoto libro quarto. ⁋ Nã ut ait a Charitone collis profluit : & in libicum mare iter duas ſyrtes cadit paſcitque hyrcos maximos qui ab illo cyniphei dicuntur : ut Virgilius libro tertio Georgi. Cyniphei tondent hirci ſetaſq; comantes. ⁋ Victor : Hercules forte nõ peribit hoc malo euadet quemdmodũ ab aliis periculis. ⁋ Cruenti : crudelis ueneni. ⁋ Fractus : ſuperatus. ⁋ Cedet : ſuperabitur ab Hercule. ⁋ Exedit : reſpondet Deianira non eſſe poſſibile ꝙ euadet : cum iam conſumpt⁹ ſit ueneno lerneo. ⁋ Immenſa : indomita. ⁋ Autumas : affirmas. Plautus niſi hoc ita factum eſt perinde ut factum eſt autumo non cauſam dico cum quin ſimiles probri compoſitum uerbum ea ratiõe qua æſtimo, ex ab & timo autumo, ut placet nigido. ⁋ Exedit artus uirus : adeo pręſentaneum fuit hydræ lernæ malum ut non modo cuiuis animanti : ſed etiam ipſiis ſerpentibus nocere potuit ut affirmat Apollonius rhodius in quarto : ladona ſerpentum heſperidum mala ſeruantem cõfoſſum ſagittis lerneis illico expiraſſe & cadauer ei⁹ ſtigmoſum fere totam regionem fœtore uulnerum contaminaſſe : quod muſcę etiam diligentes moriebãtur εκδε λιποντωνδε ρος δ'έρυαι ιος χολον ασματι πικρονιοις τον μεναι ιπιδο μενοισι εφελκεας τιτερος αινοντος & cætera. ⁋ Horridũ : aſcitum manupropria lœtum horridum eſt. ⁋ Interim : eis qui timide moriuntur interim pœna eſt mori.

ℂManu. ſ.

HER.

¶ Manus .ſ. meas. ¶ Lethe: fluuii infernalis. ¶ Immemor: cuius aqua parit obliuionem. ¶ Triſtis: anima mea propter cædē herculis. ¶ Nigrantis: infernalis. ¶ Para: mihi. ¶ Error meus. ¶ Syſiphea. pone me loco ſyſiphi: aut tantali. ¶ Latex uagus: aqua ſurgens modo deficiēs tantalo. ¶ Rota: caſus uocatiui. ¶ Turbinibus: reuolutionibus. ¶ Regem Teſſalum: Ixionem intelligit. ¶ Vna danais: hypermeſtra quæ maritum ſeruauit. ¶ Explebo: complebo numerum quinquaginta: harum hiſtoriam & pœnas diximus in prima tragœdia. ¶ Laxate: petit ut aperiant inferos: ut poſſit ingredi: phaſiaca coniunx, Medea colchica. ¶ Peior hæc .ſ. manus mea. ¶ Mater: quia occidiſti filios. ¶ Soror abſyrtum fratrē occidiſti. ¶ Thraitia coniunx: prognæ quæ Ithim occidiſti. ¶ Altea mater meleagri: quæ filiū ipſum occidiſti. ¶ Natam tuam: hñtes mores tuos. ¶ Quid tantum: dixi uos ſceleratas ſed ſcelus meum eſt maius: quia occidiſti Herculem ſalutem mundi. ¶ Elyſium: campus eſt ubi piorum animæ accipiuntur ſi eſt aliq̄ in iſtis ſcelerata, illa me recipiat & cognoſcat ſcelus ſuum per meū. ¶ Caſtę facis matrimonii. ¶ Bellias: neptis belli patris danai patronomicum abuſiue formatum per additionem. ¶ Cōiugum turbam: nam quinquaginta fuerūt minus: vna quæ maritos ſuos prima nocte interfecerunt: ut diximus. ¶ Inuictæ: uertit ſermonem ad Herculem abſentem oſtendens innocentiam ſuam: licet peregit dirum facinus:

A me ipſa damnor, purget has pluto manus.
Stabo ante ripas immemor Lethe tuas.
Et vmbra triſtis coniugem excipiam meum,
Sed tu, nigrantis regna qui torques poli,
Para laborem, ſcelera, quæ quiſq; auſus eſt.
Hic uicit error. Iuno non auſa Herculem eſt
Eripere terris, horridam pœnam para.
Siſyphia ceruix ceſſet, & noſtros lapis
Impellat humeros, me uagus fugiat latex.
Meamq; fallax vnda decipiat ſitim.
Merui manus præbere turbinibus tuis,
Quæcunq; regem Theſſalum torques rota.
Effodiat auidus hinc, & hinc vultur fibras.
Vacet vna Danais, has ego explebo uices.
Laxate manes, recipe me comitem tui
Phaſiaca coniux, peior hæc, peior tua
Vtraq; dextra eſt, ſcelere ſeu mater nocens,
Seu dira ſoror eſt, adde me comitem tuis
Threicia coniux ſceleribus. natam tuam
Althæa mater recipe nunc ueram tuam
Agnoſce prolem. quid tamen tantum manus
Veſtræ abſtulerunt? claudite Elyſium mihi,
Quæcunq; fidæ coniuges nemoris ſacri
Lucos tenetis. ſiqua reſperſit manus
Viri cruore, nec memor caſtæ facis
Stricto cruenta Belias ferro ſtetit.
In me ſuas cognoſcat, & laudet manus
In hanc abire coniugum turba libet.
Sed & illa fugiet turba tam diras manus,
Inuicte coniux, innocens animus mihi.
Sceleſta manus eſt pro nimis mens credula,
Pro Neſſe fallax, nanq; ſemiferi dolis
Auferre cupiens pellici: eripui mihi.
Recede Titan tuq; quæ blanda tenes
In luce miſeros: uita caritura Hercule
Lux uilis iſta eſt, exigam pœnas tibi.
Reddamq; uitam: fata ne extendam mea?
Mortemq; coniux in tuas ſeruem manus?
Virtus ne ſupereſt aliqua. Sarmatica & manus
Intendere arcum tela miſſurum ualet?
Nun arma ceſſant? teq; languenti manu
Nun audit arcus? ſi poteſt telum dare
Animoſa coniux: dexteram expecto tuam.
Mors differatur, frange ut in ſontem Lycam:
Alias in urbes ſparge, & ignotum tibi
Emitte in orbem perde ut arcadiæ nefas.
Et quidquid aliud reſtitit: ab illis tamen
Coniux rediſti. Hyl. parce iam mater precor.
Ignoſce fatis: error a culpa uacat.
D. Si uera pietas Hylle: quærenda eſt tibi.

omnemq; culpam in neſſum reiicit. ¶ Semiferi: neſſi centauri. ¶ Pellici: iole eripui te mihi. ¶ Titan: deliberat mori: uel is ingrata. ¶ Exigam: dabo. ¶ Tibi: ad commodum tuum. ¶ Reddam: quando morimur reddimus uitam quā accipimus. ¶ Extendo: differo: interrogatiue. ¶ In tuas: manus: ut ueniam & moriar per manus tuas. ¶ Virtus: interrogatiue ut poſſis me occidere. ¶ Sarmatica: ſarmatæ populi ad pontum euxinum. ¶ Valet poteſt. ¶ Audit arcus dicitur non audire quando nō trahitur Hercules ſi potes mittere telum ipſa expecto nec timeo mortem. ¶ Dare: mittere ut dare litteras ¶ Ignotum orbē: ubi ſunt antipodes: ut fregiſti lycā ſine culpa. ¶ Sparge: lacera. ¶ Nefas archadiæ: ut perdidiſti Aprum & aues ſtymphalidas. ¶ Parce hyllus filius rogat matrem ne ſe perdat. ¶ Si uera: reſpōdet Deianira ſi eſſet uerus & pius filius q̄ occideret eam.

DAN.

¶ Auferre, dum uellem ab amore pellicis te auertere credēs ueneno id fieri poſſe: miſera te e uita ſuſtuli. ¶ Seu dira: ſoror ualet: q̄ occidat me quemadmodum Medea dira ſoror cōtra abſyrtum fratrem perſpecta eſt: ſed melius in ſecunda perſona legendum uidetur ut ſit ad herculem ipſum apoſtrophe per interrogatiōem. ¶ Reſtitit: perde me ſicut mōſtra quę reſtiteruni tibi: a quibus uector reuerſus es. ¶ Parce: iam: oritur dialogus inter matrem & filium hic ne ſe perimat mater: illa ut ſe perimat filius: hortatur pietatis genus eſt in hac re eſſe crudelem.

Iam perime matrē, pauida quid i remuit manꝰ?
Quid ora flectis? hoc erit pietas ſcelus.
Ignaue dubitas, Herculem eripui tibi.
Hæc hæc peremit dextra, cui debes patri
Auum tonantem, maius eripui decus,
Quam in luce tribui, ſi tibi ignotum eſt nefas,
A matre diſce, ſeu tibi iugulo placet
Merſiſſe ferrum, ſiue maternum libet
Inuadere uterum, mater intrepidum tibi
Præbebit animum non erit totum ſcelus
A te peractum, dextera ſternar tua,
Sed mente noſtra, natus alcide times?
Ita nulla peragas iuſſa, nec peragens mala
Ferres per orbem, ſiqua naſcetur fera,
Referas parentem, dexteram intrepidam para.
Patet ecce plenum pectus ærumnis, feri.
Scelus remitto dexteræ parcant tuæ.
Eumenides ipſæ. uerberum crepuit ſonus.
Quæ nam iſta torquens angue uipereo comam
Temporibus atras ſqualidis pinnas quatit?
Quid me flagrante dira perſequeris face
Megæra? pœnas poſcit alcides, dabo.
Iam ne inferorum diua ſedere arbitri?
Sed ecce diras carceris uideo fores.
Quis iſte ſaxum immane detritis gerit
Iam ſenior humeris? ecce iam uectus lapis
Quærit relabi, membra quis præbet rotæ?
Hic ecce pallens dira tiſiphone ſtetit.
Cauſam popoſcit. parce uerberibus precor,
Megæra, parce ſuſtine ſtygias faces.
Scelus eſt amoris, ſed quid hoc? tellus labat,
Et aula tectis crepuit, exceſſit minax
Vnde iſte cœtus? totus in uultus meos
Decurrit orbis, hinc & hinc populi fremunt.
Totuſq; poſcit uindicem mundus ſuum.
Iam parcite urbes. quo fugam præceps agam?
Mors ſola portus dabitur ærumnis locus.
Teſtor nitentis flammeam Phœbi rotam,
Superoſq; teſtor, Herculem terris adhuc
Moritura linquo. Hyl. fugit attonita (hei mihi)
Peracta iam pars matris eſt, ſtatuit mori.
Nunc noſtra ſupereſt mortis auferre impetum.
O miſera pietas. ſi mori matrem uetas,
Matri es ſceleſtus, ſi mori pateris tamen.
In matre peccas, ſurgit hinc illinc nefas.
Inhibenda tamē eſt, pergam, & eripiam ſcelus.

Glyconici. Coriambici.

CHORVS.

Erum eſt quod cecinit ſacer
Threſſæ ſub Rodopes iugis

¶ Hæc: manu demōſtrat ut eum magis incitet. ¶ In luce: tribui generando te ſi protuli magnum decus tibi & eripui maius occidēdo patrem. ¶ Diſce: cognoſce ſcelus meum eē magnum: quia omnino uolo mori: vnde exhortatur eum vt eā perimat. ¶ Mente noſtra: quia uolentem occidens: nam ut inquit iuriſconſultus uolenti non fit iniuria. ¶ Times: quaſi dicat tu q filius es Herculis non deberes timere. ¶ Ita: adiurat ut debeat parare dextram ad matrem occidendum. ¶ Iuſſa: non ſicut hercules qui iuſſus ab Euriſtheo per orbem perdebat mōſtra. ¶ Mala peragēs: perdens monſtra: & iuſſus & ſponte oia facies. ¶ Referas: repręſentes fortitudinem patris. ¶ Para: ad percutiēdū. ¶ Erumnis, vū me liberabis tot miſeriis. ¶ Feri: percute. ¶ Remitto dono. ¶ Eumenides: furie audio uerbera furiarū. ¶ Quæ nam: uidetur uidere furiam: & interrogat quæ nam ſit: & cognoſcit eſſe megeram. ¶ Vipereo: nam loco capillorum habent ſerpentes. ¶ Temporibus: ſcilicet capitis. ¶ Poſcit: alcides uenis ad uindictam Herculis libenter dabo pœnas. ¶ Iam ne: quādo uenit furia: putat quodammodo ſe citatā ad inferos: vnde dicit o diua: ſcilicet Megera ſedent me iudices pro tribunali ad inferos quæ uenis tanquā nuncia ad me. ¶ Sed ecce: uidetur ire ad inferos & uidere Syſiphum & Ixionē. ¶ Detrictus: habens humeros detrictos: ſyſiphum intelligit. ¶ Rote: itelligit ixionem. ¶ Suſtine: ſupprime: noli me cruciare nam fatebor ſcelus meum quod feci propter amorem credendo reuocare Herculem eo modo ad amorem meum. ¶ Sed quid, uidetur uidere hoies totius mundi qui ueniant ad perdendum eam quod occiderit defenſorē ſuum. ¶ Labat: tremit: tāquam furiata loquitur ut modo ſit ad inferos modo ad ſuperos. ¶ Cœtus: turba. ¶ Vindicem: Herculem liberatorem. ¶ Agā: quo immitam fugam meā non inuenio locum tuum niſi mortem. ¶ Rotam flā meam: currum igneum ſolis. ¶ Terris: adhuc uenientem & hæc dicens aufugit: & hylus ſolus remanet dubitans quid agat: an permittat matrem perire quod ſi fecerit uidetur facere contra pietatem patris: ſi uero permiſerit mori illam eo modo impius erit: vnde dubius multum demum deliberat illam inhibere.

BER. Erū eſt, uerſus eſt glyconicus coriambicus. Chorus ad funerat herculem morientem vnde intelligens nihil æternum in hoc mundo eſſe imbecillitatem uitæ noſtræ arguit. hæc ſnia fuit Orphei. qui propter uxorem Euridicē deſcendit ad inferos hæc ab Ariſteo filio Apollinis amata quem cum ſemel ipſa fugeret a ſerpente in calcaneo læſa occubuit: pro qua recuperāda uſq; ad inferos deſcendit Orpheus ut late & pulcherrime deſcribit Virg. georg. iiii. hic modulatu citharæ: & dulcedine non ſolum homines ſed lapides & ſiluas in numerum ſe morare cogebat dicentem Oui. in. iii. de arte. Saxa feraſq; lyra mouit rhodopeius Orphe. Tartareoſq; lacus trigeminūq; canem. ¶ Sacer: quia uates uł filiꝰ calliopes & apollinis uel Oeagri fluuii.

DAN ¶ A matre diſce mater ero tibi exemplo ad fortitudinem animi præſtandam in ſcelere. ¶ Dabo: me puniēdam. ¶ Sedere: pro tribunali prolaturi de me ſentētiā exigēdæ pœnæ. ¶ Sed ecce, homicidis & adulteris in morte ipſa ſemper obuerſant dæmones qui egredientem animam rapiant & ferant ad tartarū. ¶ Rotam ſinecdoche a parte totum denominatur. ¶ Iam parcite: mihi ualete: ego in infernū feror ad domū ditis. ¶ Hinc & illinc: ex utraq; parte. ¶ Supereſt noſtra: ad me pertinet non e dictū & contra tritā cōſuetudinem latinitatis.

Verum eſt

VErum eſt occaſiõe diſciſſi fœderis maritalis inter Herculem & Deianiram lamentatur Chorus nihil eſſe inhumanis perpetuũ: ex auctoritate Orphei.ad quod poſſumus illud apollonii etiam adiungere ad robur ſententiæ & auctoritatis Orphei nihil eſſe perpetuo dulce: ſed plene amara dulcioribus confundi & admiſceri. ου δ᾽ ἔτι ἑκάτερον ποτ᾽ ἐφοῦδ᾽ ἐσσ᾽ ἔνι πάντως ἀνθρώπων τερπωλὴ ἐπέσσεται ἐρχομένοιο πολλῖ. συνδὲ τυσ αι ει σωιχρε παρεμβλωκένει τοσ ευνησ ιναν ιι.

BER.

Tangens threiciam chelym,
Orpheus Calliopæ genus,
Æternum fieri nihil.
Illius ſtetit ad modos
Torrentis rapidi,fragor,
Oblituſq; ſequi fugas
Amiſit liquor impetum.
Et dum fluminib⁹ mora eſt.
Defeciſſe putant Geten
Hebrum Biſtones ultimi.
Aduexit uolucres nemus,
Et ſylua reſidens uenit.
Aut ſiqua aera peruolat
Auditis uaga cantibus
Ales deficiens cadit.
Abrupit ſcopulos athos
Centauris obitum ferens,
Et iuxta Rhodope ſtetit
Laxata niue cantibus.
Et quercum fugiens ſuam.
Ad uatem properat Dryas,
Ad cantus ueniunt ſuis
Ipſæ cum latebris feræ.
Iuxtaq; impauidum pecus
Sedit Marmaricus Leo,
Nec damæ trepidant lupos,
Et ſerpens latebras fugit
Tunc oblita ueneni.
Quin per Tænareas fores,
Manes commonitos adit.
Mœrentem feriens chelym,
Cantu Tartara flebili,
Et triſtes erebi deos
Mouit,nec timuit Stygis
Iuratos ſuperis lacus.
Hæſit non ſtabilis rota
Victo languida turbine.
Increuit Tityi iecur.
Dum cantus uolucres tenet
Audito quoq; nauita
Inferni ratis æquoris
Nullo remigio uenit.
Tunc primũ Phrygius ſenex
Vndis ſtantibus immemor
Excuſſit rabidam ſitim.
Nec pomis adhibet manus.
Sed,cum linqueret inferos
Orpheus carmina fundens,
Et uinci lapis improbus,
Et uatem potuit ſequi.

Chelim: cytharã thratiam: nam ipſe trax gente fuit. Eternum: hoc eſt cantabat. Fugas: curſum ſuum. Liquor: qua. Mora: tardatio ad audiendum. Biſtones ultimi thraces teſte Solino. Biſtones ſunt in ultima parte thraciæ. Ebrum gentem: fluuium qui ad eos non currebat propter ſomnum Orphei. Defeciſſe: ſiccatum fuiſſe. Nemus: uenit & aduexit ſecum aues ad audiendum cantum Orphei. Si qua,aliqua auis uaga: ideſt diſcurrens per aerem. Athos mons inter Macedoniam & Thraciam. Abrupit: ſcindit ut ſequeretur Orpheum. Ferens centauros: quia ibi ſedes fuit cẽtaurorum. Obiter: aduerbium ſine intermiſſione ſumptum ab eo qui eundo non intermittit aliquid quin faciant q; dent. Rodope: mõs thraciæ. Laxata: liquefacta aliter legitur rhodopem & melius athos firmauit rhodopem nam ſiluas habitare dicebatur: dryos quercus dicitur. Marmaricus: ideſt libicus: marmaridæ populi ſunt lybyæ. Dammæ capræ: ſilueſtres natura timidiſſime. Latebras: cauernas exit ſerpens ad audiendum: nec ulli nocens. Tenereas: nam promontorium in Laconia eſſe dicunt tenarum ubi eſt deſcenſus ad inferos. Adit: iuit Orpheus. Iurator: nam per ſtyga iurant dei. Hæſit: firmauit ſe rota ixionis nec uultures corrodebant iecur titii: dum audirent cantus Orphei. Nauita: equoris inferni caron uenit ad ipſum ſine remis. Phrygius ſenex: tantalus qui regnauit in phrygia. Excuſſit: depoſuit audiendo cantus. Lapis: ſcilicet ſyſiphi potuit ſequi uatem Orpheum & relinquere ſyſiphum.

DAN.

Orpheus: cum reparatam ſociam iterum amiſiſſet deteſtatus fœminas ſequebatur mares ob quod merito fulminatum a Ioue tradidit Diogenes Laertius cuius poete clementiſſimi hymnos & argonautica lectitauimus quamquam Ariſtoteles tradat nunquam fuiſſe Orphei.

BER. ℂDeæ: ſcilicet parcæ ſupplent colos: ideſt reſtituūt ſtamina Euridices, quę iterum reſtituitur ad ſuperos marito. ⸿ Reſpicit: retro aſpicit. ⸿ Immemor: ſcilicet legis datæ ſibi quare uidimus apud Ouidium. Sibi redditam: ideſt reſtitutā ad uitam. ⸿ Sequi: quod ſequeretur. ⸿ Pręmia, uxorem datam propter cantum. ⸿ Perit: reuerſa eſt ad inferos. ⸿ Digerens: ordinans. ⸿ Nulli nō: ideſt oi quando negatio eſt poſtpoſita. ⸿ Nectere: finire uitam: ideſt omnia eſſe mortalia. ⸿ Deuictus: teſtis eſt ſententię Orphei quicquid habet ortum habet finem. ⸿ Obrutis: confuſis. ⸿ Dies: ſcilicet extrema ueniet mundo quæ ſententia Platonis eſt. ⸿ Auſtralis: arctous ſeptētrionalis. ⸿ Auſum: raptum: & ſic omnia confundentur. ⸿ Siccus: quia inducit ſerenitatem. ⸿ Mors aliqua: quaſi dicat mors conueniens illis: quia non ſunt: ut homines. ⸿ Mors: & mors dea mortis dabit ſibiipſi finē. ⸿ In ſe: contra ſe. ⸿ Quis locus: ſi uerum eſt ꝙ cadet mundus ubi erit: an in aere: uel ibit ad inferos. ⸿ Diſcedet: aperietur terra. ⸿ Stat: ſufficiet illud ſpacium aeris. ⸿ Nefas tantam ruinam. ⸿ Vnus: ſcilicet locus erit qui capiet tria regna: ſcilicet pontum cœlum & tartara. ⸿ Sed quis: dat locum ſequenti ſcenæ ueniebat Hercules grauatus nō modicus, ideſt magnus.

Conſumptas iterum deæ
Supplent Euridices colos.
Sed dum reſpicit immemor,
Nec credens ſibi redditam
Orpheus Eurydicen ſequi.
Cantus præmia perdidit.
Quæ nata eſt iterum perit.
Tunc ſolamina cantibus
Quærens flebilibus modis
Hæc Orpheus cecinit Getis
Leges in ſuperos datas,
Et qui tempora digerens
Quatuor præcipitis deus
Anni diſpoſuit uices.
Nulli non auidas polo
Parcas ſtamina nectere.
Quod natum eſt, poterit mori.
Vati credere Thracio
Deuictus iubet Hercules.
Iam iam legibus obrutis
Mundo cum ueniet dies,
Auſtralis polus obruet
Quidquid per Libyam iacet,
Et ſparſus Garamas tenet,
Arctous polus obruet.
Quidquid ſubiacet axibus,
Et ſiccus Boreas ferit,
Amiſſum trepidus polo
Titan excutiet diem,
Cœli regia concidet,
Certos atq; obitus trahet:
Atq; omnes pariter deos
Perdet mors aliqua, & chaos.
Et mors fata nouiſſima
In ſe conſtituet ſibi.
Quis mundum capiet locus?
Diſcedet uia Tartari.
Stratis ut pateat polis?
An quod diuidit æthera
A terris, ſpatium ſat eſt?
Et mundi nimium malis?
Quis tantum capiet nefas
Fati? quis ſuperis locus?
Pontum, ſydera, Tartara,
Regna vnus capiet tria.
Sed quis non modicus fragor
Aures attonitas mouet?
Eſt eſt Herculeus ſonus.

ACTVS QVARTVS.

Trimetri Iambici.

DAN. ℂHæc Orpheus: ſenſus eſt quæ conceſſerunt ſibi inferi contra legem ſuperorum cecinit gethis Orpheus: ſed deus qui annus in quatuor partes diuiſit auido parcarum ſtamini inuoluenda omnia permiſit & quod ſemel natum eſt olim mori oporteret: ergo & mundus aliquando cadet: & deperdetur iuxta Lucretium. Vna dabit exitio multoſq; per annos ſuſtentata ruet molles & machina mundi. ⸿ Cœli: regina concidet mundum æternum: immenſum ingenitum nunquam iteriturum Plinius & Diodorus affirmant huius extra indagare nec intereſt hominum nec capit humanæ coniectura mentis. Epicurus cōtendit ex athomis genitum nunquam habiturum eſſe finem ſed perpetua: ac promiſcua rerum generatione ſibi ſucceſſurum: & ſtultos fuiſſe illos affirmat: qui menſuram eius animo agitare & prodere auſi ſunt.

Conuerte.

BER. Conuerte. Hic eſt q̄rtus actus ubi Hercules dolet de hoc tā diro gn̄e mortis: uertitq; ſermonem ſuum ad ſolem & iouem patrem ſuum qui mundum deberet perdere eo moriente. ¶ Conuerte: ut fiat eclypſis. ¶ Anhelantes, ſpirantes propter laborem. ¶ Chaos: debebas cōfundere totū mundum iuppiter. ¶ Parcis aſtris, quid uis habere aſtra: tu perdis filium tuum. qui debebat eſſe carior aſtris. ¶ Nunc parte: nunc eſt tibi cuſtodiendum cœlum ne mortuo Hercule contra te ſurgant gigātes. ¶ Otris mōs theſſaliæ. ¶ Pondus leue: ut faciat illum montem cōtra te ſicut lapidem. ¶ Laxauit: aperuit.ſ.moriente Hercule ut emittat Saturnum patrē contra te. ¶ Patri: Saturno. ¶ Pro fulmine: loco fulminis: nam ubi eram non opus erat ut fulminarem monſtra. ¶ Reuertor: morior ut uadā ad ſtygia ubi alias fui. ¶ Encheladus, gigas qui dicitur ſepultus ſub æthna audita morte Herculis ſurget & montem quo præmitur iacet in cœlum. ¶ Dubiūr qui animi ſurgēt hoſtes id eo prius facias mūdum cadere q̄ ueniat tanta perturbatio: & uideberis id facere in dolorem filii Herculis. ¶ Spolium: q eripietur tibi ab hoſtibus. ¶ Nō uana: uerſus Anapeſticus: ibi Chorus confirmat dicta Herculis. ¶ Inſeret: tāget aſtra cū ſilua ſua. ¶ Feret: protrahit contra Iouē ſcopulos & mōtes. ¶ Tyrrhenam inarinem: dicitur a noſtris poetis inarine inſula q̄ eſt ſita in tuſco mari ſinuq; campano in quo mons erat inſtar æthne incendia eructans. Quamobrem dixerunt typheum gigantem iouis imperio ſub illo comprimi. Vir. li. æne. .ix. cum ſonitu proclyta alta tremit: durumq; cubile inarime iouis imperiis impoſta typheo. Et Luca. ſimiliter li. v. ¶ Encheladus: gigas filius terræ: & Tytani feret æthnam ardentē contra Iouē. ¶ Iam te: o hercules ſi morieris iſta ſurgent.

HERCVLES. CHORVS.

Conuerte titā clare anhelātes equos.
Emitte noctē/pereat hic mūdo dies,
Quo moriar/atra nube ihorreſcat po/
Obſtat nouerca/nunc pater cæcum chaos (lus.
Reddi decebat/hinc & hinc compagibus
Ruptis, uterq; debuit frangi polus.
Quid parcis aſtris?hercalem amittis pater,
Nunc parte in omni Iuppiter ſpecta poli.
Nequis gigas theſſalica iaculetur iuga.
Et ſiat Othrys pondus Encelado leue.
Laxabit atri carceris iam iam fores
Pluton ſuperbus/uincula excutiet patri.
Cœloq; reddet.ille,qui pro fulmine
Tuiſq; facibus natus in terris eram,
Ad ſtyga reuertor.ſurget Enceladus ferox.
Mittetq;,quo nunc premitur, in ſuperos onus.
Regnum omne genitor ætheris dubium tibi
Mors noſtra faciet/ante quam ſpolium tui
Cœlum omne flat/conde me tota pater
Mundi ruina/frange,quem perdis,polum.
C.Non uana times nate ronantis,
Iam theſſalica pelion oſſa
Premet/& pindo congeſtus athos
Nemus ætheriis inſeret aſtris.
Vincet ſcopulos inde typhoeus.
Et tyrrhenam feret inarinem.
Feret ætnæos inde caminos,
Scindetq; latus montis aperti
Nondum Enceladus fulmine uictus.
Iam te cœli ſigna ſequentur.
H.Ego,qui relicta morte,contempta ſtyge,
Per media Lethes ſtagna cum ſpolio redii.
Cum pene trepidis excidit titan equis.
Ego,quem deorum regna ſenſerunt tria:
Morior/nec ullus per meum ſtridet latus
Tranſmiſſus enſis:haud me telum necis
Saxum eſt:nec inſtar montis abrupti latus:
Aut totus Othrys:non truci uultu Gigas
Pindo cadauer obruit toto meum.
Sine hoſte uincor/quodq; me torquet magis:
(O miſera uirtus)ſummus alcidæ dies
Nullum malum proſternit.impendo male
In nulla uitam facta.pro mundi arbiter:
Superiq;quondam dexteræ teſtes meæ:
Pro cuncta tellus:Herculis ueſtri placet
Mortem perire/dirus o nobis pudor:
O turpe fatum/fœmina Herculeæ necis
Auhor feretur/author alcides quibus?
Inuicta ſi me cadere fœminea manu

¶ Ego: rurſus. hercules dolet de genere mortis: ego q uici mōſtra & inferos: nūc pereo manu uniūs fœminæ. ¶ Stadia cāpos. ¶ Cū ſpolio.ſ. cerbero. ¶ Excidit: quando uidit ſol tam horribilē cerberū. ¶ Tria regna: mare ifernus: & cœlum. ¶ Nec ullus: non morior gladio nec ſaxo. ¶ Latus: vna rupes: ſi quis debuiſſet me occidere opus fuiſſet iacere mōtē otrim: uel rupem cōtra me. ¶ Nō gigas.ſ. iecit i me pindum: ſed morior ſine hoſte quod mihi dolēdum eſt. ¶ Summus: extremus. ¶ Nullum malum: nullum monſtrum ¶ Deberem: deberem ſaltem mori perdendo monſtra. ¶ Impēdo uitam: morior nihil faciendo. ¶ Teſtes: qui uidiſtis facinora mea. ¶ Mortē perire: uultis ut moriar nihil faciendo: ut & i morte mea nihil præclarum agatur. ¶ Feretur dicet̄ perdidiſſe Herculem. ¶ Quibus.ſ. feretur ¶ Auctor.ſ. necis. q. d. occidor & non occidi. ¶ Inuicta: quæ non poſſunt mutari: ſi erat moriēdum manu fœminæ: ſaltem mortuus eſſem Amazonum: aut Iunonis.

DAN. Conuerte titā: indignat̄ Hercules decus uirtutis ſuæ latenti & pigra tabe aboleri & ſentiens langueſcentem ſpiritum paulatim extingui: petit a Ioue & phœbo cōmunem totius terrarū orbis ruinam. Actus quarti principium cū ſexto. Carmine Iambico trimetro catalectico. ¶ Hunc parte in omni: attēde Iuppiter & caue tibi ab inſanis gigantibus: nec congeſtis ueq; mōtibus ſęua prœlia inſtarēt quia nō ero in ſtatione poſitus: ut antea pro te & tota cœleſti republica. ¶ Inarine: tota dictio & ppterea corrige ſuperius mendā in noſtris enarrationibus uicio impreſſoris commiſſam qui eum illic tum pluribus etiā in locis mihi nocuit & rebus meis dū properat nummos annumerare ſibi: hic autem Sene. opinionem Home. æmulatur qui occidit typhoea inari

ouis ſuppoſitum: ex græco dictionario item tollenda eſt pertinax mēda quę ſub arinis montibus fert eſſe ſepultum: & pſyli poſita ē ſuper α quaſi ſeparata ſit dictio &.ειν loco præpoſitiōis preſſa: quo loco cui uertendum ſit uitio nō eſt meum finire. ⸿Ego: qui dolet Herculis uitam non potius armis quam peſte finiri. heu me miſerum qui morior: hoſte fœmina & vtinam Iunone fœmina ſi omnino mihi ſub fœmina moriendum erat.

BER. ¶Terq; ſi mea mors cucurrit ter tam turpia fata in mulieres ſcilicet Iunonem & amazones: & Deianirā. ⸿Cadere: mori. ⸿Iunonis, nam laudabilius fuiſſet ꝙ odio Iunonis periſſem quæ regina cœli dicitur. ⸿Nimis, ſcilicet uiſum eſt ut caderem manu Iunonis. ⸿Fœminæ cuius: quaſi dicat uiliſſime Deianirę Iuno tu habes partem decoris quod non potuiſti me occidere quem Deianira nunc perdidit. ⸿Quid: tu lætaris quod morior: ſed deberes triſtari. ⸿Tale: nunquam potuiſti mittere tale monſtrum: quod occideret me. ⸿Irate tibi: ſcilicet contra me ⸿Mortalis: vna Deianira potuit quam tu & ego. ⸿Imparem: non ita fortem & potentem ut perdere poſſes Herculē. ⸿Duobus: ſcilicet deianira & a me. ⸿Pudeant, quia non potuerunt me occidere. ⸿Vtinam, ſaltē periſſem ab aliquo monſtroꝝ quæ ſuperaui. ⸿Nemea peſtis: nemeus Leo. ⸿Vallatus: circundatus. ⸿Tabe: ſanguine meo infecto. ⸿Inter: vmbras, utinam retētus fuiſſem apud inferos. ⸿Spolia ultima: cerberum de ultimo regno ⸿Læto inclyto morte glorioſa. ⸿Triformis: cerberus habent tria capita qui

Voluere fata/perq; tam turpes colos
Mea mors cucurrit/cadere potuiſſem mihi
Iunonis odio/fœminæ caderem minis,
Sed cœlum habentis/ſed nimis ſuperis fuit.
Scythico ſub axe genita domuiſſet meas
Vires amazon. fœminæ cuius manu
Iunonis hoſtis uincor? hinc grauior tui
Nouerca pudor eſt. quid diē hūc lætum uocas?
Quid tale tellus genuit iratæ tibi?
Mortalis odia fœmina exceſſit tua.
Adhuc ferebas eſſe te Alcidæ imparem:
Victa es duobus/pudeat irarum deos
Vtinam meo cruore ſatiaſſet ſuos
Nemeæa rictus peſtis. aut centum anguibus
Vallatus Hydram tabe paniſſem mea.
Vtinam fuiſſem præda centauris datus.
Aut inter vmbras uictus æterno miſer
Saxo ſederem. ſpolia cum traxi ultima
Fato ſtupente. tunc ab inferna ſtyge
Lucem recepi/Ditis euici moras.
Vbiq; me mors fugit, ut leto inclyto
Fortis carerem. pro feræ uictæ o feræ.
Non me triformis ſole conſpecto canis
Ad ſtyga reduxit. non ſub heſperio polo
Ibera uicit turba paſtoris feris
Non gemina ſerpens: perdidi mortē, hei mihi,
Toties honeſtam/titulus extremus quis eſt,
C. Viden: ut laudis conſcia uirtus
Non lethæos horreat amnes?
Pudet authoris: non morte dolet.
Cupit extremum finire diem
Vaſta preſſus mole gigantum:
Et monſtriferum titana pati.
Rabidæq; necem debere feræ.
Si tua cauſa eſt miſeranda necis.
Quod nulla fera eſt, nullusq; gigas.
Iam quis dignus necis Herculeæ
Supereſt author: niſi dextra tui?
H. Heu qs intus ſcorpius: qs feruida
Plaga reuerſus cancer infixus meas
Vrit medullas? ſanguinis quondam capax
Tumidi iecur pulmonis arentes fibras
Diſtendit/ardet felle ſiccato iecur.
Totumq; lentus ſanguinem auexit vapor.
Primam cutem conſumpſit/hinc aditus nefas
In membra fecit abſtulit coſtis iecur.
Exedit artus penitus/& totas malum
Hauſit medullas/oſſibus uacuis ſedet.
Nec oſſa durant ipſa/ſed compagibus
Diſcuſſa ruptis mole collapſa fluunt.

uiſo ſole noluit retrahere Herculē ad inferos. ⸿Paſtoris feri: gerionis. ⸿Gemina ſerpens: uel intelligit ſerpentes miſſos a Iunone quando in cunis erat: uel hydrā quæ geminabat capita ⸿Viden: inducit chorum: qui dicit Herculem dolere nō de morte: ſed de genere mortis. ⸿Auctoris: ſcilicet mortis ſuæ. ⸿Cupit uoluiſſet mori contra aliquem gigantem: aut cōtra rabidam feram. ⸿Si tua: ſi doles de genere mortis: nō de morte: quis eſſet dignus occidiſſe te non eſt aliquis qui potuiſſet te ſuperare: cū omnia uiceris: opus fuiſſet ut teipſum pdidiſſes. ⸿Niſi dextera: niſi occidas te ipſum. ⸿Heu quis oſtendit cruciatum ſuum. ⸿Feruida: quia cum ſol eſt in cācro magni ſunt ardores: nam eſt ad torridam zonam. ⸿Sanguis: iam aſſumpta ſunt uiſcera mea. ⸿Capax: ꝙ ſolebat hēre ſāguinē nūc totū aret. ⸿Auexit: ꝯſumpſit. ⸿Vapor: calor ueneni tardus qui paulatim conſumit. ⸿Primam, primo conſumpſit pellē: poſtea interius membra. ⸿Fluunt: cadūt & ſeparantur. ⸿Compagibus: iuncturis. ⸿Collapſa: mole cadēte magnitudine corporis.

¶Non morte dolet: quod foret præter decorum uiri fortis & magnanimi. ⸿Ardet felle ſiccato: inteſtina & partes uitales iam in me ſunt conſumptæ: & membra, atq; Hercules illic per totum corpus uigor contabuit ut uix cognoſcat amplius Hercules adeo ſtrigoſa ſunt ilia: & exinaniti lacertorum tori. DAN

¶Herculea:

Defecit ingnes corpus/& peſti ſatis
Herculea nó ſunt membra/pro quantũ é malũ:
Quod eſſe uaſtum fateor o dirum nefas,
En cernite urbes/cernite ex illo Hercule
Quid iam ſuperſit/Herculem agnoſcas pater.
His ne ego lacertis ſpolia nemeæi mali
Eliſa preſſi?tenſus hac arcus manu
Aſtris ab ipſis detulit ſtymphalidas?
His ego citatam greſſibus uici feram
Radiante clarum fronte geſtantem caput?
His fracta calpe manibus eliſit fretum?
His tot feræ, tot ſcelera, tot reges iacent?
His mundus humeris ſedit?hæc moles mei eſt?
Hæc ne illa ceruix?has ego oppoſui manus
Cœlo ruenti?cuius o cuſtos mamu
Trahetur ultra ſtigius?o uires prius
In me ſepultæ?quid patrem apello Iouem?
Quid per tonantem uendico cœlum mihi?
Iam iam meus credetur Amphytrio pater.
Quæcunq; peſtis uiſcere in noſtro lates,
Procede.quid me uulnere occulto petis?
Quis te ſub axe frigido pontus Scythes,
Quæ pigra Tethys génuit?aut Maurũ premés
Ibera Calpe litus?o dirum malum.
Vtrum ne ſerpens ſqualidum criſta caput
Vibrans, an aliquod é mihi ignotum malum?
Nunquid cruore es genita Lernææ feræ?
An te reliquid ſtygius in terris Canis?
Omne eſt malú, nullumq;/quis uultus tibi eſt?
Concede ſaltem ſcire, quo peream malo.
Quæcunq; peſtis ſeua, quæcunq; efferà es
Palam timeres/quis tibi in medias locum
Fecit medullas? ecce, direpta cute
Viſcera manus detexit, ulterior tamen
Inuenta latebra eſt/o malum ſimile Herculi.
Vnde iſte fletus?unde i has lachrymæ genas?
Inuictus olim uultus, eſt nunquam malis
Lachrymas ſuis præbere conſuetus/pudet,
Iam flere didicit.quis dies fletum Herculis:
Quæ terra uidit? ſiccus ærumnas tuli.
Tibi illa uirtus, quæ tot eliſit mala,
Tibi ceſſit vni.prima:& ante omnes mihi
Fletum abſtuliſti.durior ſaxo horrido,
Et Chalybe uultus, & uaga Symplegade
Rictus meos infregit/& lachrymam extulit.
Flentem:gementem:ſumme protector poli
Me terra uidit/quodq; me torquet magis:
Nouerca uidit.urit ecce iterum fibras.
Incaluit ardor/unde nunc fulmen mihi?
C.Quid non poſſit ſuperare dolor?

BER. ¶ Herculea: habet empha ſim, quia ſolebant eſſe ita vaſta. ¶ Proh quando ſum ſolitus tolerare ingentia mala ſi fateor magnũ iſtud credendum eſt mihi. ¶ Vrbes: vocat vrbes: ut ueniant viſum hoc monſtrũ, quod Hercules ita uictus ſit. ¶ Agnoſcas, indignabunde vertit ſermonem ad Iouem. ¶ His oſtendit brachia iam conſumpta quibus tot monſtra ſuſtulit in terris. ¶ Greſſibus, & oſtẽdit eos. ¶ Feram, ceruam: de qua diximus quæ habebat cornua aurea. ¶ Calpe: mons in extrema hiſpania de quo diximus: ibi dictus eſt Hercules poſuiſſe metas & columnas laborũ ſuorũ. ¶ Hie humeris: oſtẽdit eos peſte populatos. ¶ Moles: magnitudo corporis mei quæ iam tota cõſumpta eſt. ¶ Cœlo ruenti, quando fuit contra gigantes. ¶ Cuius. q. d. nullius quemadmodum tractus eſt meie. ¶ Per tonantem: dicendo me filium Iouis. ¶ Quæcunq; ſentiens inteſtinum cruciatum: ad odorem ſuuz vertit ſermonem. ¶ Procede: exi foras. ¶ Quis te: vbi natum eſt tantum malum an in mari euxino: ſeu gontico: aut in mari oceeno. ¶ Pigra: qa ibi mare ¶ Serpens: eſt ne ſerpens in viſceribus meis genitus ex idra aut ex ſpuma cerberi ifernalis: q venena dicit̃ reliquiſſe in terris. ¶ Omne: credo omnia mala eſſe in me: inde credo nullum: quia non video. ¶ Vultus: facies dimitte ſaltem te videam. ¶ Concede permitte. ¶ Timeres, ſcilicet me in aperto. ¶ Ecce: incœpi dirumpere pellem: ut poſſim te videre: & ita dicendo dilaniabat ſibi corpus: veſtẽ detrahendo. ¶ Latebra: quia abſcõdis te ne poſſim videre. ¶ Simile Herculi inuictũ: quẽadmodum Hercules non potuit vinci nec tu malum ¶ Vnde: miratur dolorem & q̃ emittat lachrymas. ¶ Pudet parenthesis. ¶ Vidit. q. d. nulla. ¶ Siccus: ſine lachrymis. ¶ Tibi uni. ſ. malo virtus mea quæ ſuperauit omnia monſtra ſuperatur a te. ¶ Abſtuliſti, per uim extraxiſti lachrymas. ¶ Durior: qui nõ poterat flecti ad lachrymas. ¶ Vaga ſymplegade: inſtabilib⁹ cyaneis ſcopulis: de quib⁹ diximus. ¶ Infregit, ſcilicet malum. ¶ Magis, q̃ viderit me Iuno flentem magis doleo. ¶ Vnde fulmen: quaſi dicat ſaltẽ Iuppiter mitteres fulmẽ in me ut cito perirẽ. ¶ Quid non quaſi dicat omnia: poſtq̃ ſuperauit Herculem.

DAN. ¶ Tot feræ, vt Leo, Aper, Ceruus, Hydra, Centauri. ¶ Tot ſcelera, ut Cacus, cerberus, tricepe, teq; Diomede buſiris latro. ¶ Antheus gigas. ¶ Tot reges: ut Gerion œneus Euritus Alous in archadia rex pater auges quam ipſe Hercules clam ſtuprauit, & genuit Ennaplũ iuxta portum parente matre in arcula expoſitum deinde infantẽ cerua enutriuit: quẽ paſtores cum inueniſſent dono tulerunt ad Regem Corytum quem loco filii educauit appellauitq; thelephum Diomedes & demum Euryſthea cum Iunone patientia. Procede euocat tabem: quaſi cum ea certaturus ſi i medium procedat per metaphoram ab animato ad inanimatum, a ſerpente ad venenũ adeo audax & fidens ſui erat virtus in Hercule. ¶ Vtrum ne ſerpens, ac ſi dicat quid torquet me non ſat ſcio. ¶ Omne eſt malum: poſt ad dubitationem confirmatio ſequitur. ¶ Palam timeres: propterea non egrederis palam, qui timeres lacertos meos. ¶ Manus: mea detexit carnem ſit te quem conſpicaris o dira contagio. ¶ Simile Herculi: virtuti meæ ſimiles quæ hactenus fuit indomita. ¶ Vnde, Herculem non decet flere deo hæ lachrymæ ex indignatione magis exprimuntur quam ex doloris impatientia. ¶ Vultus, meus. ¶ Quid non apte poeta ſuperſedet a dolore Herculeo in Chori commiſeratione deſcribentis quo geſtu Hercules expirauerit licet plurimuz venienti morti reſtiterit.

Q uondam Getico durior Hemo:
Nec parrhaſio lentior axe
Sæuo ceſſit membra dolori,
Feſſumq; mouens per colla caput
Latus alterno pondere flectit.
Fletum uirtus ſæpe reſoluit.
Sic arctoas laxare niues:
Q uamuis tepido ſydere Titan,
Non tamen audet/uicitq; faces
Solis aduſti glatiale iubar.

Trimetri Iambici.

HERCVLES. ALCMENA.

COnuerte uult⁹ ad meas clades pater.
Nunq̄ ad tuas cōfugit alcides manus
Non, cū partus Hydra fecūdū meos
Caput implicaret. inter infernos lacus
Poſſeſſus atra nocte cum fato ſteti.
Nec inuocaui. tot feras uici horridas:
Reges:tyrrannos. non tamen uultus meos
In aſtra torſi/ſemper hæc nobis manus
Votum ſpopondit. nulla propter me ſacro
Micuere cœlo fulmina. hic aliquid dies
Optare iuſſit/primus audierit preces
Idemq; ſummus unicum fulmen peto.
Giganta:crede/non minus uerum mihi
Aſſerere potui. dum patrem uerum puto:
Cœlo peperci. ſiue crudelis pater:
Siue es miſericors:commoda nato manum.
Propera ante mortē/& occupa hanc laudē tibi:
Vel ſi piget:manuſq; detrectat nefas.
Emitte ſiculo uertice ardentes pater
Tiranas in me/qui manu Pindum ferant.
Aut Oſſa:qui me monte proiecto opprimāt.
Abrumpe:& Erebi clauſtra:me ſtricto petat
Bellona ferro. mitte Gradiuum trucem.
Armetur in me dirus:& frater quidem:
Sed ex nouerca. tu quoq; Alcidæ ſoror
Tantum ex parente cuſpidem in fratrem tuum
Iaculare Pallas. ſupplices tendo manus
Ad te nouerca ſparge tu ſaltem:precor:
Telum. perire fœminæ poſſim manu.
Iam fracta, iam ſatiata, quid paſcis minas?
Q uid quæris ultra? ſupplicem Alciden uides
Et nulla:tellus nulla me uidit fera
Te deprecantem. nunc mihi irata quidem
Opus eſt nouerca/nunc tuus ceſſat dolor?
Nunc odia ponis? parcis: ubi uotum eſt mori.
O terræ:& urbes: non facem quiſquā Herculi:
Non arma tradet?tela ſubtrahiris mihi?
Ita nulla ſæuas terra concipiat feras

BER, CHemo: monte thraciæ. ⁋ Lentior: flexibilior. ⁋ Axe paraſio: arctico: vbi eſt vrſa quæ olim fuit Caliſto virgo de Paraſia parte archadiæ: nam Hercules vertendo ſe quando poterat reſiſtebat dolori arcticum axem flexuoſum & tortuoſos eſſe inter ſinus ſerpentis deſcripſimus in prima Tragœdia. Ceſſit dedit uicta. ⁋ Flectit, ſcilicet Hercules reſiſtendo dolori: fortitudo uincit dolorem multotiens, & facit comparationem, ut in ſythia niues aliquando incipiunt diſſolui: ſed nō penitus reſiſtēte frigore. ⁋ Virtus, fortitudo. ⁋ Reſoluit, ſiſtit dolorem, & lætum. ⁋ Laxare: liq̄facere. ⁋ Nefas glaciale: malum frigoris. ⁋ Iubar: radios ſolis.

BER, COnuerte: proſequitur lamētationem ſuā Hercules rogādo Iouem: ut ipſum fulminet liberetq; tanto cruciatu illum qui nunquam ſolitus eſt ſimiles præces fundere. ⁋ Implicaret, inuolueret. ⁋ Poſſeſſus, circumdatus tenebris fui cum fato. i. morte nec te inuocaui ⁋ Torſi, eleuaui te vocando. ⁋ Manus, ſcilicet mea ſemper dabat ſpem victoriæ. ⁋ Propter me: nunquā rogauit ut hoſtes meos fulminares, vnde hoc die licet aliquid optare. ⁋ Sūmus, extremus quia nihil aliud unquam petam. ⁋ Peto: ut fulmines me. ⁋ Aſſerere: uindicare mihi poteram me facere vnum verum Gigantem: ſed nolui turbare tecū crederem verum patrem meum eſſe. ⁋ Commoda: mittendo fulmē. ⁋ Ante mortem: antequam moriar ut ſaltem dicat occidiſſe fulmine Iouis. ⁋ Nefas, ut dicaris occidiſſe Herculem emitte contra me gigantes ⁋ Siculo: vertice ætna ſub quo ſepultus eſt Enchelados. ⁋ Bellona: dea belli ſoror martis. ⁋ Gradiuū: Martem deū belli. ⁋ Frater, poſſet dicere frater eſt tuus non occideret te: reſpondet verum eſt: ſed filius Iunonis quæ me habet odio. ⁋ Soror: Pallas quæ ex capite Iouis nata es ſine matre: Nouerca Iuno rogo te ut occidas me. ⁋ Fracta: debilitata quid nutris minas, iam vides Herculem ſupplicantem. ⁋ Odia ponis: videris mihi donare iram tuam quādo cupio mori. ⁋ Tradet, interrogatiue adiurat totum mundum ut iaciant tela in eum.

DAN, COnuerte: Hercules ut q amplius dolori reſiſtere non poterat petit a Ioue patre properam mortem. Alcmena mater diſſuadet carmē inſcribitur trimetro archilochio acatalectico. ⁋ Nunquam ad tuas: ego in omnibus erumnis meis nunquam te præcibus fatigaui pater: neq; opem ut ferres imploraui fatis: & ſuper uirtute illa inixua quā in me olim infantem contuliſti: nunc vbi tabifico malo conſumitur accurre: & corripe me fulmine. ⁋ Giganta: finge me eſſe inimicum tibi, qui ta men cœlum meis armis nunquam laceſſiui: nam ut moriar quam ociſſime uel inuideri inimicus quem fulmine confodias erit mihi inſtar magni muneris hoc genus mortis quod iā tem uidebor Ioue ultore cecidiſſe non pigra tabe. ⁋ Et frater: gradiuum concepit Iuno ex flore fratre Herculis, ſed ex Nouerca frater. ⁋ Ex parente: ex capite Iouis in lucem edita: quos ſolent in ventre: & illis bus dolores ſentire parentes ea hora in capite ſenſit Iuppiter: ut eleganter in quodam hexaſtico proſequutus eſt Alcāder. ⁋ Nūc mihi irata quidem: nunc uere impia & crudelis uidere o Iuno quæ mori cupientem lenta morte fatigari permittis, quid enim prius aut horrendum magis: quā in ipſo ſupplicio ſupplicii moras quęrere.

CNaſcatur

Poſt me ſepultum:nec meas unquam manus
Imploret orbis.ſiqua naſcetur fera:
Naſcatur alius undiq; infelix caput
Mactate ſaxis.uincite ærumnas meas.
Ingrate ceſſas orbis?excidimus tibi?
Adhuc malis:feriſq; ſuppoſitus fores,
Ni me tuliſſes.uindicem noſtrum malis
Excipite populi.tempus hoc uobis datur.
Penſate merita,mors erit pretium omnium.
A.Quas miſera terras mater alcide petam?
Vbi natus?ubi nam eſt?certa ſi uiſus notat,
Reclinis ecce corde anhelanti æſtuat:
Gemit:peractum eſt.membra cóplecti ultima
O nate liceat.ſpiritus fugiens meo
Legatur ore/brachia in amplexus cape.
Vbi membra ſunt?ubi illa, quæ mundum tulit,
Stelligera ceruix?quis tibi exiguam tui
Partem reliquit?Her.Herculem ſpectas quidē
Mater/ſed vmbræ ſimile neſcio quid mei
Agnoſce mater.ora quid flectis retro:
Vultumq; mœrens?Herculem dici tuum
Partum erubeſcis? Al.quis feram mūdus nouá:
Quæ terra genuit?quod ue tam dirum nefas
De te triumphat?uictor Herculeus quis eſt?
H.Nuptæ iacentem cernis alciden dolis?
A.Quis tantus eſt: qui uincat alciden dolus?
H.Quicunq; mater fœminæ iratæ ſat eſt.
A.At unde in artus peſtis, aut oſſa incidit?
H.Aditum ueneuis palla fœmineis dedit.
A.Vbi ná ipſa palla eſt?mēbra nudata intuor.
H.Cóſumpta mecū ē. Al.tāta ne inēta ē lues?
H.Errare mediis credo uiſceribus meis
O mater Hydram:& mille cum Lerna feras.
Quæ tanta nubes flamma Sicanias bibit?
Quæ Lemnos ardens?quæ plaga inferni poli
Vetans flagranti currere in zona diem?
In ipſa me iactate:pro comites,freta,
Mediosq; in amnes.quis ſat eſt Iſter mihi?
Non ipſe terris maior oceanus meos
Franget vapores.omnis in noſtris malis
Deficiet humor/omnis areſcet latex.
Quid rector Erebi me remittebas Ioui?
Decuit tenere/redde me tenebris tuis.
Talem ſubactis Herculem oſtende inferis.
Nil inde ducam.quid,times iterum Herculem?
Inuade mors non trepida/iam poſſum mori.
A.Cópeſce lachrymas ſaltē,& ærumnas doma
Maliſq; tantis Herculem indomitum refer.
Mortemq; uince,quod ſoles:uince inferos.
H.Si me cathenis horridus uinctum ſuis

BER. Naſcatur alius, ſcilicet Hercules qui liberet nos quemadmodum ipſe fecit. Infœlix caput.i.me infœlicem. Vincite:ſcilicet me interficiēdo. Ceſſas, cur me non occidis. Excidimus: non habes memoriam beneficiorum meorū. Tuliſſes: generaſſes. Malis: eximite me de hoc malo. Penſate: retribuite mihi hanc gratiam. Precium: meritu3 quod dabitis mihi. Quas: uenit Alcmena dicens ubi inueniam filium Herculem, & videt eum languentem. Certa:res certas:ſi viſus meus non decepit me video eum afflictum. Notat: videt. Reclinis: inclinatus. Peractum:iam venit ad finem uitæ. Legatur: colligatur: ut expires animam i ore meo. Ceruix:collum quo tuliſti cœlum. Exiguam:quia iam conſumptum erat corpus eius:& dilaceratum veneno. Vmbræ: apppparentiæ non ſum Hercules amplius: ſed Herculis vmbra Mei, ſcilicet Herculis. Flectis,illa vertebat oculos tanquā non poſſet cernere eum. Erubeſcis:verecūdatis Hercule dici partum: ideſt filium tuū. Nupte: Deianiræ. Quicūq, ſcilicet dolus. Vnde:quomō. Palla:veſtis. Aditum acceſſum. Conſumpta: venenum conſumpſit veſtē & me. Hydram totum venenum idræ. Sicania:ſiculas vbi ē æthna perpetuo ardens. Lemnos inſula in egeo dicitur eſſe officina vulcani:in his locis non eſt tantus ardor quantus in corpore meo: nec in torida zona. Inferni poli:meridionalis & auſtralis vbi ſemper longus eſt dies: quaſi velit dicere ꝙ eſt ita magnus calor illic ꝙ dies non audeat currere propter calorem Freta: maria nō credo omnes aquas ſatis eſſe ad refrigerandum me. Franget: diminuet. Malis: in tanto æſtu meo omnes aque deficerent. Quid auctor: vertit ſermonem ad Plutonem quando veni ad inferos cur me non retinuiſti: ſed nunc accipe me talem: ſcilicet afflictum & oſtende me in feris ſubactis.i.uictis olim a me:inde:ab inferis ut duxi Cerberū prius Compeſce: Alcmenā cōſolatur filium. Refer,demōſtra te eſſe fortem Herculem:vt ſemper fuiſti.

DAN. Spiritus fugiens meo: antiquorum conſuetudinis fuit:vt morientis vltimus ſpiritus a proximiori ore ſorberetur,ut plane demonſtrat Ouidius in defunere Druſi conſolatitia in epiſtola ad liuiam. Stelligero: aut uirida: aut quā preſſit coelum ſtelligerum. Quis tibi exiguam tui: ut conſumptus es: ut depaſtus. Sed vmbræ: ſimile non qualem ſolebas prius cernere:ſed ſimilē vmbræ. Feram nouam: qua ſic depaſta eſt filium meum. Victor Herculeus,quaſi dicat mirum potuiſſe Herculem ab aliquo ſuperari. Vnde,quo dolo. Tantane inuenta eſt:quæ conſumat veſtes & carnes pariter. Lemnos: ex cycladibus vna vt meminit Appollinius in primo argon. in quam præcipitatus eſt bis vulcanus ut canit Homerus in Iliade: fingitur vulcanus eo ſe conferre ab æthna animi gratia dicente Papinio in quinto thebaidos. Lemnius ignifera feſſus reſpirat ab ętna &c. Plaga inferni, poli meridionalis:qui pronus eſt atque depreſſus de quo poeta:at illū ſub pedibus ſtyx atra tenet maneſq; profundi. Diem:ſolem ſicut cōtra ſolem pro die. Quin tantum oceano properent ſe tingere ſoles: & cætera. Franget: extinguet ſedabit. Nihil ducam: nec ſi vel mihi ſunt vires inimicos pellere tectis Tartareis nec qualis eram cum cerberum atras lactantem ſpumas ſupera ad conuexa retraxi. Si me cathenis alluſio ad pœnam Promethei carmine Heſiodi & appollonii celebratam. Nō inquit: mater adeo graue malum eſt vllum quod me in lachrymas cogat: non ſupplicium Promethei.

BER. ℭCaucaſus: mons ſcythię. Si eſſem ligatus in Caucaſo: & Prometheus non dolorem crutior & non video hoſtem ⸿ Dapem: cibum nam vultur corrodit eius iecur. ⸿ Gemitus, non dolorem: etiam ſi eſſem inter cyaneos ſcopulos opreſſus ⸿ Redeuntis: ſcilicet ſymplegadis: nam dicuntur illi ſcopuli cōcurrere. ⸿ Pindus, mons theſſaliæ. ⸿ Athos: mons inter Macedoniam & Thraciam. ⸿ Excipiens: quia altus feriunt altos fulmia colles. ⸿ Mūdus ruat: o mater ſi totum cœlum caderet ſupra me non clamabo. ⸿ Degener: non conueniens Herculi. ⸿ Mille feræ, veniant contra me omnia mōſtra, quæ ſuperaui intrepidus nunq̄ clamabo. ⸿ Excutient: nō facient me gemere. ⸿ Impelli: ſuperari. ſcilicet excutiet gemitus. ⸿ Non uirus, non eſt venenum, vult Alcmena cōſolari eum. ⸿ Sed durus: eſt difficilis labor quem habuiſti ⸿ Serpens, procedens. ⸿ Fouet illi labores nunc faciunt hūc dolorem ⸿ Ophys: venenum idræ quod hauſiſti. ⸿ Illa: quaſi dicat vbi ē illa uxor quę fuit cauſa mortis meę. ⸿ Intendat: ſagitis interficiam eam. ⸿ Manus, ſcilicet mea ſine telo interficiet eam. ⸿ Veniat: rogat aliquem gratum ſibi veniat ad auxilium. ⸿ Excuſſus: examinata timore nūc ſuz quando petit arma: ideo vos famuli remouete ea. ⸿ Minatur: monſtrauit, quod facturus eſt. ⸿ Alcmene, ipſa mater Herculis quo fugiam: melius eſt manu forti mori q̄ me abſcondere: ut poſtea interficiar ab aliquo ignobili. ⸿ Vel etiam pareat ſceleri quod ſcilicet filius interficiat eā: loquitur de ſe in tertia perſona. ⸿ Ecce: laſſatus: interim dum loquitur Hercules cadit exanimatus, & illa credit illum dormire. ⸿ Alligat: claudit. ⸿ Impulſum: agitatione. ⸿ Fauete ſuperi: ſi non vultis propter me ſeruare filium, ſaltem propter totū mundum quē defendit. ⸿ Abeat: recedat. ⸿ Reparet: ut poſſit refici iſto ſomno.

Præberet auide Caucaſus uolucri dapem
Scythia gementem, flebilis gemitus mihi
Non extitiſſet. ſi uagæ Symplegades
Vtraq; premerent rupe: redeuntis minas
Ferrem ruinæ. Pindus incumbat mihi
Atq; Hæmus: & qui Thracios fluctus Athos
Frangit tonantis fulmen excipiens Iouis.
Non, ipſe ſi in me mater hic mundus ruat.
Superq; noſtros flagret incenſus rogos
Phœbeus axis, degener mentem Herculis
Clamor domaret. mille decurrant feræ,
Pariterq; lacerent, hinc feris clangoribus
Ætheria me Stymphalis, hinc Taurus minax
Ceruice tota pulſet: & quidquid furit.
Solum quoq; ingens ſurgat, hinc illinc fremēs,
Artuſq; noſtros durus imminuat dolor:
Sparſus ſilebo. non feræ excutient mihi:
Non arma gemitus. nil quod impelli poteſt.
A. Non uirus artus nate fœmineum coquit:
Sed dura ſeries operis: & longus tibi
Fauet cruentis forſitan morbis dolor.
H. Vbi mors? ubi illa? teſtis eſt aliquis mali?
Intendat arcus, nuda ſufficiet manus.
In orbe mecum ueniat, huc aliquis mihi
Procedat agedū huc. Al. hei mihi ſenſus quoq;
Excuſſit: ille nimius impulſus dolor.
Remouete quæſo tela, & infeſtas: precor:
Rapite hinc ſagittas, igne ſuffuſæ genæ
Scelus minantur. qua fuga latebras petam?
Dolor iſte furor eſt. Herculem ſolus domat.
Cur deinde lachrymas: aut fugā væcors petā?
Obire forti meruit Alcmene manu.
Vel ſcelere pereat, ante quam letum mihi
Ignauus aliquis mandet, ac turpis manus
De me triumphet. ecce laſſatus malis
Sopore feſſas alligat uenas dolor.
Grauiq; anhelum pectus impulſu quatit.
Fauete ſuperi: ſi mihi natum inclytum
Miſeræ negatis: uindicem ſaltem: precor:
Seruate terris, abeat excuſſus dolor:
Corpuſq; uires reparet Herculeum ſuas.

Trimetri Iambici.

Hyllus. Alcmena. Hercules.

PRo lux acerba: p capax ſcelerū dolor,
Nurus tonantis occidit, natus iacet.
Nepos ſupſtū. ſcelere mſno hic perit.
Fraude illa capta eſt. quis per annorum uices,
Totoq; in æuo poterit ærumnas ſenex
Referre tantas? unus eripiet dies
Parentem utrunq;: cætera ut ſileam mala.

BER. PRoh lux, Superuenit hyllus volēs nūciare matrē mortuam & videt patrē iacentem in terra. vnde dicit vna dies abſtulit mihi vtrunq; parentem. ⸿ Nurus Deianira. Natus. ſcilicet tonātis Hercules filius. ⸿ Nepos. ſ. ipſe. ⸿ Quis: & quis erit vnquam in illa ætate & tam ſenex, qui potuerit uidere tanta ſcelera quanta ipſe uidit.

DAN. ℭCaucaſus ſcytha: qui eſt ſcythiæ confinis ad ſeptentrionem quem dixit montem altiſſimum dicit Herodotus. ⸿ Etherea ſtymphalis, volucres ſtymphalides de quibus ſupra recitauimus ex ſententia Appollonii multa. ⸿ Non uirus docet hic mortem Herculis non eſſe a veneno ſed ex antiquis laboribus retrudeſcere. ⸿ Longus diuturnus & latens qui in tēpore matureſcit & erumpit. ⸿ Vbi mors: expone ſingula per dialyton, vbi iſta, ſcilicet vxor. ⸿ Teſtis eſt aliquis non abeſt hinc procul qui malum noſtrū cognoſcat. ⸿ Et mihi ſenſus, adeo grādis me inceſſit dolor ut ſenſus omnis uidear perdidiſſe.

DAN. PRoh. Inducitur Hercules morte acceptans uti glorioſaz atque percelebrem quamprimo loco miſerandis exemplis defiet filius vna cum obitu matris Deianiræ me ſequitur excuſatio & defenſio Deianiræ per omnes a morte herculis nota eſt qualitas metrica cum ut ſæpius repetita tum ſpontaneæ omnibꝰ vel mediocriter doctis. ⸿ Proh: dolentis interiectio per apocopem: ut tradit Diomedes & Apuleius. ⸿ Materno, matris meæ. ⸿ Fraude, centauri. Hercul. in quo vno omnium mearum cladum ſumma ſita eſt.

ℭParcam,

BER. ℭParcam: ut prętereã cætera mala quæ a fatis habui. ⁋Herculẽ: qui decus eſt mundi. ⁋Nato: herculi filio meo. ⁋Sopor, ſomnꝰ in quo eſt hercules. ⁋Laſſam: defatigatã: dum dies relinquit eum illi oriẽ dolor: & mihi luctus. ⁋Quid hoc excitato hercule oborta eſt illi imago qa ſibi uidebatur eſſe apud trachinam ciuitatem: & modo uidebat cœlum & iouem illũ aduocantem: & circunſpiciens uidet filium cum quo quærit de matre deianira & illam puer excuſat. ⁋Rigenti, qa eſt in aſpero monte. ⁋Tandem: receptus in numero deorum. ⁋Sonus armonia cœleſtis. ⁋Generum. ⁋Nã: ut uidimus heben filiam illa coniunxit. ⁋Intentã: paratam ad me ſuſcipiendum. ⁋Zonam: uiam cœleſtem per quam currus ſolis uadit. ⁋Noctis: quaſi ſit nox vna dea. ⁋Hinc: ex illa parte quando recedit ſol. ⁋Quid: dũ ſic eſt, uidet redditus terris & inquit. ⁋O pater: Iuppiter. ⁋Modo, nuper cum eſſem in cœlo. ⁋A lecto: a cubili meo ubi erã. Hebe, ut prius ſentirem calorem. ⁋Trachina: caſus accuſatiui. ⁋Infra paulo ante de cœlo uidebã illã quã nunc uideo in terris. ⁋Exciderás: quia in hac uiſione nõ ſentiebam dolorem. ⁋Cogis, ut dolor. ⁋Occupa, da mihi mortem dolor in hac uoce. ⁋Stipite ingeſto: infixa claua. ⁋Amazonum: hyppolitam reginam amazonum: ita poſſem perdere ſceleratã deianirã. ⁋O clara: non talis fuit. ⁋Megera: prima uxor quam in furore interfecit tu nõ merebaris tũc eſſe uxor: quia non eras digna tali morte. ⁋Inquinetur. ſ. interficiendo mulierẽ. ⁋Summus: extremus: quod interfecerim fœminã in ultimo labore meo ⁋Cõpeſce: filius conſolatur patrem dicẽs uindictam eẽ iam factam. ⁋Lichas: mori meruit per manus meas ut lychas. ⁋Accipiãt feræ, quare nõ dignũ eſt ſepultura. ⁋Læſo. ſ. te doluit plus de dolore tuo ꝙ tu: vnde dextra ſua occidit ſe. ⁋Non fraude: quia

Parcamq; fatis, Herculem amitto patrem.
A. Compeſce uoces inclytum alcidæ genus
Miſeræq; nato ſimilis alcmenæ nepos:
Longus dolorem forſitan uincet ſopor.
Sed ecce laſſam deſerit, mentem quies:
Redditq; morbo corpus: & luctus mihi.
He. Quid hoc? rigẽti cernitur Trachyn iugo?
At inter aſtra poſitus euaſi genus
Mortale? tandem quis mihi cœlum parat?
Te te pater iam uideo/placatam quoq;
Specto nouercam quis ſonus noſtras ferit
Cœleſtis aures? Iuno me generum uocat.
Video nitentem regiam clari ætheris:
Phœbiq; tritam flammea zonam rota.
Cubile uideo/noctis hinc tenebras uocat.
Quid hoc? quis axem cludit: & ab ipſis pater
Deducor aſtris? ora phœbeus modo
Afflabat axis: iam prope a leto fui.
Trachyna uideo: quia mihi terras dedit?
Modo nempe me infra ſteterat: ac totus mihi
Suppoſitus orbis: iam bene exciderás dolor.
Cogis fateri. parce: & hanc uocem occupa.
Hæc Hylle dona matris: hoc munus parat.
Vtinam liceret ſtipite ingeſto impiam
Effringere animã. qualis Amazonium malum
Circa niualis Caucaſi domui latus.
O clara Megara, tu ne cum furerem mihi
Coniux fuiſti? ſtipitem: atq; arcus date.
Dextra inquinetur/laudibus maculã imprimam
Summus legatur fœmina Herculeus labor.
Hy. Compeſce diras genitor irarum minas.
Habet: peractum eſt: quas petis pœnas: dedit.
Sua perempta dextera mater iacet.
He. Cæci dolores: manibus irati Herculis
Occidere meruit. perdidit comitem Lycas.
Sæuire in ipſum corpus exanime impetus:
Atq; ira cogit: cur minis noſtris caret?
Ipſum cadauer pabulum accipiant feræ.
Hy. Plus miſera læſo doluit: huic aliquid quoq;
Detrahere uelles/occidit dextra ſua
Tuo dolore. plura: quam poſcis: tulit.
Sed non cruentæ ſceleribus nuptæ iaces.
Nec fraude matris, Neſſus hos ſtruxit dolos.
Ictus ſagittis qui tuis uitam expulit.
Cruore tincta eſt palla ſemiferi pater.
Neſſuſq; nunc has exigit pœnas ſibi.
He. Habet, peractũ eſt fata ſe noſtra explicant.
Lux iſta ſumma eſt/quercus hanc ſortem mihi
Fatidica quondam dederat, & Parnaſio
Cirrhea quatiens templa mugitu nemus.

ipſa decepta fuit a Neſſo. ⁋Ictus: vulneratus Neſſus ⁋Palla: ueſtis quam miſit ad te. ⁋Exigit: in uindictã ſui. ⁋Fata nr̃a: cognoſco finem meum: nam ab oraculo olim habui me periturum eſſe per vnũ qui a me eſſet interfectus. ⁋Sõma lux: extrema dies. ⁋Quercus: in dodonea ſilua quercus erãt ex quibus duæ columbæ dabãt reſpõſa: hęc fuit iuxta dodonã epiri oppidum. ⁋Fatidica: ex qua columbæ prędicebãt fata ⁋Cirrhea templa: Apollinis eſt tẽplum eius i cirrha oraculis famoſum.

DAN. ℭNato, herculi gnato meo & tibi quõdã pr̃i. ⁋Quid hoc: exodus ẽ apotheoſeos herculeæ cũ anacephaleoſi eorum quæ ſuperius cõmemorauimus ⁋Intentã regiam: metonymia. ⁋Zonam tritam torridam zonã loquit Hercules ut aſſolet qui e profundo & tetrico corpore ſolutus tãdẽ ſibi reſtituit & attonitus totus adhuc titubat p qđ artificioſus poeta nouo modo nimietatẽ doloris i herculeexpreſſit qui adeo acutus atq; fuit acer & uehemens qui illũ ſeminecẽ reliquerit atq; in extaſim diſſoluerit. ⁋Tã bene exciderás quem cõſoporatis ſenſibus pati amplius non uidebar. ⁋Cogis fateri occupatio ad intenſionẽ ſceleris. ⁋Animã: ipſã uitã matris tuæ. ⁋Laudibus: meis. ⁋Maculã: occiſa fœmina & eadẽ p̃ diuge. ⁋Fœmina: cædes fœminæ prædicẽ ultimus meus labor. ⁋Lycas: miniſter muneris ⁋Sæuire, extrema impietas ẽ craſſari i mortuũ ⁋Plus miſera: paratus eſt hylus in defenſionẽ maternæ culpe per errorem. ⁋Plura quã poſcis tulit: cũ tui obitus mœſtitia, tũ morte ſua dextera illata. ⁋Quercus fatidica, græcũ cõmentum ac mẽdaciũ quo proditur in dodona Epiri conſueſſe Iouẽ dare hominibus oracula per colũbas ereas i ut teſtis eſt Homerus & Orpheus i locis plurimis: nũc Hercules eſt quercu ſuę uitæ exitũ olim protenſum fuiſſe cõmemorat manu uiri peremptus eſt neſſus.

BER. ¶ Dextra hęc fuerunt verba oraculi tu Alcide. ¶ Olim in futurum. ¶ Emēſo: cum tranſiueris. ¶ Hunc finem: hic finis erat quem decebat habere Herculem ut interficeretur ab vno qui poſt eum non poſſet ſupereſſe. ¶ Nobilē: famoſum. ¶ Ante mortem: antequā moriar. ¶ Peantium: imperat philotete filio peantis vt faciat piram: ut illi extremum officium præſtet. ¶ Ad te, vertit ſe ad filium, & rogatur Iolem accipiat in vxorem. ¶ Virgo, Iole. ¶ Facibus: matrimonio. ¶ Flammis: amore. ¶ Cruentus: quia illius patrem & fratres occidi: & nihil illi reliqui præter me. ¶ Et iſte: Hercules de ſe in tertia perſona loquitur. ¶ Pēſet compēſet, ſi habuit mala habeat nunc bona. ¶ Nepotem: ſcilicet te. ¶ Habet: ſi feci eam grauidam: volo vt illius partus ſit filius tuus. ¶ Tuq;, uertit ſermonem ad matrem, ut deponat lachrymas. ¶ Nouercam, ſcilicet Iunonem. monſtrando me eſſe filium Iouis. ¶ Licet: quamuis dicatur ꝙ ſim filius amphitrionis: aut Iouis eſt crimē matris virtus mea fecit. credit me eſſe filium Iouis. ¶ Quid ta'e, quaſi dicat nihil. ¶ Tenens, ſcilicet Iuno. ¶ Mortali: tibi ꝙ habeas talem filium. ¶ Perage: perfice. ¶ Vices: curſus tuos. ¶ Solus: ipſe iam deſtitutus morior qui fuerā comes tuus & ad orientem & occidentem.

BER. Decus: Verſus eſt ſaphic? endecaſillabus. Chorus videns Herculem mandaſſe ſibi parari rogum: plorat & inuocat ſolē ut nunciet mortem Herculis per totum mundum: & triſtitiam demonſtret faciendo tenebras demum vertit ſe ad totum mundum ꝙ naſceretur monſtra non eſſet Hercules qui tolleret illa. ¶ Radiate: qui habes radios ad cuius aſpectum luna depōit colorē ſuū. ¶ Vapores: calores matutinos. ¶ Hecate, luna. ¶ Ora: ga tauri dicuntur trahere currum lunæ. ¶ Leuat, remouet ora: idest frena tauris ſuis. ¶ Sabeis: orientalib? populis. ¶ Iberia, Hiſpania. ¶ Feruentem: meridionalem: ubi eſt torida zona. ¶ Plauſtro: in ſeptentrione: vbi eſt urſa.

Dextra peremptí uictor alcide uiri
Olim iacebis. hic tibi emenſo freta:
Terraſq; & umbras: finis extremus datur.
Nil querimur ultra/decuit hunc finem dari.
Ne quis ſuperſtes Herculis uictor foret.
Nunc mors legatur: clara memoranda: íclyta,
Me digna prorſus/nobilem hunc faciam diem.
Cædatur omnis ſylua, & Oetheum nemus
Suſcipiat ignis/Herculem accipiat rogus.
Sed ante mortem tu genus Pæantium
Hoc triſte nobis iuuenis officium appara.
Herculea totum flamma ſuccendat diem.
Ad te preces nunc hylle ſupremas fero.
Eſt clara captas inter incu'tas genus
Regumq; referens: Euryto uirgo edita
Iole: tuis hanc facibus: & flammis para,
Victor cruentus abſtuli patrio a lare,
Nihilq; miſeræ præter alciden dedi.
Et iſte rapitur. penſet ærumnas ſuas,
Iouis nepotem foueat, & natum Herculis.
Tibi illa pariat quidquid ex nobis habet.
Tuq; ipſa planctus pone funebres: precor,
O clara genitrix/uiuet alcides tuus.
Virtute noſtra pellicem feci tuam
Credi nouercam. ſiue naſcente hercule
Nox illa certa eſt: ſiue mortalis meus
Pater eſt: licet ſit falſa progenies mihi,
Materna culpa ceſſet: & crimen Iouis.
Merui parentem/contuli cœlo decus,
Natura me concepit in laudes Iouis.
Quin ipſe quamq; Iuppiter credi meus
Pater eſſe gaudet. parce iam lachrymis meis.
Superba matres inter argolicas eris.
Quid tale Iuno peperit ætherium gerens
Sceptrum, & tonanti nupta? mortali tamen
Cœlum tenens inuidit, alciden ſuum
Dici eſſe noluit. perage nunc Titan uices
Solus relictus, ille, qui neſter comes
Vbiq; fueram: Tartara, & manes peto.
Hanc tamē ad imos perferam laudem inclytā.
Quod nulla peſtis uicit alciden palam.
Omnemq; peſtem uicit alcides palam.

Sapphicum carmen. Chorus.

Decus mundi radiate Titan,
Cuius ad primos Hecate uapores
Laſſa nocturnæ leuat ora bigæ.
Dic ſub aurora poſitis ſabæis,
Dic ſub occaſu poſitis iberis,
Quiq; feruentem patiuntur axem,
Quiq; ſub plauſtro patiuntur Vrſæ,

DAN. ¶ Cædatur, in futura meum ex oraculo Appollinis quod acceperſit Lycmnius & Ioalus delphis. ¶ Tu genus peantium: philoctetes ex peante hæres factus eſt Hercule ſagyttarum & arcus: iuſſu Herculis ignē rogo ſuppoſuit: precioq; nephandæ Lāpadis here. fortis meliboea pharetris. ¶ Captas iter antiſtrophe cum appoſitione ſubiuncta. ¶ Victor cruēte: defenſio puellæ a ſpōtanea culpa. ¶ Pręter Alcidem: pręter cōmertium meum nullum aliud dotis munus. ¶ Penſet: reponat dolorē mea morte ¶ Fouet: excolat, uiuet. ¶ Tuque ipſa: parce lachrymis mater enī morior qui ad ſuperos ſcā do vbi felicis uitæ donatiuum accepturus ſim. ¶ Pellicem: quaſi legitima nuptiis eam cognouerit Iuppiter. ¶ Siue naſcente Hercule & cætera. aut Iuno ſuit pellex cum natus ſim Ioue patre & te matre aut pater mortalis fuit, quo circa vult Hercules matrē ipſam carere nō ſolum culpa verumetiam ſuſpitione culpæ penitus libram eſſe. ¶ Merui: ergo dignus ſum qui laude meæ virtutis dicar Ioue genitus.

DAN. Decus: dignum Herculis funus quod funeſta ac repentina ſolis caligine uniuerſo mōdo publicetur: id q? non immerito pro hoc ſapphicum carmen triſtis, & funeſtus chorus lachrymis precibus planctibus ab ipſo ſole impetrare contendit. ¶ Radiate: radioſo ſtē mate inſignite. ¶ Bigæ nocturnæ: periphraſis cadentis lunæ ad ortum ſolis. bigas luna trahunt muli ob ſterilitatē. auctor Pōpeius ¶ Sabæis: in arabia ſunt unguētoꝝ: & thuris precio percelebres, Pli. in. vii. Solinus & Strabo auctores. ¶ Patiuntur: torquentur gelu & aſſiduis niuibus.

¶ Manes

BER. ¶ Manes dic herculem ad inferos non reuerſurum. ¶ Inquieti, cerberi ſemper vigilantis. ¶ Sume accipe, inuitat eum ad dolorem. ¶ Quos nubes: facias nubiferum ſplendorem: & ſis Pallidus. ¶ Quando: & quando erit illud tempus quod inuenias alium Herculem. ¶ Quo: ad quem locum, quaſi dicat nuſquam. ¶ Quas manus: vertit ſermonem ad mūdum. ¶ Miſer: quia perdidiſti defenſorem tuum. ¶ Numeroſa: habēs plura capita ut idra. Aper ſi naſcet alius aper in arcadia q̄s manus iplorabis. ¶ Rhodopes alumnꝰ: alius Diomedes. ¶ Helices: vrſæ ſeptentrionalis vbi ſunt populi crudeles. ¶ Stabulū: quia ibi paſcebat equos ſuos carne humana. ¶ Iacet par: terra videt Herculem mori ſicut alii moriuntur: vnde ē par omnibus: licet dum viueret non eſſet æqualis aliis: ſed ſimilis tonanti Ioui. Planctus exhortatur mundum ad lugendum. ¶ Cohibente nodo: ligante nullo vinculo. ¶ Exertos: nudatos. ¶ Sola recludantur omnia templa præter vnū Iunonis. ¶ Obductis: clauſis. ¶ Nouercæ: Iunonis. ¶ Vadis: vertit ſermonem ad Herculem. ¶ Triumphum cerberum. ¶ Vmbra, tu non eris ille Hercules cum corpore ſicut prius credebant vmbras ſeruare illam imaginē quā habebant in corpore: ſicut de deiphœbo qui apparuit æneæ truncatis naribus. ¶ Solum, ut fecit prius ſed multas alias animas quia nunc non eris grauis ¶ Puppis: cimba charontis quæ animæ vehuntur ad inferos. ¶ Non tamen: non eris inter uiles animas, ſed cum iudicibus inferni cū quibus iudicabis. ¶ Geminos cretas, Rhadamantum & Minoem cretenſes. ¶ Diſcernens: Exanimas.

Dic ad æternos properare manes
Herculem: & regnum Canis inquieti.
Vnde non unquam remeauit ullus.
Sume: quos nubes radios ſequantur.
Pallidus mœſtas ſpeculare terras:
Et caput turpes nebulæ pererrent.
Quādo: pro Titan: ubi: quo ne ſummæ
Herculem in terris alium ſequeris?
Quas manus orbis miſer inuocabis:
Siqua ſub terra numeroſa peſtis
Sparget intentam rabiem draconis?
Arcadum ſiquis populi uetuſti
Fecerit ſyluas aper inquietas:
Thraciæ ſiquis Rhodopes alumnus
Durior terris Helices niuoſæ
Sparget humano ſtabulum cruore?
Quis dabit pacem populo timenti,
Siquid irati ſuperi per urbes
Iuſſerint naſci? iacet omnibus par.
Quem parem tellus genuit tonanti.
Planctus immenſas reſonet per urbes:
Et comas nullo cohibente nodo
Fœmina exertos feriat lacertos.
Solaq; obductis foribus deorum
Templa ſecuræ pateant nouercæ.
Vadis ad Lethen ſtygiumq; littus
Vnde te nullæ referent carinæ.
Vadis ad manes miſerandus unde
Morte deuicta taleras triumphum.
Vmbra nudatis ueniens lacertis.
Languido uultu: trepidoq; collo.
Teq; non ſolum feret illa puppis.
Non tamen uiles eris inter umbras:
Æacumq; inter geminoſq; Cretas:
Facta diſcernens: feri tyranni.
Parcite o dites: inhibete dextras.
Laudis eſt purum tenuiſſe ferrum:
Dumq; regnabas minimum cruentis
In tuas urbes licuiſſe factis.
Sed locum uirtus habet inter aſtra:
Sedis Arctoæ ſpatium tenebis?
An grauis Titan ubi promit æſtus?
An ſub occaſu tepido nitebis?
Vnde commiſſo reſonare ponto
Audies Calpēn: loca quæ ſereni
Deprimes cœli? quis erit recepto
Tutus Alcide locus inter aſtra?
Horrido tantum procul a Leone
Det pater ſedes: calidoq; Cancro:
Ne tuo uultu tremefacta leges

¶ Dites: potentes nolite credules eſſe. ¶ Purum ferrum: iuſtitia ſine iniuria. ¶ Minimum: minimam fuiſſe licentiam: q crudelia facta non habeant locum in tuis terris. ¶ Sed locum: pulchra ſententia: oſtendit nunc quem honorē habiturus ſit Hercules apud ſuperos. ¶ Arctoæ ſeptentrionalis. ¶ Promit: accipit intelligit orientē. ¶ Occaſu: occidentem intelligit vbi eſt mare mediterraneū in hiſpania. ¶ Nitebis: ſplēdebis tanquā ſydus. ¶ Cōmiſſo: inter calpem & abilam. ſcopulos quos fregit Hercul. ut ingreſſus maris mediterranei eſſet in oceanum. ¶ Reſonare: quia ibi eſt ſtrepitus propter ſcopulos. ¶ Deprimes: grauabis præſentia tua. ¶ Tutus, quaſi dicat pauca ſunt loca vbi non ſit aliquod monſtrū quod adhuc Herculem timebit. ¶ Leone: cancro de his ſuperatis ad hercule diximus. ¶ Leges: curſus ſuos.

DAN. ¶ Nō vnquam: nunquam, vt ora dei iuſſu non vnquā credita teucris. ¶ Populi vetuſti: qualem vocat Appollonius προσεληνον και προτοσ ονειον & Theocritus, noſtri quoq; poetæ ex imitatione confirmant. ¶ Populo timenti. mortuo iam pacatore. ¶ Tellus genuit: ideſt qui alter veluti terreſtris Iuppiter cum cœleſti de paritate contendebat. ¶ Feri tyranni: ecbaſin facit admonens exemplo Herculis principes & reges ſuper ſedeant ſpoliare & rapere, ſed iuſtitiam colere, & populos in trāquilla pace cuſtodire libeat. ¶ Quis erit recepto: & cum collocet te ſupremus iuppiter ubi leo te non videat ne priſtinæ cladis recordatione conterritus inſaniat & legē aſtrorum confundat.

BER. ¶ Trepidat: Titan ſol timeret ſi videret confuſionem zodiaci. ¶ Vere dum: ponit laudem quam habiturus ē ſemper Hercules: dum in vere erunt flores & hyeme cadent folia ſemper cantabunt præconia Herculis. ¶ Ante: arguit ab impoſſibili: ꝙ prius lex naturæ diſſoluetur quam memoria Herculis perdatur. ¶ Dulci: nam eſt amara. ¶ Diſcedet, errabit cum ſit perpetuo firmum. ¶ Ponto: mari, nam dicuntur ſydera occidere in Occano. ¶ Impenſum: ſibi tributis: ¶ Nudatum, tenere contra ciues ſuos: ſi eſt aliquis qui debeat timeri petimus vindicem Herculem. ¶ En qd hoc: dat locum ſequenti ſcenæ audiebat ſtrepitum & videt philotetem venientem cum lętitia renuncian tem Herculem receptum eſſe ī cœlum. ¶ Pater mœret: interrogatiue. ¶ Timide, Iunonis timentis: ꝙ videat Herculem aſcendentem in cœlum. ¶ Titubauit: fecit tremere cœlum propter pondus Herculis. ¶ An magis: an inferi & cerberus uiſo Hercule timuerunt. ¶ Fallimur: non eſt aliquid horum quæ diximus: ſed eſt philotetes qui uiuit cum lætitia. ¶ Peas tulit, genuit philotetes filius peantis: nullum nomen apud græcos finit in n.s. ¶ Notas: quas cognoſcebant oēs populi. ¶ Heres: nam illi Hercules reliquit ſagittas ſuas.

BER. Effare, Hic ē quitus actus in quo cōmēdacio mortis Herculis habetur nutrix petit philotetē ut narret ſeriem rei: quomodo hercules mortuus ſit. ¶ Vitam: magis lętus tulit mortem ꝙ aliquis ferat vitam. ¶ Ignes, ideſt rogos. ¶ Nihil ꝰnullius mali. ¶ Sub occaſu, circa mortem docuit omnia vinci virtute. ¶ Inter vapores: quam virtutem potuit exercere con-

Aſtra conturbent: trepidetq; Titan:
Vere dum flores uenient tepenti:
Et comam ſyluis hyemes recident:
Vel comam ſyluis reuocabit æſtas:
Pomaq; Autumno fugiente cedent:
Nulla te terris rapiet uetuſtas.
Tu comes Phœbo: comes ibis aſtris.
Ante naſcetur ſeges in profundo.
Vel fretum dulci reſonabit unda:
Ante diſcedet glacialis Vrſæ
Sydus: & ponto uetito fruetur.
Quam tuas laudes populi quieſcant.
Te pater rerum miſeri precamur:
Nulla naſcatur fera: nulla peſtis:
Non duces ſæuos miſeranda tellus
Habeat: nec ulla dominetur aula.
Qui poteſt ſolum decus eſſe regni.
Semper intenſum tenuiſſe ferrum.
Siquid in terris iterum timetur:
Vindicem terræ petimus relictæ.
En quid hoc? mūdus ſonat: ecce mœret.
Mœret Alcide pater: an deorum
Clamor? an uox eſt timide nouercæ?
Hercule an uiſo fugit aſtra Iuno?
Laſſus an pondus titubauit Atlas?
An magis diri tremuere manes
Herculem: & uiſum Canis inferorum
Fugit abruptis trepidus cathenis?
Fallimur. læto uenit ecce uultu
Quem tulit Pœas: humeriſq; tela
Geſtat, & notas populis pharetras
Herculis hæres.

ACTVS QVINTVS.

Trimetri Iambici.

NVTRIX. PHILOCTETES.

Effare caſus iuuenis Herculeos precor:
Vultuq; quo nam tulerit alcides necē.
P. Quo nemo uitā. N. læt⁹ adeo ne ulti
Inuaſit ignes? Phi. eſſe iam flāmas nihil
Oſtendit ille: qui ſub occaſu Hercules (mors
Virtute uinci docuit indomita omnia.
N. Inter uapores quis fuit forti locus?
P. Quod unum in orbe uicerat nondū malum
Et flamma uicta eſt: hæc quoq; acceſſit feris.
Inter labores ignis Herculeos abit.
N. Ediſſere agedū: flamma quo uicta ē modo.
P. Vt omnis Oetheu mœſta corripuit manus:
Hinc fagus umbras perdit: & tota iacet
Succiſa trunco. flexit hinc pinum ferox
Aſtris minantem: & nube de media uocat.

tra ignes. ¶ Vnū malum: ſcilicet flamma. ¶ In orbem: cum qua pugnauerat Hercules. ¶ Hoc quoque, ſcilicet malum flamma. ¶ Acceſſit, adiuncta eſt. ¶ Abiit: acceſſit. ¶ Ediſcere: narra nihil quomodo pertulit flāmam. ¶ Vt omnis, narrat Philoctetes. ¶ Manus, famuli iuſſi ſuccidere arbores: ad rogum. ¶ Perdit: quia non faciet amplius vmbrā. ¶ Ferox, ſcilicet multitudo. ¶ Flexit: ſtrauit. ¶ Minantem: altam. ¶ Nube: de altitudine ſua, quæ uidebatur tangere nubes. ¶ Vocat: ad ſe ut cadat.

DAN. ¶ Vere dum: quādiu tempora viciſſim ſibi concedēt ſtabit æternitas nominis tui. ¶ Vetito, in quem non cadit. ¶ Quieſcant dicere. ¶ Te pater rerum: oramus ne feras terreſtre malum aliquod naſci, quod ſi futurum ſit reſtitue nobis Herculem extra quem erit nullus qui audeat congredi. ¶ Ecquid hoc: apparatus ſcenæ proximæ. ¶ Pōdus: ob pondus additi numinis.

DAN. Effare, herculeæ virtutis meritorū epilogo funebris pōpa illuſtratur: ſed prius monſtroſa ipſius Herculis mors p philoctetem iubent nutrice commemoratur. Actus quintus trimetro archilochio & monometro catalectico. ¶ Quo vultu: quā conſtantia & fortitudine. ¶ Quo nemo uitam: eclipſis vel a ſuperiori repetitio. ¶ Vnum malum: labes veneni quæ Herculem conſumpſit, & flāmam ipſam rogalem. ¶ Feris quas domuit. ¶ Vt omnis: hinc cōmemorat Philoctetes quicquid ſecutum eſt ī obitum Herculis.

¶ Mouit:

BER. ¶Mouit: illa erat tanti ponderis: ut ruitura faceret tremere cautes. i. montem œtam. ¶ Siluam minorem: minores arbores. ¶ Chaonis: chaonia regio eſt epiri alpeſtris: erat in hac ſilua quercus ita magna ut erant ille ex quibus dabantur reſpōſa in chaonia ſilua per columbas: ſō dicit loquax. ¶ Vetat: ramis ſuis faciendo vmbram ¶ Porrigit: erant ita magni rami ut extenderentur ultra alias arbores. ¶ Minax: dum nutaret. ¶ Multo vulnere: multis ictibus. ¶ Cuneos: lignum ſeu ferrum quo ī figitur in fiſſura ¶ Calybs: ipſum ferrum. ¶ Patitur: frangebatur ſecuris. ¶ Fugit: non poteſt intrare. ¶ Tandem: poſt multos ictus. ¶ Admiſit: recepit lucem ſolis. ¶ Pererrant: fugiunt ad alios ramos. ¶ Laſſis, fatigatis antequam inuenierīt ſedem: nam omnes arbores ſucciderant. ¶ Sonuit: dum inſideretur. ¶ Sacræ: conſecratæ Ioui. ¶ Profuit: quia ſuccidebantur. ¶ Aggeritur: in vnum geritur ad faciendum piram. ¶ Anguſtum: reſpectu magnitudinis Herculis: aliter legeant guſtum quaſi conſecratum ¶ In aſtra: in altum. ¶ Tenax: forte. ¶ Herculeę gratiſſime Herculi: nam illa coronatus iuit ad inferos. ¶ At ille: Hercules quādo uidit accenſum rogum ueniebat cum tanto impetu ſic leo in nemore naſamonio: naſamon enim populus iuxta mare libicū ¶ Reclini: flexo ad terrā. ¶ Nō ignes: erat ita lætus ut uideretur petere cœlum non ignes. ¶ Vt preſſit: poſtq̄ uenit in rogum: petiuit ſagittas & arcum: & donauit philotete. ¶ Eminus: a longe. ¶ Irritas, fruſtra. ¶ Media nube: etiam ſi eſſent in altum. ¶ Certa: dicuntur tela certa quæ vulnerant ꝑ intētione mittentis. ¶ Fugam, curſum per rectum tenorem. ¶ Neruo: corda arcus. ¶ Accomoda: ſuccende hanc piram. ¶ Hic modus: claua nodoſa ita ponderoſa eſt quod nemo poſſet sā tractare. ¶ Capiet: quam nulla manus poſſet

Ruitura cautes mouit, & ſyluam trahit
Secum minorem. Chaonis quondam loquax
Stat lata naſti quercus, & phœbum uetat.
Vltraq; totos porrigit ramos nemus.
Genuit illa multo uulnere impreſſo minax,
Frangitq; cuneos, reſilit excuſſus Chalybs.
Vulnuſq; ferrum patitur & truncum fugit.
Commota tandem eſt / tunc cadens lenta mora
Duxit ruinam. protinus radios locus
Admiſit omnes, ſedibus pulſæ ſuis
Volucres pererrant nemore ſucciſo diem.
Quæruntq; laſſis garrulæ pinnis nemus.
Iamq; omnis arbor ſonuit/& ſacræ quoq;
Senſere quercus horridam ferro manum.
Nulliq; priſcum profuit ligno nemus.
Aggeritur omnis ſylua, & alternæ trabes
In aſtra tollunt Herculi anguſtum rogum.
Rapit alta flammas pinus, & robur tenax,
Et breuior ilex. ſylua contexit pyram,
Populea ſylua frondis Herculeæ nemus.
At ille, ut ingens nemore ſub naſamonio
Æger reclini pectore admugit Leo,
Fertur/quis illum credat ad flammas rapi?
Vultus petentis aſtra, non ignes erant.
Vt preſſit Oetan, ac ſuis oculis rogum
Luſtrauit, omnes fregit impoſitus trabes.
Arcumq; poſcit accipe hæc inquit ſate
Pœante dona & munus alcidæ cape.
Has Hydra ſenſit/his iacent ſtymphalides,
Et quidquid aliud eminus uici malum.
Victure felix, has enim nunquam irritas
Mittes in hoſtes. ſiue de media uoles
Auferre uolucres nube. deſcendent aues.
Et certa prædam tela de cœlo ferent.
Nec fallet vnquam dexteram hic arcus tuam.
Librare telum didicit, & certam dare
Fugam ſagittis/ipſa non fallunt iter
Emiſſa neruo tela. tu tantum, precor,
Accommoda ignes, & facem extremam mihi.
Hic nodus, inquit: nulla quem capiet manus:
Mecum per ignem flagret. hoc telum Herculē
Tantum ſequetur. hoc quoq; acciperes: ait:
Si ferre poſſes/adiuuet domini rogum.
Tum rigida ſecum ſpolia nemeæi mali
Arſura poſcit/latuit in ſpolio rogus.
Ingemuit omnis turba/nec lachrymas dolor
Cuiquam remiſit/mater in luctum furens
Diduxit auidum pectus, atq; utero tenus
Exerta uaſtos ubera in planctus ferit.
Superoſq;: & ipſum uocibus pulſans Iouem:

capere. ¶ Flagret: cremetur mecū. ¶ Sequar: cōburat cū ipſa claua: nam conſequetur melius quam iactatur. ¶ Hunc. ſ. nodum haberes: ſi poſſes illum ferre. ¶ Adiuuet, ſicut alia lingua ad me comburendum. ¶ Nemei mali: petiit pellē leonis. ¶ Latuit, erat adeo magna illa pellis ut tegeret rogum. ¶ Remiſit: dolor nō pepercit lachrymis, omnes flebant. ¶ Diduxit, ſcindit. ¶ Tenus: uſq; ad uentrem. ¶ Exerta: nudata. ¶ Pulſans: accuſans.

DAN. ¶Chaonis: chaō Troianus fuit q mortuus: epirō nomē dedit memorāte Virgilio. Dodona ſilua in chaonia ubi oracula dabant columbæ iouis. ¶ Phœbeūs radios & lucē ſolis. ¶ Frangitq; cuneos: quaſi hac mōſtra indignā Herculis mortem arguerent. ¶ Taodē: geminatis ictibus. ¶ Domꝰ. nidi. domū nidū dicit qd ex nidis uolucrū primū fuit domus excogitatata & cœpta fabricari curialꝰ & hyperbius fratres athenis: domos cōſtituerūt antea ſpecus erat ꝑ domibus quidā hoc uiuētum ueſtæ a ſcribunt. ¶ Naſamon: in libia populus predator. Silius lib. tertio. Accipe hæc inquit quēadmodum ſuperius perſtrinxit: ſagittas & arcum philotetti Hercules tradidit nec poterat qſpiā extra philoctetem hæc tela torq̄re ſagittas cogente Vlyxe inuentas in expeditione troiani belli cū tractaret vnius ſagittę caſu ille pes vulnerās eſt quo hic culis tumulum idicauerat ¶ Vulneris fœtore apd lēnum relictꝰ eſt. Propertius canit fuiſſe ſanatum a machaōe. ¶ Tarda philoctete ſanauit crura Machaon & reuerſus Troia cōdidit petiliam in Calabria. De media nube aere. ¶ Certā nunq̄ fallentem. ¶ Hic nodus, claua Herculis fuit ex ligno oliuę trinodis admodū in caput creſcēa de qua meminit apollonius in q̄rto. σ τ ι βαρον δ' ε χ ε ν ο ζ ο ν ι δ ε α ι ν σ τ ο ζ α τ ε , τ ο ι σ ι ϖ ε λ ω ρ τ ο δ ε α τ ϖ ε φ ι ο ι σ ε ν ι ο β ο λ κ σ α σ &c. ¶ Fœminea: acri & uehemēti uoce.

BER.

Impleuit omnem uoce fœminea locum.
Deforme letum mater Herculeum facis.
Compeſce lachrymas,inquit,introrſus dolor
Fœmineus abeat.Iuno cur lætum diem
Te flentre ducat?pellicis gaudet ſuæ
Spectare lachrymas. comprime ifirmum iecur
Mater,nefas eſt ubera,atq; uterum tibi
Laniare,qui me genuit,& dirum fremens.
Qualis per urbes duxit argolicas Canem,
Cum uictor Erebi Dite contempto redit
Tremente fato,talis incubuit rogo.
Quis ſic triumphans lætus in curru ſtetit
Victor?quis illo gentibus uultu dedit
Leges tyrannus?quanta pax obitum tulit?
Hæſere lachrymæ cecidit expulſus dolor
Nobis quoq; ipſis,nemo morituro ingemit.
Iam flere pudor eſt,ipſa,quam ſexus iubet
Mœrere,ſiccis hæſit alcmene genis.
Stetit nato pene iam ſimilis parens.
N.Nullas ne in aſtra miſit ad ſuperos preces
Arſurus?aut in uota reſpexit iouem?
P.Iacuit ſui ſecurus,& cœlum intuens
Quæſiuit oculis,arce an ex aliqua pater
Deſpiceret illum,tum manus tendens ait.

DAN.

Quacunq; parte proſpicis natum pater:
Hic eſt pater,quem nocte commiſſa dies
Quæſiuit unus,ſi meas laudes canit
Vtrunq; phœbi littus,& ſcithæ genus,
Et omnis ardens ora,quam torret dies.
Si pace tellus plena,ſi nullæ gemunt
Vrbes,nec aras impias quiſquam inquinat.
Si ſcelera deſunt,ſpiritum admitti hũc precor,
In aſtra nec me mortis infernæ locus,
Nec mœſta nigri regna conterrent iouis.
Sed ire ad illos umbra:quos uici:deos
Pater erubeſco,nube diſcuſſa diem
Pande:ut deorum uultus ardentem Herculem
Spectet.licet tu ſydera:& mundum neges.
Vltro pater cogere.ſi uoces dolor
Abſtulerit ullas,pande tunc ſtygios lacus:
Et redde fatis,approba natum prius.
Vt dignus aſtris uidear:hic faciet dies.
Leue eſt,quod actũ eſt,Herculem genitor prius
Inuenit:an damnauit?hoc poſtq; addidit:
Nouerca cernat:quo feram flammas modo.
Flammas popoſcit:hoc age alcidæ comes:
Non ſegnis:inquit:corripe Oetheam facem.
Quid dextra tremuit? num manus pauida ipiũ
Scelus refugit?redde iam pharetras mihi
Ignaue:iners:inermis.eſt noſtros manus

¶Deforme:Hercules audiens matrem clamantem dixit noli flere mr̃ ne mortem meam turpem facias. ¶Iecur:ubi eſt ſedes amoris & indignationis. ¶Firmum præme dolorem intus. ¶Dirum:cum magna uoce furens depoſuit caput ut moreretur tali impetu ut fuit quando duxit cerberum. ¶Dite contempto:plutõe neglecto. ¶Fato:morte tremẽte. ¶Quis ipſa tanta lætitia fuit ad mortem:quanta nullus unquam triumphauit. ¶Illo:tam lœto uultu. ¶Hæſere:firmate ſunt qui uidendo illum:ita lœtum. ¶Sexus:ſcilicet fœmineæ natura facilis:ad lachrymas. ¶Siccis:ſine lachrymis. ¶Pœne ſimilis:ita fortis. ¶Securus:ipſe per ſe fortis:nullum rogauit. ¶Deſpiceret:deorſum aſpiceret. ¶Vnus dies:ſum ille filius qui genitus ſum geminata nocte. ¶Commiſſa:coniuncta. ¶Quæſiuit acquiſiuit. ¶Vtrunq; littus:orientis & occidentis ſi totus mundus cantat laudes meas q peperi pacem omnibus populis tu debes recipere me in cœlum. ¶Ardens ora regio orientalis. ¶Gemũt:mortem meã. ¶Inquinat:maculata cruore humano:nã omnes ſceleratos de mundo ſuſtuli. ¶Deſunt:per me remota ſunt. ¶Admitti:recipi. ¶Nigri:Iouis Plutonis ne ad inferos deſcẽdam. ¶Ad illos:ſcilicet infernales. ¶Vmbra:anima ſeparata a corpore.

¶Nube:quare ſol obduxerat Radios nubibus ad teſtãdum dolorem de morte Herculis. ¶Neges ſydera ſita non uis mihi dare cœlum facias ſaltem ut dii ſpectent me ardentẽ. ¶Voces:reuocat ſententiam:ſi dixi quicquam indignum parce dolori meo qui me ita coegit loqui. ¶Fatis:loco mortis. ¶Approba:uirtutem meam prius tamen iudicat dignam cœlo. ¶Leue:parum ẽ quod feci reſpectu illius quod faciam hodie. ¶Prius:quaſi dicat damnas me priuſq; quam cognoſcas me filium tuum. ¶Addidit:poſtea dixit ſaltem aperi cœlum ut Iuno uideat quam fortiter feram flammas. ¶Popoſcit:his dictis petiuit ignẽ ſupponi rogo. ¶Comes:o philotetes. ¶Oetam:in mõte œta. ¶Tremuit:ego timebam ſupponere ignem & ipſe dixit cur tremis tu putas hoc eẽ ſcelus impium. ¶Redde,quia non mereris tela fortis uiri.

¶Iuno cur lætum diem:quæ forris conſtantia & patientia noſtra inuidia carpitur:macreſcit nãq; inuidia aliena ſemp felicitate. ¶Dirum:tremendum & horribilit fremẽs. ¶Quis ſic triumphans:ſuprema & maxima laus Herculis qui mortem non expauerit ſed tanquã triumphãs illam adierit. ¶Quanta:hipalage. ¶Hæſerunt:nõ emanarunt:ne ipſi quidem Alcmenæ quam ſexus infirmitas & amor maternus debuerant cõmouere. ¶Iſte eſt:filius ille unicus.

Quæ tendat arcus?quis ſedet pallor genis?
Animo faces inuade,quo alciden uides
Vultu iacere,reſpice arſurum miſer.
Rogat ecce iam me genitor,& pandit polos.
Venio pater,vultuſq; non idem fuit.
Tremente pinum dextera ardentem impuli.
Refugit ignis,& reluctantur faces:
Et membra uitant.ſed recedentem hercules
Inſequitur ignẽ.Caucaſum,aut pindũ,aut atho.
Ardere credas.nullus erupit ſonus.
Tantum ingemiſcit ignis ad durum iecur.
Typhon in illo poſitus immanis rogo
Gemuiſſet ipſe quiq; conuulſam ſolo
Impoſuit humeris Oſſan Enceladus ferox.
At ille medias inter exurgens faces
Semuſtus,ac laniatus,intrepidus,rubens.
Nunc o parens herculea,ſic ſtare ad rogum
Te mater:inquit:ſic decet fleri herculem?
Inter uapores poſitus:& flammæ minas
Immotus:inconcuſſus:in neutrum latus
Correpta flectẽs membra adhortatur : monet:
Gerit aliquid ardens . omnibus fortem addidit
Animum miniſtris/urere ardentem putes.
Stupet omne vulgus/uix habẽt flammæ fidem.
Tam placida frons eſt:tanta maieſtas uiro.
Nec properat uri/cumq; iam forti datum
Leto ſatis penſauit:igniferas trabes
Hinc inde traxit : nimia quas flamma occupat.
Totaſq; in ignem uertit,&,qua plurimus
Exundat ignis:recipit intrepidus:ferox.
Nunc ora flammis implet.aſt illi graues
Luxere barbæ:cumq; iam vultum minax
Appeteret ignis:lamberent flammæ caput.
Non preſſit oculos:ſed quid hoc?mœſtã intuor
Sinu gerentem reliquias magni herculis.
Crinemq; iactans ſqualidum alcmene gemit.

Trimetri Iambici.

ALCMENA. PHILOCTETES.

TImete ſuperi fata:tam paruus cinis
Herculeus ẽ, huc ille decreuit gigas.
O Quanta titan in nihil moles abit?
Anilis(heu me)cœpit alciden ſinus.
Hic tumulus illi eſt ecce uix totam hercules
Compleuit urnam. quam leue eſt pódus mihi.
Cui totus æther pondus incubuit leue.
Ad tartara olim et regnaq; o nate ultima
Redditurus ibas:quando ab inferna Styge
Remeabis iterum:non uti ſpolium trahas:
Rurſumq; Theſeus debeat lucem tibi.
Sed quando ſolus?ignis impoſitus tuas

BER, ¶ Animo:ſuppone ignem eo animo quo me uides expectare. ¶ Arſurum:cape exemplum a me qui non timeo cũ arſurus ſim. ¶ Rogat: tu tardas : & iuppiter iam me uocat in cœlum. ¶ Venio: uerba Herculis. ¶ Impulit: tunc ſuppoſui facem ardentem tremente manu. ¶ Refugit: uidebatur fugere. ¶ Reluctantur: nolebant appropinquare. ¶ Recedentem:ipſe ſequebar ignem . ¶ Caucaſum: q2 ille rogus erat tãta ſtrues ut ardere crederes caucaſum ſeu athõ. ¶ Sonus: nulla lamentatio. ¶ Ingemiſcit: ꝗ combureret Herculem. ¶ Typhon:ſiue typheus gigas: credo ꝗ ſi ibi fuiſſet ingemuiſſet. ¶ Encheladus:Gigas qui portauit. ¶ Oſſam:montem theſſaliæ. ¶ At ille:ſcilicet Hercules ¶ Parens : herculea mater herculis . ¶ Correpta:ſcilicet ab igne.nõ mouebat ſe . ¶ Gerit aliquid: nam ligna aptabat forte deficiente igne . ¶ Monet: ne fleamus . ¶ Vrere: erat eo animo ut ſi ipſe ureret alium. ¶ Fidem uix:credebant illum ignem eſſe uerum ꝗ Hercules tam fortiter ferret eas flammas. ¶ Placita : non perturbata ¶ Properat : ut pœna eſſet breuior. ¶ Cumq; leto forti : quando putauit ſatis quod feciſſet multa fortiter ĩ morte poſtea uoluit mori . ¶ Exundat:ubi uidebat maiorem ignem illuc ibat. ¶ Luxere: ſcilicet igni ¶ Barbe: Seruius dicit ĩ plurali barbas de animalibus in ſingulari de homine. ¶ Minax:cum inſtaret ignis prope vultum nũquam clauſit oculos. ¶ Lãberent:circũdarent. ¶ Sed quid hoc:dat locum ſequẽti ſcenæ. ¶ Nam uidet Alcmenam:quæ portabat cineres Herculis cremati.

BER, TImete . Veniẽs Alcmena cum reliquiis herculis uitæ noſtræ conditionem nõ diu durare oſtẽ

dit: & lamentatur de ſeipſa ubi habitura ſit locum: amiſſo Hercule. ¶ Superi, timete: etiam uos mortem quando uidetis Herculem mori . ¶ Gigas: Hercules ita magnus ut uideretur gigas . ¶ Decreuit , a decreſco. diminutus eſt tantum ut capiatur in parua urna ¶ Titan: exclamat ad ſolem. ¶ Moles magnitudo corporis . ¶ Anilis ſinus: gremium meum recuit herculem olim ita magnum. ¶ Hic : hæc parua urna . ¶ Leue:quia parum ponderat. ¶ Iterum : quaſi dicat nunquam . ¶ Debeat lucem : quod reduxeris eũ ad ſuperos non quæro qd̃ redeas cum ſpolio ab inferis uidelicet cũ cer. & the. ut prius rediſti : ſed ſolus ¶ Ignis : ardens flegeton retinebit animam tuã.

DAN ¶ Non idem fuit : quando reſpondit patri. ¶ Iecur ꝙ parte & lachrymari cogimur & amare. ¶ Encheladus: Titani & terræ filius ſuppoſitus ætnæ.caret diſtio ſpiritu . ¶ Mater herculea: Alcmenæ . ¶ Gerit aliquid: uitam ſemper degit negocioſa; adeo ut moriens aliquid etiam geſſerit me iuuans me admonens.

DAN. TImete ſuperi. Venit Alcmena in funere Herculis p alcmenã matrem & inuitatos ab ea ad funeſtũ mun?. ¶ Decreuit:exinanitus eſt. ¶ Gigas:Hercules immani corpore. ¶ Anilis ſinus:ſic electra exemptos de urna fictitios oreſtis cineres in ſinum repoſuit. ¶ Cui tutus:cum loco athlãtis cœlum ſuſtinuit. ¶ Quando: nunquam.

BER.

Compeſcet vmbras/teq; tartareus canis
Inhibere poterit, quando Tænareas fores
Pulſabis? ah quas mater ad fauces agar?
Q ua mors aditur? uadis ad manes iter
Habiturus vnum. quid diem queſtu tero?
Q uid miſera duras uita? quid lucẽ hanc tenes?
Q uem parere rurſus Herculem poſſum ioui?
Q uis me parentem natus alcmenam ſuam
Tantus uocabit? o nimis felix, nimis
Thebane coniux, tartari intraſti loca
Florente nato/teq; uenientem inferi
Timuere forſan. quod pater tantum Herculis
Vel falſus aderas, quas petam terras anus?
Inuiſa ſæuis regibus, ſiquis tamen
Rex eſt relictus ſæuus/hei miſeræ mihi.
Q uicunq; cæſos ingemunt nati patres
A me petent ſupplicia. me cuncti obruent,
Siquis minor Buſiris/aut ſiquis minor
Antæus. urbes perfidæ terrent plagæ.
Ego præda ducar. ſiquis iſmarios greges
Thracis cruenti uindicans, carpent greges
Mea membra diri. forſitan pœnas petet
Irata iuno. totus uertetur dolor.
Secura uicto tandem ab alcide uacat.
Pellex ſuperſum, ſupplicia de qua exigat.
Ne parere poſſem, fecit hic natus mihi
Vterum timendum. quæ petam alcmene loca?
Q uis me locus? quæ regio? quæ mundi plaga
Defendet? aut quas mater in latebras agar?
Vbiq; certe nota. ſi patriam petam,
Lareſq; miſeros, argos Euriſtheus tenet.
Orbata thebas, regnum & Hiſmenum petam,
Thalamoſq; noſtros, in quibus quondam iouẽ
Dilecta uidi? pro nimis felix nimis,
Si fulminantem & ipſa ſenſiſſem iouem.
Vtinam meis uiſceribus alcides foret
Exectus infans, nunc datum eſt miſeræ, datum
Videre natum laude certantem ioui.
Et hoc daretur ſcire, quod fatum mihi
Eripere poſſet/quis memor uiuet tui
O nate populus? omne iam ingratũ eſt genus.
Petam Cleonas? arcadum an populos petam?
Meritiſq; terram nobilem quæram tuis?
Hic dira ſerpens cecidit, hic ales fera,
Hic rex cruentus, hic tua fractus manu,
Q ui te ſepulto poſſidet cœlum Leo.
Si grata terra eſt, populus alcmenam tuam
Defendat omnis. Thracias gentes petam,
Hebriq; populos? hæc quoq; eſt meritis tuis
Defenſa tellus, ſtabula cum regno iacent,

¶ Tenareas: ubi eſt ingreſſus ad inferos. ¶ Pulſabis, ſcilicet redeundo: quaſi dicat nunquam. ¶ Aditur: petitur locus mortis: quæ uia ſequar te ad inferos. ¶ Vnum: quia ibi & non redibis: ideo ſolũ iter erit. ¶ Duras, iam debuiſſes deficere uidendo mortem filii. ¶ Tantus: tã magnus ut Hercu. quaſi dicat nunquã talem habebo. ¶ Thebani coniux: amphitrio: fœlix q: mortuus nõ uides tantum dolorem de morte filii. ¶ Timere: quia eras pater Hercu. ¶ Vel: etiam ſi nõ eras u rus pater eius. ¶ Anus: ipſa uetula quo ibo cum ſim odio omnib' Tyrannis propter filium. ¶ Si quis: corrigit ſe: ſi quem filius meus reliquit in terras quaſi dicat: interfecit omnes. ¶ Nati. i. filii illorum quos interfecit petent a me ſuppliciũ. ¶ Buſiris: minor filius buſiris. ¶ Perfidæ: plage regionis in meridie, ubi populus perſee. ¶ Hiſmarios: thracenſes equos ſi quis filius diomedis reſtat. ¶ Greges duri: equi paſſi carne humana dilacerabunt me apponet me præſepibus illorũ. ¶ Irata quia dicor pellex eius. ¶ Vertetur: odium quod habebat in Herculem totum uertet in me. ¶ Secura: nihil curans de hercule qa uictus eſt. ¶ Vacat: non habet agendum aliquid: vnde ipſa ſuperſum eius pellex in quã exerceat iras. ¶ Ne parere: timebit ne pariam alterum Herculem propterea me perdet. ¶ Nota: cognita propter uirtutem Herc. ¶ Patriam: argos. ¶ Euriſthe', qui ĩpabat herculi. ¶ Orbata: priuata filio. ¶ Hiſmenum: fluuium thebanum. ¶ Thalamos, ga nupta fuit amphitrõi. ¶ Fulminãtem nimis fœlix fuiſſem ſi iuppiter me fulminaſſet: quẽadmodũ ſemelem Thebanam matrem bacchi & deutero meo fuiſſet exectus: ideſt inciſus infans her. ¶ Certantẽ equãtem laudes her. ¶ Et hoc u: eo amiſſo magis dolerem nam magis dolemus amiſſis rebus magnis quã paruis. ¶ Cleonas: ciuitatem ubi Hercules leonem: interemit. ¶ Nobilem: famoſam. ¶ Meritis: qui ibi interfecit aprum hic alio loco, ales fera ſtimphalis. ¶ Rex: cruentus Buſiris. ¶ Leo: ſcilicet nemeus ſeu cleoneus qui in aſtra collocatus eſt. ¶ Defenſa: quia ibi interfecit diomedẽ.

DAN.

¶ Tænareæ fores: fauces quæ ducunt ad tartarum. ¶ Mater ego Herculis. ¶ Additur: paſſiue ſicut Ouidius in analibus. Vnde nem' nullis illud aditur eqs. ¶ Durus: ſuſtines. ¶ Tenes, moraris. ¶ Quẽ parere: quãdo nullum amplius paritura ſim Herculi ſimilimum meſtus moriar comes Herculis q̃ ſuperuiua ȝ orba. ¶ O nimis fœlix, qui funus filii non deploraſti: cõtra infœlix pater quiupereſt functo filio quemadmodum neſtor qui de nimio ſtamine de legibus fatorum multa conqueſtus eſt qd uiderit actis antilochi barbam ardentem. ¶ Venientem: eum te ſicut uiciſſim eo pro uenio frequenter uſurpatur. Vel falſus etiam ſi falſus omnino formidabilis fama percelebri tui gnati. ¶ Cæſos: ab Hercule. ¶ Buſiris: tale eſt, ſi quie mihi paruulus aula luderet æneas & quidem ſi honoratio credimus patribus filii erant cognomines ubi alterius nomen fuiſſet prætermiſſum. ¶ Forſitan pœnas petet: exiget a me pœnas iniuriam filii ſi quas vnquam niſi uincẽdo illi fecit iniurias aut q a me natus ſit: licet teſtante Papinio. Nil culpa nepotibus obſtet. ¶ Vertetur: in caput meum cum detur omnis faba. ¶ Euriſtheus, æmulus Herculis cui propter naſciturum Herculem cœlum iterclusũ eſt indignatione Iouis. ¶ Et ipſa: ſicut ſemele. ¶ Cleonæ: ſunt iuxta Nemeam in Archadia: vnde cleoneus leo quem peremit Hercules. Valerius flaccus in primo cleoneo iam tempora cluſus hiatu alcides. ¶ Hebri populos: Thracas. hebrus fluuius ex pindo trahens ortum ut placet Ariſtoteli in ſecundo methaurorum.

¶ Vbi

BER. ¶ Vbi: quaſi dicat in nul-
lo loco: quia toti mundo
dedit pacem. ¶ Conten-
dat, ut habeāt cineres tuos
¶ Onus: urna quam ge-
ſtabat Alcmena manibus.
¶ Totus orbis: tua fama,
erit tibi magnum ſepul-
chrum per totum orbem.
¶ Quid anime: ſeipſam di
cit non timendum eſt: dum
tenes cineres filii: quia ad-
huc erūt tibi præſidia quā
do reges adhuc timebunt
vmbram Herculis. ¶ De-
bitos conſolatur Alcme-
nam philotetes. ¶ Abſtu-
lit iter: nam cum mors ex-
tinguat omnia ſola uirtus
ſuperſtes reſtat: vnde non
eſt dolendum de morte fi-
lii qui tot præclara facino
ra egit ut immortalitatem
nois ſui meruerit. ¶ De-
generes: uiles carentes uir
tute. ¶ Sedabo: interroga-
tiue ceſſabo. ¶ Vindicem:
vnde magna eſt mea iactu
ra. ¶ Vtrunq; oceanum:
orientem & occidentem.
¶ Quod amiſi vnum filiū
ſed poſſum exiſtimare per-
didiſſe multos in vno: nam
plures ualebat. ¶ Condi-
di: ſepeliui. ¶ Poteram da-
re: & ſi nō haberem filium
regum uictorem. ¶ Vna:
cum haberem filium Her-
culem nunquam feci uota
diis quia illis non indige-
bam. ¶ Quid: quaſi dicat:
oia poterat dare. ¶ Ma-
nū: ſcilicet Herculis. ¶ De
fleuit: nunc comparat mi-
ſeriis aliorum. ¶ Bis ſepte
nos quatuordecim filios
Niobem intelligit de qua
diximus in prima tragœ-
dia. ¶ Ille: meus Hercules
¶ Quot gregibus: quam
multæ multitudini filiorū
poterat æquari. ¶ Alcme-
ne ipſa ut numeraretur in-
ter miſeras matres. ¶ Da-
bit: ſcelicet exemplum mi-
ſeræ matris. ¶ Ceſſate o
matres iam ceſſate a luctu
& conſolate uos in compa
rationem mei. ¶ Pertinax,
adhuc durans. ¶ In ſaxa: ſi
cut dicitur de niobe. ¶ His
malis: ſcilicet meis. Nam
plura habeo q̄ uos omnes
ſimul. ¶ Agedum: exhor-
tatur ſeipſam ad luctum.
¶ Vna: ego ſola non ſum
ſatis ad tantum luctum.
Vnde uellet totum mun-
dū reſonare plāctu. ¶ Bre

Hic pax cruento rege proſtrato data eſt.
Vbi enim negata? quod tibi infelix anus
Quæram ſepulchrum? de tuis totus rogis
Contendat orbis. reliquias magni Herculis
Quis populus, aut quæ tēpla, quæ gentes colēt?
Quis iam petet, quis poſcet alcmenes onus?
Quæ tibi ſepulchra nate, quis tumulus ſat eſt?
Hic totus orbis fama erit tumulus tibi.
Quid anime trepidas? Herculis cineres tene.
Complectere oſſa/reliquiæ auxilium dabunt.
Erunt ſatis præſidia/terrebunt tuæ
Reges uel vmbræ. Phi. debitos nato quidem
Compeſce fletus mater alcmene inclyti.
Non eſt gemendus, nec graui urgendus nece.
Virtute quiſquis abſtulit fatis iter.
Æterna uirtus Herculem fleri uetat.
Fortes uetat mœrere/degeneres iubet.
A. Sedabo queſtus? uindicem amiſi parens
Terræ atq; pelagi, quaq; purpureus dies
Vtrunq; clara ſpectat oceanum rota.
Quot miſera in vno condidi natos parens?
Regno carebam/regna ſed poteram dare.
Vna inter omnes terra quas matres gerit,
Votis peperci, nil ego a ſuperis petii
Incolume nato. quid dare Herculeus mihi
Non poterat ardor? quis deus quidquam mihi
Negare poterat? uota in hac fuerant manu.
Quidquid negaret Iuppiter, daret Hercules.
Quid tale genitrix ulla mortalis tulit?
Defleuit aliqua mater, & toto ſtetit
Succiſa fœtu/biſq; ſeptenos greges
Deplanxit vna/gregibus æquari meus
Quot ille poterat? matribus miſeris adhuc
Exemplar ingens deerat/alcmene dabit.
Ceſſate matres, pertinax ſiquas dolor
Adhuc iubet lugere/quas luctus grauis
In ſaxa uertit. cedite his cuncta malis.
Agedum, ſenile pectus o miſeræ manus
Pulſate. & vna funeri tanto ſat eſt,
Grandæua anus defecta? quod totus breui
Iam quæret orbis/expedi in planctus tamen
Defeſſa quanquam brachia, ut inuidiam deis
Lugendo facias. aduoca in planctum genus.

Anapeſtici.

ALCMENA SOLA.

FLete alcmenen, magniq; Iouis
Plangite natum/cui concepto
Lux vna perit, noctesq; duas
Contulit Eos. ipſa quiddam
Plus luce perit/tota pariter

ui: ſcilicet ſpacio naſcen-
tur monſtra nec erat Her-
cules: & eum omnes uoca-
bunt. ¶ Expedi: exere bra-
chia nuda ad plangēdum.
FLete, mutat BER.
verſuʒ & fa-
cit anapeſti
cum. Alcme
nem: miſe-
rias meas.
¶ Eous: aurora. ¶ Contu
lit: coniunxit. ¶ Plus luce
q̄uis lux ſit utilis uite: tñ
aliqd maius petit. ſ. Her.
¶ Hic pax: illic pax tran- DAN.
quilla duce filio. ¶ De tuis
totus rogis: quæritur glo-
ria a populis per monumē
ta uirorum præſtantium:
quemadmodum grauis il-
la & capitalis pugna teſti-
ficatur inter himerenſes &
catanenſes exorta de cine-
ribus Steſichori ad quā
dirimēdam Phalaris Aſti-
phaleus iudex electus fuit,
& tandē p Catanēſe plata
ſnia: quoniā apcatane ſtu
diis litterarum operam na
uaſſet egregiam. Imereus
enim fuit Steſichor⁹. poe-
ta cæcus: cæteꝗ; facundiſſi
m⁹ ¶ Onus alcmenes, her.
¶ Hic totus orbis: cœlū
ſepultura eſt urna carenti-
bus itu uero ubiq; erit pręſ
ſto fama & meritis. ¶ Re-
liquiæ hercu. etiam mor-
tuus tibi opem feret herc.
¶ Non eſt gemendus more
eorum lugenda eſt: quo-
rum laue emori non po-
teſt ¶ Vindicem: ego pa-
rene amiſi uindicem terrę.
¶ Quot miſera vnus her.
eſt mihi flendus pro innu-
meris gnatis quo ſolo erā
regina, nā gloria parentis
eſt filius ſapiēe. ¶ Succiſa:
orba fœtu prius. ¶ Ceſſa
te miſes ego vna hodie an-
cedo oēs miſeras miſeria.
FLete: Hercule-
ruʒ uirtutē per DAN.
lugētem Alcme
nam anacepha-
leoſis Carmine
pindarico. ¶ Vos: craſis
in dictione aut melius ſm
græcam inflexionem quæ
eſt γοσ, οοσ. inde torque-
tur νοοσ quæ dictio non-
nunq̄ corripit primā apud
latinos qd nuſq̄ inuenies in
græcis auctoribus: cur id
egāt latini uiderit eruditi,
duæ noctes fuerūt cōmiſſę
dum her, ſereret Iuppiter.

tus ſuppoſitum: ex græco dictionario item tollenda eſt pertinax mēda quę ſub armis montibus fert eſſe ſepultum: & pſyli poſita ē ſuper α quaſi ſeparata ſit dictio &,τιν loco præpoſitiōis preſſa: quo loco cui uertendum ſit ultio nō eſt meum finire. Ego: qui dolet Herculis uitam non potius armis quam peſte finiri. heu me miſerum qui morior: hoſte fœmina & utinam Iunone fœmina ſi omnino mihi ſub fœmina moriendum erat.

BER. Terq: ſi mea mors cucurrit ter tam turpia fata in mulieres ſcilicet Iunonem & amazones: & Deianirā. Cadere: mori. Iunonis, nam laudabilius fuiſſet ꝙ odio Iunonis periſſem quæ regina cœli dicitur. Nimis, ſcilicet uiſum eſt ut caderem manu Iunonis. Fœminæ cuius: quaſi dicat uiliſſime Deianirę Iuno tu habes partem dedecoris quod non potuiſti me occidere quem Deianira nunc perdidit. Quid: tu lætaris quod morior: ſed deberes triſtari. Tale: nunquam potuiſti mittere tale monſtrum: quod occideret me. Irate tibi: ſcilicet contra me. Mortalis: una Deianira potuit quam tu & ego. Imparem: non ita fortem & potentem ut perdere poſſes Herculē. Duobus: ſcilicet deianira & a me. Pudeant, quia non potuerunt me occidere. Utinam, ſaltē periſſem ab aliquo monſtro quæ ſuperaui. Nemea peſtis: nemeus Leo. Vallatus: circundatus. Tabe: ſanguine meo infecto. Inter: umbras, utinam retētus fuiſſem apud inferos. Spolia ultima: cerberum de ultimo regno. Læto inclyto morte glorioſa. Triformis: cerberus habent tria capita qui

Voluere fata/perq; tam turpes colos
Mea mors cucurrit/cadere potuiſſem mihi
Iunonis odio/fœminæ caderem minis,
Sed cœlum habentis/ſed nimis ſuperis fuit.
Scythico ſub axe genita domuiſſet meas
Vires amazon. fœminæ cuius manu
Iunonis hoſtis uincor? hinc grauior tui
Nouerca pudor eſt. quid diē hūc lætum uocas?
Quid tale tellus genuit iratæ tibi?
Mortalis odia fœmina exceſſit tua.
Adhuc ferebas eſſe te Alcidæ imparem:
Victa es duobus pudeat irarum deos
Utinam meo cruore ſatiaſſet ſuos
Nemeæa rictus peſtis. aut centum anguibus
Vallatus Hydram tabe pauiſſem mea.
Utinam fuiſſem præda centauris datus.
Aut inter umbras uictus æterno miſer
Saxo ſederem. ſpolia cum traxi ultima
Fato ſtupente. tunc ab inferna ſtyge
Lucem recepi/Ditis euici moras.
Ubiq; me mors fugit, ut leto inclyto
Fortis carerem. pro feræ uictæ o feræ.
Non me triformis ſole conſpecto canis
Ad ſtyga reduxit. non ſub heſperio polo
Ibera uicit turba paſtoris feri
Non gemina ſerpens: perdidi mortē, hei mihi,
Toties honeſtam/titulus extremus quis eſt,
C. Uidens ut laudis conſcia uirtus
Non lethæos horreat amnes?
Pudet authoris: non morte dolet.
Cupit extremum finire diem
Vaſta preſſus mole gigantum:
Et monſtriferum titana pati.
Rabidæq; necem debere feræ.
Si tua cauſa eſt miſeranda necis.
Quod nulla fera eſt, nullusq; gigas.
Iam quis dignus necis Herculeæ
Supereſt author: niſi dextra tui?
H. Heu qs intus ſcorpius: qs feruida
Plaga reuerſus cancer infixus meas
Urit medullas? ſanguinis quondam capax
Tumidi iecur pulmonis arentes fibras
Diſtendit/ardet felle ſiccato iecur.
Totumq; lentus ſanguinem auexit uapor.
Primam cutem conſumpſit/hinc aditus nefas
In membra fecit abſtulit coſtis iecur.
Exedit artus penitus/& totas malum
Hauſit medullas/oſſibus uacuis ſedet.
Nec oſſa durant ipſa/ſed compagibus
Diſcuſſa ruptis mole collapſa fluunt.

uiſo ſole uoluit retrahere Herculē ad inferos. Paſtoris feri: gerionis. Gemina ſerpens: uel intelligit ſerpentes miſſos a Iunone quando in cunis erat: uel hydrā quæ geminabat capita. Uidens: inducit chorum: qui dicit Herculem dolere nō de morte: ſed de genere mortis. Auctoris: ſcilicet mortis ſuæ. Cupit uoluiſſet mori contra aliquem gigantem: aut cōtra rabidam feram. Si tua: ſi doles de genere mortis: nō de morte: quis eſſet dignus occidiſſe te non eſt aliquis qui potuiſſet te ſuperare: cū omnia uiceris: opus fuiſſet ut teipſum pdidiſſes. Niſi dextera: niſi occidas te ipſum. Heu quis oſtendit cruciatum ſuum. Feruida: quia cum ſol eſt in cācro magni ſunt ardores: nam eſt ad torridam zonam. Sanguis: iam aſſumpta ſunt uiſcera mea. Capax: ꝙ ſolebat hēe ſāguinē nūc totū aret. Auexit: ꝯſumpſit. Vapor: calor ueneni tardus qui paulatim conſumit. Primam, primo conſumpſit pellē: poſtea interius membra. Fluunt: cadūt & ſeparantur. Compagibus: iuncturis. Collapſa: mole cadēte magnitudine corporis.

Non morte dolet: quod foret præter decorum uiri fortis & magnanimi. Ardet felle ſiccato: inteſtina & partes uitales iam in me ſunt conſumpta: & membra, atq; Hercules illic per totum corpus uigor contabuit ut uix cognoſcat amplius Hercules adeo ſtrigoſa ſunt ilia: & exinaniti lacertorum tori. DAN.

Herculea:

BER. Deficit ingens corpus/& peſti ſatis
Herculea nõ ſunt membra/pro quantũ ẽ malũ:
Quod eſſe uaſtum fateor o dirum nefas,
En cernite urbes/cernite ex illo Hercule
Quid iam ſuperſit/Herculem agnoſcas pater.
His ne ego lacertis ſpolia nemeæi mali
Eliſa preſſi?tenſus hac arcus manu
Aſtris ab ipſis detulit ſtymphalidas?
His ego citaram greſſibus uici feram
Radiante clarum fronte geſtantem caput?
His fracta calpe manibus eliſit fretum?
His tot feræ,tot ſcelera,tot reges iacent?
His mundus humeris ſedit?hæc moles mei eſt?
Hæc ne illa ceruix?has ego oppoſui manus
Cœlo ruenti?cuius o cuſtos manu
Trahetur ultra ſtigius Quires prius
In me ſepultæ?quid patrem apello Iouem?
Quid per tonantem uendico cœlum mihi?
Iam iam meus credetur Amphytrio pater.
Quæcunq; peſtis uiſcere in noſtro lates,
Procede.quid me uulnere occulto petis?
Quis te ſub axe frigido pontus Scythes,
Quæ pigra Tethys gẽuit?aut Maurũ premẽs
Ibera Calpe litus?o dirum malum.
Vtrum ne ſerpens ſqualidam criſta caput
Vibrans, an aliquod ẽ mihi ignotum malum?
Nunquid cruore es genita Lernææ feræ?
Ante reliquid ſtygius in terris Canis?
Omne eſt malũ, nullumq;/quis uultus tibi eſt?
Concede ſaltem ſcire,quo peream malo.
Quæcunq; peſtis ſeua,quæcunq; effera es
Palam timeres,quis tibi in medias locum
Fecit medullas? ecce,direpta cute
Viſcera manus detexit,ulterior tamen
Inuenta latebra eſt/o malum ſimile Herculi.
Vnde iſte fletus?unde i has lachrymæ genas?
Inuictus olim uultus,eſt nunquam malis
Lachrymas ſuis præbere conſuetus/pudet,
Iam flere didicit. quis dies fletum Herculis:
Quæ terra uidit? ſiccus ærumnas tuli.
Tibi illa uirtus,quæ tot eliſit mala,
Tibi ceſſit uni.prima:& ante omnes mihi
Fletum abſtuliſti.durior ſaxo horrido,
Et Chalybe uultus,& uaga Symplegade
Rictus meos infregit/& lachrymam extulit.
Flentem:gementem:ſumme protector poli
Me terra uidit/quodq; me torquet magis:
Nouerca uidit.urit ecce iterum fibras.
Incaluit ardor/unde nunc fulmen mihi?
C. Quid non poſſit ſuperare dolor?

¶ Herculea: habet empha ſim, qua ſolebant eſſe ita vaſta. ¶ Proh quando ſum ſolitus tolerare ingentia mala ſi fateor magnũ iſtud credendum eſt mihi. ¶ Vrbes: vocat vrbes: ut veniant viſum hoc monſtrũ, quod Hercules ita uictus ſit. ¶ Agnoſcas, indignabunde vertit ſermonem ad Iouem. ¶ His oſtendit brachia iam conſumpta quibus tot monſtra ſuſtulit in terris. ¶ Greſſibus, & oſtẽdit eos. ¶ Feram, ceruam: de qua diximus quæ habebat cornua aurea. ¶ Calpe: mons in extrema hiſpania de quo diximus: ibi dictus eſt Hercules poſuiſſe metas & columnas laborũ ſuorũ. ¶ His humeris: oſtẽdit eos peſte populstos. ¶ Moles: magnitudo corporis mei quæ iam tota cõſumpta eſt. ¶ Cœlo ruenti, quando fuit contra gigantes. ¶ Cuius. q. d. nullius quemadmodum tractus eſt meis. ¶ Per tonantem: dicendo ma filium Iouis. ¶ Quæcunq;: ſentiens inteſtinum cruciatum: ad odorem ſuuȝ vertit ſermonem. ¶ Procede: exi foras. ¶ Quis te: vbi natum eſt tantum malum an in mari euxino: ſeu gonticoi aut in mari oceano. ¶ Pigra: qa ibi mare ¶ Serpens: eſt ne ſerpens in viſceribus meis genitus ex idra aut ex ſpuma cerberi ifernalis: q venena dicit reliquiſſe in terris. ¶ Omne: credo omnia mala eſſe in me: inde credo nullum: quia non video. ¶ Vultus: facies dimitte ſaltem te videam. ¶ Concede premitte. ¶ Timeres, ſcilicet me in aperto. ¶ Ecce: incœpi dirumpere pellem: ut poſſim te videre: & ita dicendo dilaniabat ſibi corpus: veſtẽ detrahendo. ¶ Latebra: quia abſcõdis te ne poſſim videre. ¶ Simile Herculi inuictũ: quẽadmodum Hercules non potuit vinci nec tu malum ¶ Vnde: miratur dolorem & q emittat lachrymas. ¶ Pudet parentheſis. ¶ Vidit. q. d. nulla. ¶ Siccus: ſine lachrymis. ¶ Tibi uni .ſ. malo virtus mea quæ ſuperauit omnia monſtra ſuperatur a te. ¶ Abſtuliſti, per uim extraxiſti lachrymas. ¶ Durior: qui nõ poterat flecti ad lachrymas. ¶ Vaga ſymplegade: inſtabilib⁹ cyaneis ſcopulis: de quib⁹ diximus. ¶ Infregit, ſcilicet malum. ¶ Magis, q viderit me Iuno flentem magis doleo. ¶ Vnde fulmen: quaſi dicat ſaltẽ Iuppiter mitteres fulmẽ in me ut cito perirẽ. ¶ Quid non quaſi dicat omnia: poſtq̃ ſuperauit Herculem.

DAN. ¶ Tot feræ, vt Leo, Aper, Ceruus, Hydra, Centauri. ¶ Tot ſcelera, ut Cacus, cerberus, triceps, teq; Diomede buſiris latro. ¶ Antheus gigas. ¶ Tot reges: ut Gerion ceneus Euritus Alous in archadia rex pater auges quam ipſe Hercules clam ſtuprauit, & genuit Ennapliũ iuxta portum pariente matre in arcula expoſitum deinde infantẽ ceruа enutriuit: quẽ paſtores cum inueniſſent dono tulerunt ad Regem Corytum quem loco filii educauit appellauitq; thelephum Diomedes & demum Euryſthea cum Iunone patientia. Procede euocat tabem: quaſi cum ea certaturus ſi i medium procedat per metaphoram ab animato ad inanimatum, a ſerpente ad venenũ adeo audax & fidens ſui erat virtus in Hercule. ¶ Vtrum ne ſerpens, ac ſi dicat quid torquet me non ſat ſcio. ¶ Omne eſt malum: poſt ad dubitationem confirmatio ſequitur. ¶ Palam timeres: propterea non egrederis palam, qui timeres lacertos meos. ¶ Manus: mea detexit carnem ſit te quem conſpicaris o dira contagio. ¶ Simile Herculi: virtuti meæ ſimile: quæ hactenus fuit indomita. ¶ Vnde, Herculem non decet flere deo hæ lachrymæ ex indignatione magis exprimuntur quam ex doloris impatientia. ¶ Vultus, meus. ¶ Quid non apte poeta ſuperſedet a dolore Herculeo in Chori commiſeratione deſcribentis quo geſtu Hercules expirauerit licet plurimuȝ venienti morti reſtiterit.

BER. ¶ Hemo: monte thraciæ. ¶ Lentior: flexibilior. ¶ Axe paraſio: arctico: vbi eſt vrſa quæ olim fuit Caliſto virgo de Paraſia parte archadiæ: nam Hercules vertendo ſe quando poterat reſiſtebat dolori arcticum axem flexuoſum & tortuoſos eſſe inter ſinus ſerpentis deſcripſimus in prima Tragœdia. Ceſſit dedit uicta. ¶ Flectit, ſed licet Hercules reſiſtendo dolori: fortitudo vincit dolorem multotiens, & facit comparationem, ut in ſythia niues aliquando incipiunt diſſolui: ſed nō penitus reſiſtēte frigore. ¶ Virtus, fortitudo. ¶ Reſoluit, ſiſtit dolorem, & lœtum. ¶ Laxare: liq̄facere. ¶ Nefas glaciale: malum frigoris. ¶ Iubar: radios ſolis.

BER. Conuerte: proſequitur lamētationem ſuā Hercules rogādo Iouem: ut ipſum fulminet liberetq; tanto cruciatu illum qui nunquam ſolitus eſt ſimiles præces fundere. ¶ Implicaret, inuolueret. ¶ Poſſeſſus, circundatus tenebris fui cum fato. i. morte nec te inuocaui ¶ Torſi, eleuaui te vocando. ¶ Manus, ſcilicet mea ſemper dabat ſpem victoriæ. ¶ Propter me: nunquā rogauit ut hoſtes meos fulminares, vnde hoc die licet aliquid optare. ¶ Sūmus, traxemus quia nihil aliud unquam petam. ¶ Peto: ut fulmines me. ¶ Aſſerere: uindicare mihi poteram me facere vnum verum Gigantem: ſed nolui turbare tecū crederem verum patrem meum eſſe. ¶ Commoda: mittendo fulmē. ¶ Ante mortem: antequam moriar ut ſaltem dicat cecidiſſe fulmine Iouis. ¶ Nefas, ut dicaris occidiſſe Herculem emitte contra me gigantes ¶ Siculo: vertice ætna ſub quo ſepultus eſt Enchaladus. ¶ Bellona: dea belli ſoror martis. ¶ Gradiuū: Martem deū belli. ¶ Frater, poſſet dicere frater eſt tuus non occideret te: reſpondet verum eſt: ſed filius Iunonis quæ me habet odio. ¶ Soror: Pallas

Q uondam Getico durior Hemo:
Nec parrhaſio lentior axe
Sæuo ceſſit membra dolori,
Feſſumq; mouens per colla caput
Latus alterno pondere flectit.
Fletum uirtus ſæpe reſoluit.
Sic arctoas laxare niues:
Q uamuis tepido ſydere Titan,
Non tamen audet/uicitq; faces
Solis aduſti glatiale iubar.

Trimetri Iambici.

HERCVLES. ALCMENA.

Conuerte uult' ad meas clades pater.
Nunq̄ ad tuas cōfugit alcides manus
Non, cū partus Hydra fecūdū meos
Caput implicaret. inter infernos lacus
Poſſeſſus atra nocte cum fato ſteti.
Nec innocaui. tot feras uici horridas:
Reges: tyrrannos. non tamen uultus meos
In aſtra torſi/ſemper hæc nobis manus
Votum ſpopondit. nulla propter me ſacro
Micuere cœlo fulmina. hic aliquid dies
Optare iuſſit/primus audierit preces
Idemq; ſummus unicum fulmen peto.
Giganta: crede/non minus uerum mihi
Aſſerere potui. dum patrem uerum puto:
Cœlo peperci. ſiue crudelis pater:
Siue es miſericors: commoda nato manum.
Propera ante mortē/& occupa hanc laudē tibi:
Vel: ſi piget: manuſq; detrectat nefas.
Emitte ſiculo uertice ardentes pater
Titanas in me/qui manu Pindum ferant.
Ante Oſſa: qui me monte proiecto opprimāt.
Abrumpe: & Erebi clauſtra: me ſtricto petat
Bellona ferro. mitte Gradiuum trucem.
Armetur in me dirus: & frater quidem:
Sed ex nouerca. tu quoq; Alcidæ ſoror
Tantum ex parente cuſpidem in fratrem tuum
Iaculare Pallas. ſupplices tendo manus
Ad te nouerca ſparge tu ſaltem: precor:
Telum. perire fœminæ poſſim manu.
Iam fracta, iam ſatiata, quid paſcis minas?
Q uid quæris ultra? ſupplicem Alciden uides
Et nulla: tellus nulla me uidit fera
Te deprecantem. nunc mihi irata quidem
Opus eſt nouerca/nunc tuus ceſſat dolor?
Nunc odia ponis? parcis: ubi uotum eſt mori.
O terræ: & urbes: non facem quiſquā Herculi:
Non arma tradet? tela ſubtrahitis mihi?
Ita nulla ſæuas terra concipiat feras

quæ ex capite Iouis nata es ſine matre: Nouerca Iuno rogo te ut occidas me. ¶ Fracta: debilitata quid nutris minas, iam vides Herculem ſupplicantem. ¶ Odia ponis: videris mihi donare iram tuam quādo cupio mori. ¶ Tradet, interrogatiue adiurat totum mundum ut iaciant tela in eum.

Conuerte: Hercules ut q amplius dolori reſiſtere non poterat petit a Ioue patre properam mortem. Alcmena mater diſſuadet carmē inſcribitur trimetro archilochio acatalectico. ¶ Nunquam ad tuas: ego in omnibus erumnis meis nunquam te præcibus fatigaui pater: neq; opem ut ferres implorari ſatis: & ſuper uirtute illa inixus quā in me olim infantem contuliſti: nunc vbi tabifico malo cōſumitur accurre: & corripe me fulmine. ¶ Giganta: finge me eſſe inimicum tibi, qui tamen cœlum meis armis nunquam laceſſiui: nam ut moriar quam ociſſime uel inuideri inimicus quem fulmine confodias erit mihi inſtar magni muneris hoc genus mortis quod ia'tem uidebor Ioue ultore cecidiſſe non pigra tabe. ¶ Et frater: gradiuum concepit Iuno ex flore fratre Herculis, ſed ex Nouerca frater. ¶ Ex parente: ex capite Iouis in lucem edita: quos ſolent in ventre: & illibus dolores ſentire parentes ea hora in capite ſenſit Iuppiter: ut eleganter in quodam hexaſtico proſequutus eſt Alcāder. ¶ Nūc mihi irata quidem: nunc uere impia & crudelis uidere o Iuno quæ mori cupientem lenta morte fatigari permittis, quid enim prius aut horrendum magis: quā in ipſo ſupplicio ſupplicii moras quęrere. DAN.

¶ Naſcatur

BER. ℭNaſcatur alius, ſcilicet Hercules qui liberet uos quemadmodum ipſe fecit. ¶ Infœlix caput.i.me infœlicem. ¶ Vincite: ſcilicet me interficiẽdo. ¶ Ceſſas, cur me non occidis. ¶ Excidimus: non habes memoriam beneficiorum meorũ. ¶ Tuliſſes: genuraſſes. ¶ Malis: eximite me de hoc malo. ¶ Penſate: retribuite mihi hanc gratiam. ¶ Precium: meritũ quod dabitis mihi. ¶ Quas: uenit Alcmena dicens ubi inueniam filium Herculem, & uidet eum languentem. ¶ Certa: res certas: ſi viſus meus non decepit me video eum afflictum. ¶ Notat: videt. ¶ Reclinis: inclinatus. ¶ Peractum: iam venit ad finem uitæ. ¶ Legatur: colligatur: ut expires animam i ore meo. ¶ Ceruix: collum quo tuliſti cœlum. ¶ Exiguam: quia iam conſumptum erat corpus eius: & dilaceratum veneno. ¶ Vmbræ: apparentiæ non ſum Hercules amplius: ſed Herculis vmbra. ¶ Mei, ſcilicet Herculis. ¶ Flectis, illa vertebat oculos tanquã non poſſet cernere eum. ¶ Erubeſcis: verecũdaris Hercule dici partum: ideſt filium tuũ. ¶ Nupte: Deianirę. ¶ Quicũq, ſcilicet dolus. ¶ Vnde: quomõ. ¶ Palla: veſtis. ¶ Aditum acceſſum. ¶ Conſumpta: venenum conſumpſit veſtẽ & me. ¶ Hydram totum venenum idræ. ¶ Sicania: ſiculas vbi ẽ æthna perpetuo ardens. ¶ Lemnos inſula in egeo dicitur eſſe officina vulcani: in his locis non eſt tantus ardor quantus in corpore meo: nec in torida zona. ¶ Inferni poli: meridionalis & auſtralis vbi ſemper longus eſt dies: quaſi velit dicere ꝙ eſt ita magnus calor illic ꝙ dies non audeat currere propter calorem. Freta: maria nõ credo omnes aquas ſatis eſſe ad refrigerandum me. ¶ Franget: diminuet. ¶ Malis: in tanto æſtu meo omnes aque deficerent. ¶ Quid auctor: vertit ſermonem ad Plutonem quando veni ad inferos cur me non retinuiſti: ſed nunc accipe me talem:

Poſt me ſepultum: nec meas unquam manus
Imploret orbis. ſiqua naſcetur fera:
Naſcatur alius undiq; infelix caput
Mactate ſaxis. uincite ærumnas meas.
Ingrate ceſſas orbis? excidimus tibi?
Adhuc malis: feriſq; ſuppoſitus fores,
Ni me tuliſſes. uindicem ueſtrum malis
Excipite populi. tempus hoc uobis datur.
Penſate merita, mors erit pretium omnium.
A. Quas miſera terras mater alcide petam?
Vbi natus: ubi nam eſt? certa ſi uiſus notat,
Reclinis ecce corde anhelanti æſtuat:
Gemit: peractum eſt. membra cõplecti ultima
O nate liceat. ſpiritus fugiens meo
Legatur ore/brachia in amplexus cape.
Vbi membra ſunt? ubi illa, quæ mundum tulit,
Stelligera ceruix? quis tibi exiguam tui
Partem reliquit? Her. Herculem ſpectus quidẽ
Mater/ſed vmbræ ſimile neſcio quid mei
Agnoſce mater. ora quid flectis retro:
Vultumq; mœrens? Herculem dici tuum
Partum erubeſcis? Al. quis feram mũdus nouã:
Quæ terra genuit? quod ue tam dirum nefas
De te triumphat? uictor Herculeus quis eſt?
H. Nuptæ iacentem cernis alciden dolis?
A. Quis tantus eſt: qui uincat alciden dolus?
H. Quicunq; mater fœminæ iratæ ſat eſt.
A. At unde in artus peſtis, aut oſſa incidit?
H. Aditum ueneuis palla fœmineis dedit.
A. Vbi nã ipſa palla eſt? mẽbra nudata intuor.
H. Cõſumpta mecũ ẽ. Al. tãta ne inẽta ẽ lues?
H. Errare mediis credo uiſceribus meis
O mater Hydram: & mille cum Lerna feras.
Quæ tanta nubes flamma Sicanias bibit?
Quæ Lemnos ardens? quæ plaga inferni poli
Vetans flagranti currere in zona diem?
In ipſa me iactate: pro comites, freta,
Medioſq; in amnes. quis ſat eſt Iſter mihi?
Non ipſe terris maior oceanus meos
Franget vapores. omnis in noſtris malis
Deficiet humor/omnis areſcet latex.
Quid rector Erebi me remittebas Ioui?
Decuit tenere redde me tenebris tuis.
Talem ſubactis Herculem oſtende inferis.
Nil inde ducam. quid, times iterum Herculem?
Inuade mors non trepida/iam poſſum mori.
A. Cõpeſce lachrymas ſaltẽ, & ærumnas doma
Maliſq; tantis Herculem indomitum refer.
Mortemq; uince, quod ſoles: uince inferos.
H. Si me cathenis horridus uinctum ſuis

ſcilicet afflictum & oſtende me in feris ſubactis.i.uictis olim a me: inde: ab inferis ut duxi Cerberũ prius. ¶ Compeſce: Alcmena cõſolatur filium. ¶ Refer, demõſtra te eſſe fortem Herculem: vt ſemper fuiſti.

ℭSpiritus fugiens meo: DAN. antiquorum conſuetudinis fuit: vt morientis vltimus ſpiritus a proximiori ore ſorberetur, ut plane demonſtrat Ouidius in defunere Druſi conſolatitia in epiſtola ad liuiam. ¶ Stelligero: aut uirida: aut quã preſſit cœlum ſtelligerum. ¶ Quis tibi exiguam tui: ut conſumptus es: ut depaſtus. ¶ Sed vmbræ: ſimile non qualem ſolebas prius cernere: ſed ſimilẽ vmbræ. ¶ Feram nouam: qua ſic depaſta eſt filium meum. ¶ Victor Herculeus, quaſi dicat mirum potuiſſe Herculem ab aliquo ſuperari. ¶ Vnde, quo dolo. ¶ Tantane inuenta eſt: quæ conſumat veſtes & carnes pariter. ¶ Lemnos: ex cycladibus vna vt meminit Apollonius in primo argon. in quam præcipitatus eſt bis vulcanus ut canit Homerus in Iliade: fingitur vulcanus eo ſe conferre ab æthna animi gratia dicente Papinio in quinto thebaidos. Lemnius ignifera feſſus reſpirat ab ętna &c. ¶ Plaga inferni, poli meridionalis: qui pronus eſt atque depreſſus de quo poeta: at illũ ſub pedibus ſtyx atra tenet maneſq; profundi. ¶ Diem: ſolem ſicut cõtra ſolem pro die. ¶ Quin tantum oceano properent ſe tingere ſoles: & cætera. ¶ Franget: extinguet ſedabit. ¶ Nihil ducam: nec ſi vel mihi ſunt vires inimicos pellere tectis Tartareis nec qualis eram cum cerberum atras lactantem ſpumas ſupera ad conuexa retraxi. ¶ Si me cathenis alluſio ad pœnam Promethei carmine Heſiodi & apollonii celebratam. ¶ Nõ inquit: mater adeo graue malum eſt vllum quod me in lachrymas cogat: non ſupplicium Promethei.

mors maternus ſtelligera g... sat e... ardor deuot... manis coro...

BER.

¶Caucaſus: mons ſcythię. Si eſſem ligatus in Caucaſo: & Prometheus non dolorem crutior & non video hoſtem. ¶ Dapem: cibum: nam vultur corrodit eius iecur. ¶ Gemitus, non dolorem: etiam ſi eſſem inter cyaneos ſcopulos opreſſus ¶ Redeuntis: ſcilicet ſymplegadis: nam dicuntur illi ſcopuli cōcurrere. ¶ Pindus, mons theſſalie. ¶ Athos: mons inter Macedoniam & Thraciam. ¶ Excipiens: quia altus feriunt altos fulmia colles. ¶ Mūdus ruat: o mater ſi totum cœlum caderet ſupra me non clamabo. ¶ Degener: non conueniens Herculi. ¶ Mille fere, veniant contra me omnia mōſtra, quæ ſuperaui intrepidus nunq̄ clamabo. ¶ Excutient: nō facient me gemere. ¶ Impelli: ſuperari. ſcilicet excutiet gemitus ¶ Non uirus, non eſt venenum, vult Alcmena cōſolari eum. ¶ Sed durus: eſt difficilis labor quem habuiſti ¶ Serpens, procedens. ¶ Fouet illi labores nunc faciunt hūc dolorem ¶ Ophys: venenum idræ quod hauſiſti. ¶ Illa: quaſi dicat vbi ē illa uxor quę fuit cauſa mortis meę. ¶ Intendat: ſagittis interficiam eam. ¶ Manus, ſcilicet mea ſine telo interficiet eam. ¶ Veniat: rogat aliquem gratum ſibi veniat ad auxilium. ¶ Excuſſus: examinata timore nūc ſua quando petit arma: ideo vos famuli remouete ea. ¶ Minatur: monſtrauit, quod facturus eſt. ¶ Alcmene, ipſa mater Herculis quo fugiam: melius eſt manu forti mori q̄ me abſcondere: ut poſtea interficiar ab aliquo ignobili. ¶ Vel etiam pereat ſceleri quod ſcilicet filius interficiat eā: loquitur de ſe in tertia perſona. ¶ Ecce laſſatus: interim dum loquitur Hercules cadit exanimatus, & illa credit illum dormire. ¶ Alligat: claudit. ¶ Impulſum: agitatione. ¶ Fauete ſuperi: ſi non vultis propter me ſeruare filium, ſaltem propter totū mundum quē defendit. ¶ Abeat: recedat. ¶ Reparet: ut poſſit refici iſto ſomno.

Præberet auide Caucaſus uolucri dapem
Scythia gementem, flebilis gemitus mihi
Non exritiſſet. ſi uagæ Symplegades
Vtraq; premerent rupe: redeuntis minas
Ferrem ruinæ. Pindus incumbat mihi
Atq; Hæmus: & qui Thracios fluctus Athos
Frangit tonantis fulmen excipiens Iouis.
Non, ipſe ſi in me mater hic mundus ruat.
Superq; noſtros flagret incenſus rogos
Phœbeus axis, degener mentem Herculis
Clamor domaret. mille decurrant feræ,
Pariterq; lacerent, hinc feris clangoribus
Ætheria me Stymphalis, hinc Taurus minax
Ceruice tota pulſet: & quidquid furit.
Solum quoq; ingens ſurgat, hinc illinc fremēs,
Artuſq; noſtros durus imminuat dolor:
Sparſus ſilebo. non feræ excutient mihi:
Non arma gemitus. nil quod impelli poteſt.
A. Non uirus artus nate fœmineum coquit:
Sed dura ſeries operis: & longus tibi
Fauet cruentis forſitan morbis dolor.
H. Vbi mors? ubi illa? teſtis eſt aliquis mali?
Intendat arcus, nuda ſufficiet manus.
In orbe mecum ueniat, huc aliquis mihi
Procedat agedū huc. Al. hei mihi ſenſus quoq;
Excuſſit ille nimius impulſus dolor.
Remouete quæſo tela, & infeſtas precor:
Rapite hinc ſagittas, igne ſuffuſæ genæ
Scelus minantur. qua fuga latebras petam?
Dolor iſte furor eſt. Herculem ſolus domat.
Cur deinde lachrymas: aut fugā væcors petā?
Obire forti meruit Alcmene manu.
Vel ſcelere pereat, ante quam letum mihi
Ignauus aliquis mandet, ac turpis manus
De me triumphet. ecce laſſatus malis
Sopore feſſas alligat uenas dolor.
Grauiq; anhelum pectus impulſu quatit.
Fauete ſuperi: ſi mihi natum inclytum
Miſeræ negatis: uindicem ſaltem precor:
Seruate terris, abeat excuſſus dolor:
Corpuſq; uires reparet Herculeum ſuas.

Trimetri Iambici.

Hyllus. Alcmena. Hercules.

PRo lux acerba: ꝓ capax ſcelerꝫ dolor,
Nurus tonantis occidit, natus iacet.
Nepos ſupſtū. ſcelere mā̄no hic perit.
Fraude illa capra eſt. quis per annorum uices,
Totoq; in æuo poterit ærumnas ſenex
Referre tantas? unus eripiet dies
Parentem utrumq;: cætera ut ſileam mala.

BER.

PRoh lux, Superuenit hyllus volēs nūciare matrē mortuam & videt patrē iacentem in terra. vnde dicit vna dies abſtulit mihi vtrunq; parentem. ¶ Nurus Deianira. Natus. ſcilicet tonātis Hercules filius. ¶ Nepos. ſ. ipſe. ¶ Quis: & quis erit vnquam in illa ætate & tam ſenex, qui potuerit uidere tanta ſcelera quanta ipſe uidit.

DAN.

¶Caucaſus ſcytha: qui eſt ſcythiæ confinis ad ſeptentrionem quem dixit montem altiſſimum dicit Herodotus. ¶ Etherea ſtymphalis, volucres ſtymphalides de quibus ſupra recitauimus ex ſententia Appollonii multa. ¶ Non uirus docet hic mortem Herculis non eſſe a veneno ſed ex antiquis laboribus retrudeſcere. ¶ Longus diuturnus & latens qui in tēpore matureſcit & erumpit. ¶ Vbi mors: expone ſingula per dialyton, vbi iſta, ſcilicet vxor. ¶ Teſtis eſt aliquis non abeſt hinc procul qui malum noſtrū cognoſcat. ¶ Et mihi ſenſus, adeo grādis me inceſſit dolor ut ſenſus omnis uideat perdidiſſe.

DAN.

PRoh. Inducitur Hercules morte acceptans uti glorioſaꝫ atque percelebrem quamprimo loco miſerandis exemplis deflet filius vna cum obitu matris Deianiræ me ſequitur excuſatio & defenſio Deianiræ per omnes a morte herculis nota eſt qualitas metrica cum ut ſæpius repetita tum ſpontaneæ omnibꝰ vel mediocriter doctis. ¶ Proh: dolentis interiectio per apocopem: ut tradit Diomedes & Apuleius. ¶ Materno, matris meæ. ¶ Fraude, centauri. Hercul. in quo vno omnium mearum cladum ſumma ſita eſt.

¶Parcam,.

Parcamq; fatis, Herculem amitto patrem.
A. Compeſce uoces inclytum alcidæ genus
Miſeræq; nato ſimilis alcmenæ nepos:
Longus dolorem forſitan uincet ſopor.
Sed ecce laſſam deſerit, mentem quies:
Redditq; morbo corpus: & luctus mihi.
He. Quid hoc? tigeri cernitur Trachyn iugo?
Ac inter aſtra poſitus euaſi genus
Mortale? tandem quis mihi cœlum parat?
Te te pater iam uideo placatam quoq;
Specto nouercam quis ſonus noſtras ferit
Cœleſtis aures? Iuno me generum uocat.
Video nitentem regiam clari ætheris:
Phœbiq; tritam flammea zonam rota.
Cubile uideo noctis hinc tenebras uocat.
Quid hoc? quis axem cludit: & ab ipſis pater
Deducor aſtris? ora phœbeus modo
Afflabat axis: tam prope a leto fui.
Trachyna uideo: quis mihi terras dedit?
Modo nempe me infra ſteterat: ac totus mihi
Suppoſitus orbis: tam bene excideras dolor.
Cogis fateri. parce: & hanc uocem occupa.
Hæc Hylle dona matris: hoc munus parat.
Vtinam liceret ſtipite ingeſto impiam
Effringere animã, quale Amazonium malum
Circa niualis Caucaſi domui latus.
O clara Megara, tu ne: cum furerem mihi
Coniux fuiſti? ſtipitem: atq; arcus date.
Dextra iquinetur / laudibus maculã imprimam
Summus legatur fœmina Herculeus labor.
Hy. Compeſce diras genitor irarum minas.
Habet: peractum eſt: quas petis pœnas: dedit.
Sua perempta dextera mater iacet.
He. Cæci dolores: manibus irati Herculis
Occidere meruit. perdidit comitem Lycas.
Sæuire in ipſum corpus exanime impetus:
Atq; ira cogit: cur minis noſtris caret?
Ipſum cadauer pabulum accipiant feræ.
Hy. Plus miſera læſo doluit: huic aliquid quoq;
Detrahere uelles: occidit dextra ſua
Tuo dolore. plura: quam poſcis: tulit.
Sed non cruentæ ſceleribus nuptæ iaces.
Nec fraude matris, Neſſus hos ſtruxit dolos.
Ictus ſagittis qui tuis uitam expulit.
Cruore tincta eſt palla ſemiferi pater.
Neſſuſq; nunc has exigit pœnas ſibi.
He. Habet, peractũ eſt fata ſe noſtra explicant.
Lux iſta ſumma eſt / quercus hanc ſortem mihi
Fatidica quondam dederat, & Parnaſio
Cirrhea quatiens templa mugitu nemus.

BER. ¶ Parcam: ut prçtereã cæ tera mala quæ a fatis habui. Herculẽ: qui decus eſt mundi. Nato: herculi filio meo. Sopor, ſomnꝰ in quo eſt hercules. Laſſam: defatigatã: dum dies relinquit eum illi oritẽ dolor: & mihi luctus. Quid hoc excitato hercule oborta eſt illi imago qa ſibi uidebatur eſſe apud trachinam ciuitatem: & modo uidebat cœlum & iouem illũ aduocantem: & circunſpiciens uidet filium cum quo quærit de matre deianira & illam puer excuſat. Rigenti, qa eſt in aſpero monte. Tandem: receptus in numero deorum. Sonus armonia cœleſtis. Generum. Nã: ut uidimus heben filiam illa coniunxit. Intentã: paratam ad me ſuſcipiendum. Zonam: uiam cœleſtem per quam currus ſolis uadit. Noctis: quaſi ſit nox vna dea. Hinc: ex illa parte quando recedit ſol. Quid: dũ ſic eſt, uidet redditus terris & inquit. O pater: Iuppiter. Modo, nuper cum eſſem in cœlo. A lecto: a cubili meo ubi erã. Hebe, ut prius ſentirem calorem. Trachina: caſus accuſatiui. Infra pauloante de cœlo uidebã illã quã nunc uideo in terris. Excideras: quia in hac uiſione nõ ſentiebam dolorem. Cogis, ut dolor. Occupa, da mihi mortem dolor in hac uoce. Stipite ingeſto: infixa claua. Amazonum: hyppolitam reginam amazonum: ita poſſem perdere ſceleratã deianirã. O clara: non talis fuit. Megera: prima uxor quam in furore interfecit tu nõ merebaris tũc eſſe uxor: quia non eras digna tali morte. Inquinetur. ſ. interficiendo mulierẽ. Summus: extremus: quod interfecerim fœminã in ultimo labore meo. Cõpeſce: filius conſolatur patrem dicẽs uindictam eẽ iam factam. Lichas: mori meruit per manus meas ut lychas. Accipiãt fere, quare nõ dignũ eſt ſepultura. Læſo. ſ. re doluit plus de dolore tuo q̃ tu: vnde dextra ſua occidit ſe. Non fraude: quia ipſa decepta fuit a Neſſo. Ictus: vulneratus Neſſus. Palla: ueſtis quam miſit ad te. Exigit: in uindictã ſui. Fata nr̃a: cognoſco finem meum: nam ab oraculo olim habui me periturum eſſe per vnũ qui a me eſſet interfectus. Sũma lux: extrema dies. Quercus: in dodonea ſilua quercus erãt ex quibus duæ columbæ dabãt reſpõſa: hçc fuit iuxta dodonã epiri oppidum. Fatidica: ex qua columbæ prçdicebãt fata. Cirrhea templa: Apollinis eſt tẽplum eius i cirrha oraculis famoſum.

DAN. ¶ Nato, herculi gnato meo & tibi quõdã pr̃i. Quid hoc: exodus ẽ apotheoſeos herculeæ cũ anacephaleoſi eorum quæ ſuperius cõmemorauimus. Intentã regiam: metonymia. Zonam tritam torridam zonã loquiẽ Hercules ut aſſolet qui e profundo & terrico corpore ſolutus tãdẽ ſibi reſtituiẽ & attonitus totus adhuc titubat p qđ artificioſus poeta nouo modo nimietatẽ doloris i hercule expreſſit qui adeo acutus adeoq; fuit acer & uehemens qui illũ ſemineci reli querit atq; in exſtaſim diſſoluerit. Tã bene excideras quem cõſoporatis ſenſibus pati amplius non uidebar. Cogis fateri occupatio ad intenſionẽ ſceleris. Animã: ipſã uitã matris tuæ. Laudibus: meis. Maculã: occiſa fœmina & eadẽ ꝓfuge. Fœmina: cædes fœminæ prædicẽt ultimus meus labor. Lycas: miniſter muneris. Sæuire, extrema ipietas ẽ craſſari i mortuũ. Plus miſera: paratus eſt hylus in defenſionẽ maternæ culpe per errorem. Plura quã poſcis tulit: cũ tui obitus mœſtitia, tũ morte ſua dextera illata. Quercus fatidica, græcũ cõmentum ac mẽdaciũ quo proditur in dodona Epiri conſueſſe Iouẽ dare hominibus oracula per colũbas ereas: ut teſtis eſt Homerus & Orpheus i locis plurimis: nũc Hercules eſt quercus ſuç uitæ exitũ olim protenſum fuiſſe cõmemorat manu uiri peremptũs eſt neſſus.

Dextra perempti uictor alcide uiri
Olim iacebis. hic tibi emenſo freta:
Terraſq;, & umbras: finis extremus datur.
Nil querimur ultra/decuit hunc finem dari.
Nequis ſuperſtes Herculis uictor foret.
Nunc mors legatur: clara memoranda: īclyta,
Me digna prorſus/nobilem hunc faciam diem.
Cædatur omnis ſylua, & Oetheum nemus
Suſcipiat ignis/Herculem accipiat rogus.
Sed ante mortem tu genus Pœantium
Hoc triſte nobis iuuenis officium appara.
Herculea totum flamma ſuccendat diem.
Ad te preces nunc hylle ſupremas fero.
Eſt clara captas inter incultas genus
Regumq; referens: Euryto uirgo edita
Iole: tuis hanc facibus: & flammis para,
Victor cruentus abſtuli patrio a lare,
Nihilq; miſeræ præter alciden dedi.
Et iſte rapitur. penſet ærumnas ſuas,
Iouis nepotem foueat, & natum Herculis.
Tibi illa pariat quidquid ex nobis habet.
Tuq; ipſa planctus pone funebres: precor,
O clara genitrix/uiuet alcides tuus.
Virtute noſtra pellicem feci tuam
Credi nouercam. ſiue naſcente hercule
Nox illa certa eſt: ſiue mortalis meus
Pater eſt/licet ſit falſa progenies mihi,
Materna culpa ceſſet: & crimen Iouis.
Merui parentem/contuli cœlo decus.
Natura me concepit in laudes Iouis.
Quin ipſe quãq; Iuppiter credi meus
Pater eſſe gaudet. parce iam lachrymis meis.
Superba matres inter argolicas eris.
Quid tale Iuno peperit ætherium gerens
Sceptrum, & tonanti nupta? mortali tamen
Cœlum tenens inuidit, alciden ſuum
Dici eſſe noluit. perage nunc Titan uices
Solus relictus, ille, qui ueſter comes
Vbiq; fueram: Tartara, & manes peto.
Hanc tamẽ ad imos perferam laudem inclytã.
Quod nulla peſtis uicit alciden palam.
Omnemq; peſtem uicit alcides palam.

Sapphicum carmen. Chorus.

Decus mundi radiate Titan,
Cuius ad primos Hecate uapores
Laſſa nocturnæ leuat ora bigæ.
Dic ſub aurora poſitis ſabæis,
Dic ſub occaſu poſitis iberis,
Quiq; feruentem patiuntur axem,
Quiq; ſub plauſtro patiuntur Vrſæ,

BER. ¶ Dextra hęc fuerunt verba oraculi tu Alcide. ¶ Olim in futurum. ¶ Emẽſo: cum tranſiueris. ¶ Hunc finem: hic finis erat quem decebat habere Herculem ut interficeretur ab vno qui poſt eum non poſſet ſupereſſe. ¶ Nobilẽ: famoſum. ¶ Ante mortem: antequã moriar. ¶ Peantium: imperat philotetę filio peantis vt faciat piram: ut illi extremum officium præſtet. ¶ Ad te, vertit ſe ad filium, & rogatur Iolem accipiat in vxorem. ¶ Virgo, Iole. ¶ Facibus: matrimonio. ¶ Flammis: amore. ¶ Cruentus: quia illius patrem & fratres occidi: & nihil illi reliqui præter me. ¶ Et iſte: Hercules de ſe in tertia perſona loquitur. ¶ Pẽſet compẽſet, ſi habuit mala habeat nunc bona. ¶ Nepotem: ſcilicet te. ¶ Habet: ſi feci eam grauidam: volo vt illius partus ſit filius tuus. ¶ Tuq;, uertit ſermonem ad matrem, ut deponat lachrymas. ¶ Nouercam, ſcilicet Iunonem, monſtrando me eſſe filium Iouis. ¶ Licet: quamuis dicatur ꝙ ſim filius amphitrionis: aut Iouis eſt crimẽ matris virtus mea fecit. credit me eſſe filium Iouis. ¶ Quid tale, quaſi dicat nihil. ¶ Tenens, ſcilicet Iuno. ¶ Mortali: tibi ꝙ habeas talem filium. ¶ Perage: perfice. ¶ Vices: curſus tuos. ¶ Solus: ipſe iam deſtitutus morior qui fuerã comes tuus & ad orientem & occidentem.

BER. Decus: Verſus eſt ſaphic⁹ endecaſillabus. Chorus videns Herculem mandaſſe ſibi parari rogum: plorat & inuocat ſolẽ ut nunciet mortem Herculis per totum mundum: & triſtitiam demonſtret faciendo tenebras demum vertit ſe ad totum mundum ꝙ naſceretur monſtra non eſſet Hercules qui tolleret illa. ¶ Radiate: qui habes radios ad cuius aſpectum luna depõit colorẽ ſuũ. ¶ Vapores: calores matutinos. ¶ Hecate, luna. ¶ Ora: quia tauri dicuntur trahere currum lunæ. ¶ Leuat, remouet ora: idest frena tauris ſuis. ¶ Sabeis: orientalib⁹ populis. ¶ Iberis, Hiſpanis. ¶ Feruentem: meridionalem: ubi eſt torida zona ¶ Plauſtro: in ſeptentrione: vbi eſt urſa.

DAN. ¶ Cædatur, in funus meum ex oraculo Appollinis quod acceperat Lycymnius & Ioalus delphis. ¶ Tu genus peantium: philoctetes ex peante hæres factus eſt Hercule ſagyttarum & arcus: is iuſſu Herculis ignẽ rogo ſuppoſuit: precioq; nephandæ Lãpadis herc. fortis meliboea pharetris. ¶ Captas iter antiſtrophe cum appoſitione ſubiuncta. ¶ Victor cruẽte: defenſio puellæ a ſpõtanea culpa. ¶ Pręter Alcidem: pręter cõmertium meum nullum aliud dotis munus. ¶ Penſet: reponat dolorẽ mea morte ¶ Fouet: excolat, uiuet. ¶ Tuque ipſa: parce lachrymis mater cum morior qui ad ſuperos ſcã do vbi felicis uitæ donatiuum accepturus ſim. ¶ Pellicem: quaſi legitimis nuptiis eam cognouerit Iuppiter. ¶ Siue naſcente Hercule & cætera. aut Iuno fuit pellex cum natus ſim Ioue patre & te matre aut pater mortalis fuit, quocirca vult Hercules matrẽ ipſam carere nõ ſolum culpa verumetiam ſuſpitione culpæ penitus libram eſſe. ¶ Merui: ergo dignus ſum qui laude meæ virtutis dicar Ioue genitus.

DAN. Decus: dignum Herculis funus quod funeſta ac repentina ſolis caligine uniuerſo mũdo publicetur: id q᷑ non immerito pro hoc ſapphicum carmen triſtis, & funeſtus chorus. lachrymis precibus. planctibus ab ipſo ſole impetrare contendit. ¶ Radiate: radioſo ſtẽmate inſignite. ¶ Bigæ nocturnæ: periphraſis cadentis lunæ adortum ſolis. bigas luna trahunt muli ob ſterilitatẽ. auctor Põpeius ¶ Sabæis: in arabia ſunt unguẽtoq;: & thuris precio percelebres, Pli. in. vii. Solinus & Strabo auctores. ¶ Patiuntur: torquentur gelu & aſſiduis niuibus.

¶ Manes

BER. Dic ad æternos properare manes
Herculem: & regnum Canis inquieti,
Vnde non unquam remeauit ullus.
Sume: quos nubes radios ſequantur.
Pallidus mœſtas ſpeculare terras:
Et caput turpes nebulæ pererrent.
Q uādo: pro Titan: ubi: quo ue ſumma
Herculem in terris alium ſequeris?
Q uas manus orbis miſer inuocabis:
Siqua ſub terra numeroſa peſtis
Sparget intentam rabiem draconis?
Arcadum ſiquis populi uetuſti
Fecerit ſyluas aper inquietas:
Thraciæ ſiquis Rhodopes alumnus
Durior terris Helices niuoſæ
Sparget humano ſtabulum cruore?
Q uis dabit pacem populo timenti,
Siquid irati ſuperi per urbes
Iuſſerint naſci? iacet omnibus par.
Q uem parem tellus genuit tonanti.
Planctus immenſas reſonet per urbes:
Et comas nullo cohibente nodo
Fœmina exertos feriat lacertos.
Solaq; obductis foribus deorum:
Templa ſecuræ pateant nouercæ.
Vadis ad Lethen: ſtygiumq; littus
Vnde te nullæ referent carinæ.
Vadis ad manes miſerandus: unde
Morte deuicta tuleras triumphum.
Vmbra nudatis ueniens lacertis.
Languido uultu: trepidoq; collo:
Teq; non ſolum feret illa puppis.
Non tamen uiles eris inter umbras:
Æacumq; inter: geminoſq; Cretas:
Fata diſcernens: fieri tyranni
Parcite o dites: inhibete dextras.
Laudis eſt purum tenuiſſe ferrum:
Dumq; regnabas minimum cruentis
In tuas urbes licuiſſe factis.
Sed locum uirtus habet inter aſtra:
Sedis Arctoæ ſpatium tenebis?
An grauis Titan ubi promit æſtus?
An ſub occaſu tepido nitebis?
Vnde commiſſo reſonare ponto
Audies Calpē: loca quæ ſereni
Deprimes cœli? quis erit recepto
Tutus Alcide locus inter aſtra?
Horrido tantum procul a Leone
Det pater ſedes: calidoq; Cancro:
Ne tuo uultu tremefacta leges

Manes dic herculem ad inferos non reuerſurum. Inquieti, cerberi ſemper vigilantis. Sume accipe, inuitat eum ad dolorem. Quos nubes: facias nubiferum ſplendorem: & ſis Pallidus. Quando: & quando erit illud tempus quod inuenias alium Herculem. Quo: ad quem locum, quaſi dicat nuſquam. Quas manus: vertit ſermonem ad mūdum. Miſer: quia perdidiſti defenſorem tuum. Numeroſa: habēs plura capita ut idra Aper ſi naſcet alius aper in arcadia q̄s manus iplorabis. Rhodopes alumn⁹: alius Diomedes. Elices: vrſæ ſeptentrionalis vbi ſunt populi crudeles. Stabulū: quia ibi paſcebat equos ſuos carne humana. Iacet par: terra videt Herculem mori ſicut alii moriuntur: vnde ē par omnibus: licet dum viueret non eſſet æqualis aliis: ſed ſimilis tonanti Ioui. Planctus exhortatur mundum ad lugendum. Cohibente nodo: ligante nullo vinculo. Exertos: nudatos. Sola reſeruantur omnia templa præter vnū Iunonis. Obductis: clauſis. Nouercæ: Iunonis. Vadis: vertit ſermonem ad Herculem. Triumphum cerberum. Vmbra, tu non eris ille Hercules cum corpore ſicut prius credebant vmbras ſeruare illam imaginē quā habebant in corpore: ſicut de deiphœbo qui apparuit æneæ truncatis naribus. Solum, ut fecit prius ſed multas alias animas quia nunc non eris grauis. Puppis: cimba charontis quæ animæ vehuntur ad inferos. Non tamen non eris iter uiles animas, ſed cum iudicibus inferni cū quibus iudicabis. Geminos cretas, Rhadamantum & Minoem cretenſes. Diſcernens: Examinas.

Dites: potentes nolite credules eſſe. Purum ferrum: iuſtitia ſine iniuria. Minimum: minimam fuiſſe licentiam: q̄ crudelia facta non habeant locum in tuis terris. Sed locū: pulchra ſententia: oſtendit nunc quem honorē habiturus ſit Hercules apud ſuperos. Arctoæ ſeptentrionalis. Promit: accipit intelligit orientē. Occaſu: occidentem intelligit vbi eſt mare mediterraneū in hiſpania. Nitebis: ſplēdebis tanquā ſydus. Cōmiſſo inter calpem & abilam. ſcopulos quos fregit Hercul. ut ingreſſus maris mediterranei eſſet in oceanum. Reſonare: quia ibi eſt ſtrepitus propter ſcopulos. Deprimes: grauabis præſentia tua. Tutus, quaſi dicat pauca ſunt loca vbi non ſit aliquod monſtrū quod adhuc Herculem timebit. Leone: cancro de his ſuperatis ad hercule diximus. Leges: curſus ſuos.

Nō vnquam: nunquam, vt ora dei iuſſu non vnq̄ quā credita teucris. Populi vetuſti: qualem vocat Appollonius προσέληνον καὶ προτόγονον & Theocritus. noſtri quoq; poetæ ex imitatione confirmant. Populo timenti. mortuo iam pacatore. Tellus genuit: ideſt qui alter veluti terreſtris Iuppiter cum cœleſti de paritate contendebat. Feri tyranni: ecbaſin facit admonens exemplo Herculis principes & reges ſuper ſedeant ſpoliare & rapere, ſed iuſtitiam colere, & populos in trāquilla pace cuſtodire libeat. Quis erit recepto: & cum collocet te ſupremus iuppiter ubi leo te non videat ne priſtinæ cladis recordatione conterritus inſaniat & legē aſtrorum confundat.

Ruitura cautes mouit, & ſyluam trahit
Secum minorem. Chaonis quondam loquax
Stat lata uaſti quercus, & phœbum uetat.
Vtraq; totos porrigit ramos nemus.
Genuit illa multo vulnere impreſſo minax,
Frangitq; cuneos reſilit excuſſus Chalybs.
Vulnuſq; ferrum patitur & truncum fugit.
Commota tandem eſt / tunc cadens lenta mora
Duxit ruinam. protinus radios locus
Admiſit omnes, ſedibus pulſæ ſuis
Volucres pererrant nemore ſucciſo diem.
Quærunt q; laſſis garrulæ pinnis nemus.
Iamq; omnis arbor ſonuit/& ſacræ quoq;
Senſere quercus horridam ferro manum.
Nulliq; priſcum profuit ligno nemus.
Aggeritur omnis ſylua, & alternæ trabes
In aſtra tollunt Herculi anguſtum rogum.
Rapit alta flammas pinus, & robur tenax,
Et breuior ilex. ſylua contexit pyram,
Populea ſylua frondis Herculeæ nemus.
At ille, ut ingens nemore ſub naſamonio
Æger reclini pectore admugit Leo,
Fertur/ quis illum credat ad flammas rapi?
Vultus petentis aſtra, non ignes erant.
Vt preſſit Oetan, ac ſuis oculis rogum
Luſtrauit, omnes fregit impoſitus trabes.
Arcumq; poſcit accipe hæc inquit ſate
Pœante dona & munus alcidæ cape.
Has Hydra ſenſit/ his iacent ſtymphalides,
Et quidquid aliud eminus uici malum.
Victore felix, has enim nunquam irritas
Mittes in hoſtes. ſiue de media uoles
Auferre uolucres nube. deſcendent aues.
Et certa prædam tela de cœlo ferent.
Nec fallet vnquam dexteram hic arcus tuam.
Librare telum didicit, & certam dare
Fugam ſagittis. ipſa non fallunt iter
Emiſſa neruo tela. tu tantum, precor,
Accommoda ignes, & facem extremam mihi.
Hic nodus, inquit: nulla quem capiet manus
Mecum per ignem flagret. hoc telum Herculē
Tantum ſequetur. hoc quoq; acciperes: ait:
Si ferre poſſes/ adiuuet domini rogum.
Tum rigida ſecum ſpolia nemeæi mali
Arſura poſcit/ latuit in ſpolio rogus.
Ingemuit omnis turba/ nec lachrymas dolor
Cuiquam remiſit/ mater in luctum furens
Diduxit auidum pectus, atq; utero tenus
Exerta uaſtos ubera in planctus ferit.
Superoſq;: & ipſum uocibus pulſans Iouem:

BER. ¶ Mouit: illa erat tanti ponderis: ut ruitura faceret tremere cautes. i. montem œtam. ¶ Siluam minorem: minores arbores. ¶ Chaonis: chaonia regio eſt epiri alpeſtris: erat in hac ſilua quercus ita magna ut erant ille ex quibus dabantur reſpōſa in chaonia ſilua per columbas: tō dicit loquax. ¶ Vetat: ramis ſuis faciendo vmbram ¶ Porrigit: erant ita magni rami ut extenderentur ultra alias arbores. ¶ Minax: dum nutaret. ¶ Multo vulnere: multis ictibus. ¶ Cuneos: lignum ſeu ferrum quod figitur in fiſſura ¶ Calybs: ipſum ferrum. ¶ Patitur: frangebatur ſecuris. ¶ Fugit: non poteſt intrare. ¶ Tandem: poſt multos ictus. ¶ Admiſit: recepit lucem ſolis. ¶ Pererrant: fugiunt ad alios ramos. ¶ Laſſis. fatigatis antequam inuenierūt ſedem: nam omnes arbores ſucciderant. ¶ Sonuit: dum incideretur. ¶ Sacræ: conſecrate Ioui. ¶ Profuit: quia ſuccidebantur. ¶ Aggeritur: in vnum geritur ad faciendum piram. ¶ Anguſtum: reſpectu magnitudinis Herculis: aliter legea auguſtum quaſi conſecratum ¶ In aſtra: in altum. ¶ Tenax: forte. ¶ Herculeę gratiſſime Herculi: nam illa coronatus fuit ad inferos. ¶ At ille: Hercules quādo uidit accenſum rogum ueniebat cum tanto impetu ſicut leo in nemore naſamonio: naſamon enim populus iuxta mare libicū ¶ Reclini: flexo ad terrā. ¶ Nō ignes: erat ita lætus ut uideretur petere cœlum non ignes. ¶ Vt preſſit: poſtq̄ uenit in rogum: petiuit ſagittas & arcum: & donauit philotete. ¶ Eminus: a longe. ¶ Irritas, fruſtra. ¶ Media nube: etiam ſi eſſent in altum. ¶ Certa: dicuntur tela certa quæ vulnerant p intētione mittentis. ¶ Fugam, curſum per rectum tenorem. ¶ Neruo: corda arcus. ¶ Accomoda: ſuccende hanc piram. ¶ Hic nodus: claua nodoſa ita ponderoſa eſt quod nemo poſſet eā tractare. ¶ Capiet: quam nulla manus poſſit capere. ¶ Flagret: crematur mecū. ¶ Sequatur: cōburat cū ipſa claua: nam con ſequetur melius quam iactatur. ¶ Hunc. ſ. nodum haberes: ſi poſſes illum ferre. ¶ Adiuuet, ſicut alta lingua ad me comburendum. ¶ Nemei mali: petiit pellē leonis. ¶ Latuit, erat adeo magna illa pellis ut tegeret rogum. ¶ Remiſit dolor nō pepercit lachrymis. omnes flebant. ¶ Diduxit, ſcindit. ¶ Tenus: uſq; ad uentrem. ¶ Exerta: nudata. ¶ Pulſans: accuſans.

DAN. ¶ Chaonis: chaō Troianus fuit q mortuus: epirō nomē dedit memorāte Virgilio. Dodona ſilua in chaonia ubi oracula dabant columbæ Iouis. ¶ Phœbū: radios & lucē ſolis. ¶ Frangitq; cuneos: quaſi hac mōſtra indignā Herculis mortem arguerent. ¶ Tandē: geminatis ictibus. ¶ Domus. nidi. domū nidū dicit: qd ex nidis uolucrū primū fuit domus excogitatata & cœpta fabricari eurial⁹ & hyperbius fratres athenis: domos cōſtituerūt antea ſpecus erat p domibus quidā hoc uiuentium neſtæ aſcribunt. ¶ Naſamon: in libia populus predator. Silius lib. tertio. Accipe hæc inquit quēadmodum ſupe rius perſtrinxit: ſagittas & arcum philotetti Hercules tradidit nec poterat quiſpiā extra philoctetem hæc tela torq̄re ſagittas cogente Vlyxe inuentas in expeditione troiani belli cū tractaret vnius ſagittę caſu ille pes vulnerās eſt quo herculis tumulum idicauerat ¶ Vulneris fœtore apd lēnum relict⁹ eſt. Propertius canit fuiſſe ſanatum a machaōe. ¶ Tarda philoctete ſanauit crura Machaon & reuerſus Troia cōdidit petiliam in Calabria. De media nube aere. ¶ Certā nunq̄ fallentem. ¶ Hic nodus. claua Herculis fuit ex ligno oliuę trinodis admodū in caput creſcēs de qua meminit apollonius in q̄rto. στιβαρον δ' εχεν ο ζον εδε α ιιο σ τολατε. τοισ ι π ε λ ω ρ τ ο δ ε α π ε φ λ ι σ ε ν ι ο β ο λ ι ο σ α σ &c. ¶ Fœmineæ acri & uehemēti uoce.

BER. ℭDeforme: Hercules audiens matrem clamantem dixit noli flere tm̄ ne mortem meam turpem facias. ℙ Iecur: ubi eſt ſedes amoris & indignationis. ℙ Firmum præme dolorem intus. ℙ Dirum: cum magna uoce furens depoſuit caput ne moreretur tali impetu ut fuit quando duxit cerberum. ℙ Dite contempto: plutōe neglecto. ℙ Fato: morte tremēte. ℙ Quis ipſa tanta lætitia fuit ad mortem: quanta nullus unquam triumphauit. ℙ Illo: tam læto uultu. ℙ Heſere: firmate ſunt qui uidendo illum: ita lœtum. ℙ Sexus: ſcilicet fœmineæ natura facilis: ad lachrymas. ℙ Siccis: ſine lachrymis. ℙ Poene ſimilis: ita fortis. ℙ Securus: ipſe per ſe fortis: nullum rogauit. ℙ Deſpiceret: deorſum aſpiceret. ℙ Vnus dies: ſum ille filius qui genitus ſum geminata nocte. ℙ Commiſſa: coniuncta. ℙ Quæſiuit acquiſiuit. ℙ Vtrunq; littus i orientis & occidentis ſi totus mundus cantat laudes meas ꝙ peperi pacem omnibus populis tu debes recipere me in cœlum. ℙ Ardens ora regio orientalis. ℙ Gemūt: mortem meā. ℙ Inquinat: maculata cruore humano: nā omnes ſceleratos de mundo ſuſtuli. ℙ Deſunt: per me remota ſunt. ℙ Admitti i recipi. ℙ Nigri: Iouis Plutonis ne ad inferos deſcēdam. ℙ Ad illos: ſcilicet infernales. ℙ Vmbra: anima ſeparata a corpore.

Impleuit omnem uoce fœminea locum.
Deforme letum mater Herculeum facis.
Compeſce lachrymas, inquit, introrſus dolor
Fœmineus abeat. Iuno cur lætum diem
Te flente ducat? pellicis gaudet ſuæ
Spectare lachrymas. comprime infirmum iecur
Mater, nefas eſt ubera, atq; uterum tibi
Laniare, qui me genuit, & dirum fremens.
Qualis per urbes duxit argolicas Canem,
Cum uictor Erebi Dite contempto redit
Tremente fato, talis incubuit rogo.
Quis ſic triumphans lætus in curru ſtetit
Victor? quis illo gentibus uultu dedit
Leges tyrannus? quanta pax obitum tulit?
Hæſere lachrymæ cecidit expulſus dolor
Nobis quoq; ipſis, nemo morituro ingemit.
Iam flere pudor eſt, ipſa, quam ſexus iubet
Mœrere, ſiccis hæſit alcmene genis.
Stetit nato pene iam ſimilis parens.
N. Nullas ne in aſtra miſit ad ſuperos preces
Arſurus? aut in uota reſpexit iouem?
P. Iacuit ſui ſecurus, & cœlum intuens
Quæſiuit oculis, arce an ex aliqua pater
Deſpiceret illum, tum manus tendens ait.
Quacunq; parte proſpicis natum pater:
Iſte eſt pater, quem nocte commiſſa dies
Quæſiuit unus, ſi meas laudes canit
Vtrunq; phœbi littus, & ſcithæ genus,
Et omnis ardens ora, quam torret dies.
Si pace tellus plena, ſi nullæ gemunt
Vrbes, nec aras impias quiſquam inquinat.
Si ſcelera deſunt, ſpiritum admitti hūc precor,
In aſtra, nec me mortis infernæ locus,
Nec mœſta nigri regna conterrent iouis.
Sed ire ad illos umbra: quos uici: deos
Pater erubeſco, nube diſcuſſa diem
Pande: ut deorum uultus ardentem Herculem
Spectet. licet tu ſydera: & mundum neges.
Vltro pater cogere. ſi uoces dolor
Abſtulerit ullas, pande tum ſtygios lacus
Et redde fatis, approba natum prius.
Vt dignus aſtris uideat: hic faciet dies.
Leue eſt, quod actū eſt. Herculem genitor prius
Inuenit: an damnauit? hoc poſtq; addidit:
Nouerca cernat: quo feram flammas modo.
Flammas popoſcit: hoc age alcidæ comes:
Non ſegnis: inquit: corripe Oethæam facem.
Quid dextra tremuit? num manus pauida impiū
Scelus refugit? redde iam pharetras mihi
Ignaue: iners: inermis. eſt noſtros manus

ℙ Nube: quare ſol obduxerat Radios nubibus ad teſtādum dolorem de morte Herculis. ℙ Neges ſydera ſita non uis mihi dare cœlum facias ſaltem ut dii ſpectent me ardentē. ℙ Voces: reuocat ſententiam: ſi dixi quicquam indignum parce dolori meo qui me ita coegit loqui. ℙ Fatis: loco mortis. ℙ Approbat uirtutem meam prius tamen iudicat dignam cœlo. ℙ Leue: parum ē quod feci reſpectu illius quod faciam hodie. ℙ Prius: quaſi dicat damnas me priuſq; quam cognoſcas me filium tuum. ℙ Addidit: poſtea dixit ſaltem aperi cœlum ut Iuno uideat quam fortiter feram flammas. ℙ Popoſcit: his dictis petiuit ignē ſupponi rogo. ℙ Comes: o philoctetes. ℙ Oetam: in mōte œta. ℙ Tremuit: ego timebam ſupponere ignem & ipſe dixit cur tremis tu putas hoc eē ſcelus impium. ℙ Redde, quia non moreris tela fortis uiri.

DAN. ℭIuno cur lætum diem: quæ ſoris conſtantia & patientia noſtra inuidia carpitur: macreſcit nāq; inuidia aliena ſemp felicitate. ℙ Dirum: tremendum & horribilr fremēs. ℙ Quis ſic triumphans: ſuprema & maxima laus Herculis qui mortem non expaneſcit ſed tanquā triumphās illam adierit. ℙ Quanta: hipalage. ℙ Hæſerunt: nō emanarunt: ne ipſi quidem Alcmenæ quam ſexus infirmitas & amor maternus debuerant ꝯmouere. ℙ Iſte eſt: filius ille uoicus.

Quæ tendat arcus?quis ſedet pallor genis?
Animo faces inuade,quo alciden uides
Vultu iacere,reſpice arſurum miſer.
Rogat ecce iam me genitor,& pandit polos.
Venio pater,vultuſq; non idem fuit.
Tremente pinum dextera ardentem impuli.
Refugit ignis,& reluctantur faces:
Et membra uitant.ſed recedentem hercules
Inſequitur ignē.Caucaſum,aut pindū,aut atho.
Ardere credas.nullus erupit ſonus.
Tantum ingemiſcit ignis ad durum iecur.
Typhon in illo poſitus immanis rogo
Gemuiſſet ipſe quiq; conuulſam ſolo
Impoſuit humeris Oſſan Enceladus ferox.
At ille medias inter exurgens faces
Semuſtus,ac laniatus,intrepidus,rubens.
Nunc o parens herculea,ſic ſtare ad rogum
Te mater:inquit:ſic decet fleri herculem?
Inter uapores poſitus:& flammæ minas
Immotus:inconcuſſus:in neutrum latus
Correpta flectēs membra adhortatur : monet:
Gerit aliquid ardens . omnibus fortem addidit
Animum miniſtris/urere ardentem putes.
Stupet omne vulgus/uix habēt flammæ fidem.
Tam placida frons eſt:tanta maieſtas uiro.
Nec properat uri/cumq; iam forti datum
Leto ſatis penſauit:igniferas trabes
Hinc inde traxit : nimia quas flamma occupat.
Totaſq; in ignem uertit,&,qua plurimus
Exundat ignis:recipit intrepidus:ferox.
Nunc ora flammis implet.aſt illi graues
Luxere barbæ:cumq; iam vultum minax
Appeteret ignis:lamberent flammæ caput.
Non preſſit oculos:ſed quid hoc?mœſtá intuor
Sinu gerentem reliquias magni herculis,
Crinemq; iactans ſqualidum alcmene gemit.

Trimetri Iambici.

ALCMENA. PHILOCTETES.

Timete ſuperi fata:tam paruus cinis
Herculeus ē, huc ille decreuit gigas.
O Quanta titan in nihil moles abit?
Anilis(heu me)cœpit alciden ſinus.
Hic tumulus illi eſt ecce uix totam hercules
Compleuit urnam. quam leue eſt pōdus mihi.
Cui totus æther pondus incubuit leue.
Ad tartara olim,regnaq; o nate ultima
Redditurus ibas:quando ab inferna Styge
Remeabis iterum:non uti ſpolium trahas:
Rurſumq; Theſeus debeat lucem tibi.
Sed quando ſolus?ignis impoſitus tuas

BER, Animo:ſuppone ignem eo animo quo me uides expectare. Arſurum:cape exemplum a me qui non et meo cū arſurus ſim. Rogat: tu tardas : & iuppiter iam me uocat in cœlum. Venio: uerba Herculis. Impulit: tunc ſuppoſui facem ardentem tremente manu. Refugit: uidebatur fugere. Reluctantur nolebant appropinquare. Recedentem:ipſe ſequebat ignem. Caucaſum: qa ille rogus erat tāta ſtrues ut ardere crederes caucaſum ſeu athō. Sonus: nulla lamentatio. Ingemeſcit: q̄ combureret Herculem. Typhon:ſiue typheus gigas: credo q̄ ſi ibi fuiſſet ingemuiſſet. Encheladus:Gigas qui portauit. Oſſam:montem theſſaliæ. At ille:ſcilicet Hercules. Parens : herculea mater herculis. Correpta:ſcilicet ab igne.nō mouebat ſe. Gerit aliquid: nam ligna aptabat forte deficiente igne. Monet: ne fleamus. Vrere: erat eo animo ut ſi ipſe ureret alium. Fidem uix:credebant illum ignem eſſe uerum q̄ Hercules tam fortiter ferret eas flammas. Placita : non perturbata. Properat : ut pœna eſſet breuior. Cumq; leto forti : quando putauit ſatis quod feciſſet multa fortiter i morte poſtea uoluit mori. Exundat:ubi uidebat maiorem ignem illuc ibat. Luxere: ſcilicet igni Barbæ: Seruius dicit i plurali barbas de animalibus in ſingulari de homine. Minax:cum inſtaret ignis prope vultum nū quam clauſit oculos Lamberent:circūdarent. Sed quid hoc:dat locum ſequēti ſcenæ. Nam uidet Alcmenam:quæ portabat cineres Herculis cremati.

BER, Timete. Venies Alcmena cum reliquis herculis ultræ noſtræ conditionem nō diu durare oſtē

dit: & lamentatur de ſeipſa ubi habitura ſit locum: amiſſo Hercule. Superi, timete: etiam uos mortem quando uideris Herculem mori. Gigas: Hercules ita magnus ut uideretur gigas. Decreuit, a decreſco. diminutus eſt tantum ut capiatur in parua urna Titan: exclamat ad ſolem. Moles magnitudo corporis. Anilis ſinus: gremium meum tenuit herculem olim ita magnum. Hic : hæc parua urna. Leue:quia parum ponderat. Iterum : quaſi dicat nunquam. Debeat lucem : quod reduxeris eū ad ſuperos non quæro q̄ redeas cum ſpolio ab inferis uidelicet cū cer. & the. ut prius rediiſti : ſed ſolus Ignis : ardens flegeton retinebit animam tuā.

DAN. Non idem fuit : quando reſpondit patri. Iecur q̄ parte & lachrymari cogimur & amare. Encheladus: Titani & terræ filius ſuppoſitus ætnæ,caret dicto ſpiritu. Mater herculea: Alcmenæ. Gerit aliquid: uitam ſemper degit negocioſa; adeo ut moriens aliquid etiam geſſerit me iuuans me admonens.

DAN. Timete : uenitæ in funere Herculis p alcmenā matrem & inuitatos ab ea ad funeſtū mun?. Decreuit:exinanitus eſt. Gigas:Hercules immani corpore. Anilis ſinus:ſic electra exemptos de urna fictitios oreſtis cineres in ſinum repoſuit. Cui tutus:cum loco athlātis cœlum ſuſtinuit. Quando: nunquam.

BER. ℭ Tænareas: ubi eſt igreſſus ad inferos. ⸿ Pulſabis, ſcilicet redeundo: quaſi dicat nunquam. ⸿ Aditur: petitur locus mortis: quæ uia ſequar te ad inferos. ⸿ Vnum: quia ibi & non redibis: ideo ſolũ iter erit. ⸿ Duras, iam debuiſſes deficere uidendo mortem filii. ⸿ Tantus: tã magnus: ut Hercu. quaſi dicat nunquã talem habebo. ⸿ Thebani coniunx: amphitrio: fœlixq́ mortuus nõ uides tantum dolorem de morte filii. ⸿ Timere: quia eras pater Hercu. ⸿ Vel: etiam ſi nõ eras u rus pater eius. ⸿ Anus: ipſa uetula quo ibo cum ſim odio omnibꝰ Tyrannis propter filium. ⸿ Si quis: corrigit ſe: ſi quem filius meus reliquit in terras quaſi dicat: interfecit omnes. ⸿ Nati. i. filii illorum quos interfecit petent a me ſupplicitũ. ⸿ Buſiris: minor filius buſiris. ⸿ Perſidæ: plage regionis in meridie, ubi populus perſes. ⸿ Hiſmarios: thracenſes equos ſi quis filius diomedis reſtat. ⸿ Greges duri: equi paſſi carne humana dilacerabunt me apponet me præſepibus illorũ. ⸿ Irata quia dicor pellex eius. ⸿ Vertetur: odium quod habebat in Herculem totum uertet in me. ⸿ Secura: nihil curans de hercule qa uictus eſt. ⸿ Vacat: non habet agendum aliquid: vnde ipſa ſuperſum eius pellex in quã exerceat iras. ⸿ Ne parere: timebit ne pariam alterum Herculem propterea me perdet. ⸿ Nota: cognita propter uirtutem Herc. ⸿ Patriam: argos. ⸿ Euriſtheꝰ, qui ipabat herculi. ⸿ Orbata: priuata filio. ⸿ Hiſmenum: fluuium thebanum. ⸿ Thalamos, qa nupta fuit amphitrõi. ⸿ Fulminãtem nimis fœlix fuiſſem ſi iuppiter me fulminaſſet: quẽadmodũ ſemelem Thebanam matrem bacchi & deutero meo fuiſſet exectus: ideſt inciſus infans her. ⸿ Certantẽ equãtem laudes her. ⸿ Et hoc: ut eo amiſſo magis dolerem nam magis dolemus amiſſis rebus magnis quã paruis. ⸿ Cleonas: ciuitatem ubi Hercules leonem: interemit. ⸿ Nobilem: famoſam. ⸿ Meritis: qui ibi interfecit aprum hic alio loco, ales fera ſtimphalis. ⸿ Rex: cruentus Buſiris. ⸿ Leo: ſcilicet nemeus ſeu cleoneus qui in aſtra collocatus eſt. ⸿ Defenſa: quia ibi interfecit diomedẽ.

Compeſcet vmbras, teq; tartareus canis
Inhibere poterit, quando Tænareas fores
Pulſabis? ah quas mater ad fauces agar?
Qua mors aditur? uadis ad manes iter
Habiturus vnum. quid diem queſtu tero?
Quid miſera duras uita? quid lucẽ hanc tenes?
Quem parere rurſus Herculem poſſum ioui?
Quis me parentem natus alcmenam ſuam
Tantus uocabit? o nimis felix, nimis
Thebane coniux, tartari intraſti loca
Florente nato, teq; uenientem inferi
Timuere forſan. quod pater tantum Herculis
Vel falſus aderas, quas petam terras anus?
Inuiſa ſæuis regibus, ſiquis tamen
Rex eſt relictus ſæuus hei miſeræ mihi.
Quicunq; cæſos ingemunt nati patres
A me petent ſupplicia, me cuncti obruent,
Siquis minor Buſiris, aut ſiquis minor
Antæus, urbes perfidæ terrent plagæ.
Ego præda ducar. ſiquis iſmarios greges
Thracis cruenti uindicans, carpent greges
Mea membra diri. forſitan pœnas petet
Irata iuno. totus uretur dolor.
Secura uicto tandem ab alcide uacat.
Pellex ſuperſum, ſupplicia de qua exigat.
Ne parere poſſem, fecit hic natus mihi
Vterum timendum. quæ petam alcmene loca?
Quis me locus? quæ regio? quæ mundi plaga
Defendet? aut quas mater in latebras agar?
Vbiq; certe nota. ſi patriam petam,
Lareſq; miſeros, argos Euriſtheus tenet.
Orbata thebas, regnum & Hiſmenum petam,
Thalamoſq; noſtros, in quibus quondam iouẽ
Dilecta uidi? pro nimis felix nimis,
Si fulminantem & ipſa ſenſiſſem iouem.
Vtinam meis uiſceribus alcides foret
Exectus infans, nunc datum eſt miſeræ, datum
Videre natum laude certantem ioui.
Et hoc daretur ſcire, quod fatum mihi
Eripere poſſet. quis memor uiuet tui
O nate populus? omne iam ingratũ eſt genus.
Petam Cleonas? arcadum an populos petam?
Meritiſq; terram nobilem quæram tuis?
Hic dira ſerpens cecidit, hic ales fera,
Hic rex cruentus, hic tua fractus manu,
Qui te ſepulto poſſidet cœlum Leo.
Si grata terra eſt, populus alcmenam tuam
Defendat omnis. Thracias gentes petam,
Hebriq; populos? hæc quoq; eſt meritis tuis
Defenſa tellus, ſtabula cum regno iacent,

DAN. ℭ Tænareas fores: fauces quæ ducunt ad tartarum. ⸿ Mater ego Herculis. ⸿ Additur: paſſiue ſicut Ouidius in analibus. Vnde nemꝰ nullis illud aditur eqs. ⸿ Durus: ſuſtines. ⸿ Tenes, moraris. ⸿ Quẽ parere: quãdo nullum amplius paritura ſim Herculi ſimilimum meltus moriar comes Herculis q̃ ſuperuiuaz orba. ⸿ O nimis fœlix, qui funus filii non deploraſti: cõtra infœlix pater qui ſupereſt functo filio quemadmodum neſtor qui de nimio ſtamine de legibus fatorum multa conqueſtus eſt qd uiderit actis antilochi barbam ardentem. ⸿ Veniente: cum te ſicut uiciſſim eo pro uenio frequenter uſurpatur. Vel falſus etiam ſi falſus omnino formidabilis fama percelebri tui gnati. ⸿ Cęſos: ab Hercule. ⸿ Buſiris: tale eſt, ſi quis mihi paruulus aula luderet æneas & quidem ſi honorato credimus partibus filii erant cognomines ubi alterius nomen fuiſſet ꝑtermiſſum. ⸿ Forſitan pœnas petet: exiget a me pœnas iniuriam filii ſi quas vnquam nili uincẽdo illi fecit iniuitas aut q a me natus ſit: licet teſtante Papinio. Nil culpa nepotibus obſtet. ⸿ Vertetur: in caput meum cum detur omnis faba. ⸿ Euriſtheus, æmulus Herculis cui propter naſciturum Herculem cœlum iterclusũ eſt indignatione Iouis. ⸿ Et ipſa: ſicut ſemele. ⸿ Cleonæ: ſunt iuxta Nemeam in Archadia: vnde cleoneus leo quem peremit Hercules. Valerius flaccus in primo cleoneo iam tempora cluſus hiatu alcides. ⸿ Hebri populos: Thracas. hebrus fluuius ex pindo trahens ortum ut placet Ariſtoteli in ſecundo methaurorum.

ℭ Vbi

BER. ¶ Vbi: quaſi dicat in nul/lo loco: quia toti mundo dedit pacem. ¶ Conten/dat, ut habeãt cineres tuos. ¶ Onus: urna quam ge/ſtabat Alcmena manibus. ¶ Totus orbis: tua fama. erit tibi magnum ſepul/chrum per totum orbem. ¶ Quid anime: ſeipſam di/cit non timendum eſt: dum tenes cineres filii: quia ad/huc erũt tibi præſidia quã/do reges adhuc timebunt vmbram Herculis. ¶ De/bitos conſolatur Alcme/nam philotetes. ¶ Abſtu/lit iter: nam cum mors ex/tinguat omnia ſola uirtus ſuperſtes reſtat: vnde non eſt dolendum de morte fi/lii qui tot præclara facino/ra egit ut immortalitatem nois ſui meruerit. ¶ De/generes: uiles carentes uir/tute. ¶ Sedabo: interroga/tiue ceſſabo. ¶ Vindicem: vnde magna eſt mea iactu/ra. ¶ Vtrunq; oceanum: orientem & occidentem. ¶ Quod amiſi vnum filiũ ſed poſſum exiſtimare per/didiſſe multos in vno: nam plures ualebat. ¶ Condi/di: ſepeliui. ¶ Poteram da/re: & ſi nõ haberem filium regum uictorem. ¶ Vna: cum haberem filium Her/culem nunquam feci uota diis quia illis non indige/bam. ¶ Quid: quaſi dicat: oia poterat dare. ¶ Ma/nu: ſcilicet Herculis. ¶ De/fleuit: nunc comparat mi/ſeriis aliorum. ¶ Bis ſepte/nos quatuordecim filios Niobem intelligit de qua diximus in prima trægœ/dia. ¶ Ille: meus Hercules ¶ Quot gregibus: quam multæ multitudini filiorũ poterat æquari. ¶ Alcme/ne ipſa ut numeraretur in/ter miſeras matres. ¶ Da/bit: ſcelicet exemplum mi/ſeræ matris. ¶ Ceſſate o matres iam ceſſate a luctu & conſolate uos in compa/rationem mei. ¶ Pertinax, adhuc durans. ¶ In ſaxa: ſi/cut dicitur de niobe. ¶ His malis: ſcilicet meis. Nam plura habeo q̃ uos omnes ſimul. ¶ Agedum: exhor/tatur ſeipſam ad luctum. ¶ Vna: ego ſola non ſum ſatis ad tantum luctum. Vnde uellet totum mun/dũ reſonare plãctu. ¶ Bre/

Hic pax cruento rege proſtrato data eſt.
Vbi enim negata? quod tibi infelix anus
Q uæram ſepulchrum? de tuis totus rogis
Contendat orbis. reliquias magni Herculis
Quis populus, aut quæ tẽpla, quæ gentes colẽt?
Q uis iam peret, quis poſcet alcmenes onus?
Q uæ tibi ſepulchra nate, quis tumulus ſat eſt?
Hic totus orbis fama erit tumulus tibi.
Q uid anime trepidas? Herculis cineres tene.
Complectere oſſa/reliquiæ auxilium dabunt.
Erunt ſatis præſidia/terrebunt tuæ
Reges uel vmbræ. Phi. debitos nato quidem
Compeſce fletus mater alcmene inclyti.
Non eſt gemendus, nec graui urgendus nece.
Virtute quiſquis abſtulit fatis iter.
Æterna uirtus Herculem fleri uetat.
Fortes uetat mœrere/degeneres iubet.
A. Sedabo queſtus? uindicem amiſi parens
Terræ atq; pelagi, quaq; purpureus dies
Vtrunq; clara ſpectat oceanum rota.
Q uot miſera in vno condidi natos parens?
Regno carebam/regna ſed poteram dare.
Vna inter omnes terra quas matres gerit,
Votis peperci, nil ego a ſuperis petii
Incolume nato. quid dare Herculeus mihi
Non poterat ardor? quis deus quidquam mihi
Negare poterat? uota in hac fuerant manu.
Q uidquid negaret Iuppiter, daret Hercules.
Q uid tale genitrix ulla mortalis tulit?
Defleuit aliqua mater, & toto ſtetit
Succiſa fœtu biſq; ſeptenos greges
Deplanxit vna/gregibus æquari meus
Q uot ille poterat? matribus miſeris adhuc
Exemplar ingens deerat/alcmene dabit.
Ceſſate matres, pertinax ſiquas dolor
Adhuc iubet lugere quas luctus grauis
In ſaxa uertit. cedite his cuncta malis.
Agedum, ſenile pectus o miſeræ manus
Pulſate. & vna funeri tanto ſat eſt,
Grandæua anus defecta? quod totus breui
Iam quæret orbis/expedi in planctum tamen
Defeſſa quanquam brachia, ut inuidiam deis
Lugendo facias. aduoca in planctum genus.

Anapeſtici.

ALCMENA SOLA.

Flete alcmenen, magniq; Iouis
Plangite natum/cui concepto
Lux vna perit, noctéſq; duas
Contulit Eos. ipſa quiddam
Plus luce perit/totæ pariter

ui: ſcilicet ſpacio naſcen/tur monſtra nec erat Her/cules: & eum omnes uoca/bunt. ¶ Expedi: exers bra/chia nuda ad plangẽdum.

BER. Flete, mutat verſu3 & fa/cit anapeſti/cum. Alcme/nem: miſe/rias meas. ¶ Eous: aurora. ¶ Contu/lit: coniunxit. ¶ Plus luce q̃uis lux ſit utilis uitæ: tñ aliqd maius petit. ſ. Her.

DAN. ¶ Hic pax: illic pax tran/quilla duce filio. ¶ De tuis totus rogis: quæritur glo/ria a populis per monumẽ/ta uirorum præſtantium: quemadmodum grauis il/la & capitalis pugna teſti/ficatur inter himerenſes & catanenſes exorta de cine/ribus Steſichori ad quã dirimẽdam Phalaris Aſti/phaleus iudex electus fuit, & tandẽ ꝑ Catanẽſis plata ſnia: quoniã apcatane ſtu/diis litterarum operam na/uaſſet egregiam. Imereus enim fuit Steſichorꝰ. poe/ta cæcus: cæteroq; facundiſſi/mꝰ. ¶ Onus alcmenes, her. ¶ Hic totus orbis: cœlũ ſepultura eſt urna carenti/bus: tu uero ubiq; eris pręſto fama & meritis. ¶ Re/liquiæ hercu. etiam mor/tuus tibi opem feret herc. ¶ Non eſt gemendus mors eorum lugenda eſt: quo/rum laus emori non po/teſt. ¶ Vindicem: ego pa/rens amiſi uindicem terrę. ¶ Quot miſera vnus her. eſt mihi flendus pro in nu/meris gnatis quo ſolo erã regina, nã gloria parentis eſt filius ſapiẽs. ¶ Succiſas orba fœtu prius. ¶ Ceſſa/te miſ. es ego vna hodie añ/cedo oẽs miſeras miſeria.

DAN. Flete: Herculea/ru3 uirtutũ per lugẽtem Alcme/nam anacepha/leoſis Carmine pindarico. ¶ Vos: craſis in dictione aut melius ſm græcam inflexionem quæ eſt γοσ, οοσ. inde torque/tur νοοσ quæ dictio non/nunq̃ corripit primã apud latinos qđ nuſq̃ inuenies in græcis auctoribus: cur id agãt latini uiderit eruditi, duæ noctes fuerũt cõmiſſę dum her. ſereret Iuppiter.

BER. ¶Penetrare: ire quando illos interfecit. ¶ Madens: ſanguinolentum. ¶ Cerula: quia eſt inſula in mari clara tonāte quare ibi Iuppiter eſt educatus. ¶ Centum, nam ibi centum erant urbes ut iquit Vir. ¶ Idra: nam in creta Idra mons altuſque eiuſdem nominis in phrygia. ¶ Arma: nam illi ſacerdotes galeas & arma percutiebant in ſacrificiis ut plene ſcribit. Ouid. in faſtis. ¶ Creta: uocatiui caſus. ¶ Genus: appoſitio eſt: nam gens archada: ut ſupra diximus: aſſerebat ſeſe ortam eſſe ante lunam & ſydera vnde dicit Phœbo nondum naſcente. ¶ Iuga ſpartes: montes lacedęmonis & Nemeæ reſonent planctu. ¶ Mænala: montē archadiæ. ¶ Poſcite: repetite. ¶ Setiger: aper ab illo i agris ueſtris fuit interemptus & ales.i. alites ſtymphalides. ¶ Sequi: ſagittas nam vulnerata cadebat ad terram cum ſagittis. ¶ Velata: nam eĩ alis obſcurabāt lucē. ¶ Sitoniæ: thracenſes nam ſiton mons ē thraciæ. ¶ Infans: quia ſtabula.i. equi Diomedis non ueſcuntur ueſtris infantibus. ¶ Viſcera: filios ueſtros. ¶ Libera tellus: ſcilicet libia. ¶ Plaga ra. hiſpania de qua rapuit Hercu. armenta gerionis. ¶ Vtraq; thetis, utrunq; mare orientale & occidentale. ¶ Vos quoq;: etiā dii debetis flere quia profuit nobis quando gigantes uolebant aſcendere cœlum. ¶ Numina dei appo-

Plangite gentes. quarum ſæuos
Ille tyrannos iuſſit ſtygias
Penetrare domos, populiſq; madens
Ponere ferrum. fletum meritis
Reddite tantis. totus, totus
Perſonet orbis. fleat alciden
Cœrula Crete. magno tellus
Clara tonante, centum populi
Brachia pulſent. nunc Curetes,
Nunc Corybantes arma idæa
Quaſſate manu. armis illum
Lugere decet, nunc nunc funus
Plangite uerum. Iacet alcides
Non minor ipſo creta tonante.
Flete Herculeos arcades obitus,
Non dum phœbo naſcente genus.
Et iuga Spartes nemeæq; ſonent.
Feriatq; graueis Mænala planctus.
Poſcite magno alciden gemitu,
Stratus ueſtris ſetiger oris,
Aleſq; ſequi iuſſa ſagittas,
Totum pinnis uelata diem.
Flete argolici, flete cleonæ,
Hic terrentem mœnia quondam
Veſtra Leonem fregit noſtri
Dextera nati. date Sithoniæ
Verbera matres, gelidaſq; ſonet
Planctibus Hebrus. flete alciden,
Quod non ſtabulis neſcitur infans.
Nec ueſtra greges uiſcera carpunt.
Fleat antæo libera tellus,
Et rapta fero plaga Geryone.
Mecum miſeræ plangite gentes.
Audiat ictus utraq; Tethys.
Vos quoq; mundi turba citati
Flete Herculeos numina caſus.
Veſtrum alcides ceruice meus
Mundum ſuperi cœlumq; tulit.
Cum ſtelligeri uector olympi,
Pondere liber ſpirauit atlas.
Vbi nunc noſtræ Iuppiter arces?
Vbi promiſſe regia mundi?
Nempe alcides mortalis obit.
Nempe ſepultus. quoties telis
Facibuſq; tuis ille pepercit?
Quoties ignis ſpargendus erat?
In me ſaltem iaculare facem.
Semeleng; puta,
Iam ne Elyſias o nate domus,
Iam littus habes, ad quod populos

ſitiue turba citati: ideſt uolubilis cœli. ¶ Tulit cœlum: ſuppoſuit humeros loco athlātis. ¶ Spirauit: uoluit ſpirare & quieſcere. ¶ Vbi uertit ſermonē ad iouem dicens ubi Iuppiter eſt cœlum quod promiſiſti filio. ¶ Mortalis: nam illum immortalē facere promiſeras. ¶ Pepercit: beneficia: Her. exprobabat Ioui niſi fuiſſet Hercu. q; fulmina expendiſſes cōtra tyrannos & monſtra. ¶ Ignis fulmen. ¶ Iaculare: ſaltem ſi non uis ſuſcipere filium in cœlum mitte in me fulmen ut feciſti in ſemelem matrem Bacchi cuius fabula nota eſt apud Ouidium lib. meta.

DAN. ¶Quorum: ad ſignificatum. ¶ Iuſſit: coegit ut annifum dicere inſſit. ¶ Ponere: aphereſis. ¶ Madens: illorum cruor. ¶ Centum: numerus eſt diſcret⁹ apud Home. ¶ Armis: quibus excelluit. ¶ Nondum phœbi: ideſt luna nam proſelenes dicti ſunt teſte Appo. & Pluta. in quæſtionibus. ¶ Velata: actiue dixit. ¶ Argolice: caſtiga argolici. ¶ Sithoniæ: Thracia teſte.i. Gel. uetuſto nomine Sithon appellata eſt: inde Sithon. & Sithōis declinata. ¶ Veſcit: aut paſſiue poſitum eſt: aut per hipalagem lege. ¶ Thetis: tropas. Citari uerſatilis & uolubilis. ¶ Ad quod littus. ¶ Populos: animas nā perpetuus ad mortem concurſus & turbæ uix ſatis vna ratis.

¶Natura:

BER. ¶Natura: quia naturaliter omnia moriunt. ¶Præclusit: an clausum est tibi iter ut non possis transire quod timeatur ne iterum rapias cerberum ut fecisti prius. ¶Morantur: tenent ne ingrediaris. ¶Quis: quantus tumultus debet esse in inferno. ¶Nauta: Charon credo ꝙ ipse fugiat. ¶Centauris: qui dicuntur esse in primo gressu inferni cum uiderunt te fugiunt: & alios vngulis suis feriũt fugiẽdo. ¶Idra, quæ est in primo limine inferni: ut scribitur a Virgilio. ¶Mersit: quare adhuc est illi sua figure. ¶Angues: quia plura capita habebat. ¶Labores: monstra quæ uicisti. ¶Fallor: nunc castigat se ꝙ filius non est ita terribilis quemadmodum erat in mundo: cum illic nulla arma habeat qđ sane satis nobis mõstra in extrema die nulla arma prodesse. ¶Argolico, quẽ iter fecit apud Cleonas. ¶Cõtecta: uestita: pilis fuluis. ¶Operit: tegit sinistrum brachium tuum. ¶Valãt: circundant caput: nam rictus leonis gestabat in capite & reliquam partem supra humeros. ¶Dentes: scilicet leonis. ¶Donum: nam sagittas reliquisti philothete. ¶Pharetre: appositiue donũ. ¶Dextra minor, philothe. ¶Mãsurus: non rediturus.

BER. QVid me: Alcmena audit uocẽ dicẽtẽ mater quid flẽdo mõstras me mortuũ qui iam teneo cœlum. ¶Fatũ, mortem. ¶Parce: noli plorare

Natura uocat? an post raptum
Styx atra canem præclusit iter.
Teq; in primo limine Diris
Monstra morantur? quis nunc vmbras
Nare tumultus, manesq; tenet?
Fugit abducta nauita cymba?
Et centauris Thessala motis
Ferit attonitos vngula manes?
Anguesq; suos hydra sub vndis
Territa mersit? teq; labores
O nate timent?
Fallor, fallor uæsana parens.
Nec te manes, vmbræq; timent.
Non argolico rapta Leoni
Fulua pellis contecta iuba
Leuos operit dura lacertos,
Vallantq; feri tempora dentes.
Donum pharetræ cessere tuæ,
Telaq; mittet iam dextra minor.
Vadis inermis nate per vmbras,
Ad quas semper mansurus eris.
Trimetri Iãbici partim. Hercules. Alcmena.
QVid me tenentem regna syderei poli,
Cœloq; tãdem redditũ planctu iubes
Sentire fatum? parce, nam uirtus mihi
In astra, & ipsos fecit ad superos iter.
A. Vnde sonus trepidas aures ferit?
Vnde meas inhibet lachrymas fragor?
Agnosco agnosco, uictum est chaos.
A styge nate redis iterum mihi.
Fractaq; non semel est mors horrida:
Vicisti rursus noctis loca,
Puppis & infernæ uada tristia.
Peruius est acheron iam languidus,
Et remeare licet soli tibi.
Nec te fata tenent post funera.
An tibi præclusit pluton iter?
Et pauidus regni metuit sibi?
Certe ego te uidi flagrantibus
Impositum syluis, cum pluribus
In cœlum furerent flammæ minis.
Arsisti certe/ uerum ultima
Non tenuere tuas vmbras loca.
Quid timuere tui manes precor?
Vmbra quoq; est Diti nimis horrida.
H. Non me rigentes stagna Cocyti tenent.
Non puppis vmbras fusca transuexit meas.
Iam parce mater questibus, manes semel,
Vmbrasq; uidi. quidquid in nobis tui
Mortale fuerat, ignis inuictus tulit

¶Vnde Alcmena: audiens ista uerba miratur vnde sit ista uox credo ꝙ Hercules reuersus est ab inferis & illic omnia ipsum timuerũt. ¶Inhibet, prohibet ne ploret. ¶Chaos: infernus. ¶Non semel: bis uictus tibi infernus & mors horrida. ¶Peruius: per quem potuisti iterum redire. ¶Remeare reuerti. ¶Tibi soli: quod aliis non contingit. ¶Tenent: quod non reddeas. ¶Metuit: ne rapere regnũ inferni. ¶Certe: uidi te ardentem in rogo & mortuum: sed tamen non potuisti retineri apud inferos. ¶Precor: dic quid tui: casus genitiui. i. quid te timuerunt. ¶Vmbra: scilicet tua. ¶Non me: respondet vmbra herculis se non fuisse apud inferos: quia satis fuit quod uiuẽs illud adierit. ¶Tui: ex parte tui genitricis quæ mortalis es expurgatum fuit in his rogis. ¶Tulit: expurgauit.

DAN. ¶Fugit: interrogatiue legendum est. ¶Fallor: petebat enim tartaream militiam nudus & sine armis: nam licet quis clypeo se protegat & galea. Mors tamẽ inclusum protrahet inde caput.

DAN. QVid me: catastrophe de omni mortalitate in apotheosim meritis aureæ uirtutis. Solatur matrem. Hercules iam deus effectus. ¶Vnde sonus: quem audiui indicem filii mei iam in collegium deorum trãslati. ¶Iterum quia semel cum Theseo.

¶Paterna: pars diuinitatis quę ex ioue erat, eſt reddita cœlo. ¶Virtus: facit immortales & timidi q habent uicia moriunt. ¶Pręſens dicis te neſcire vnde ſit, hic ſonus uenit ille ex cœlo ubi ego ſum. ¶Euriſtheus: iam Euriſtheum non timebis quem ſupra diximꝰ imperaſſe. Herculi hic tibi dabit pœnas. ¶Tranſcendens: ſuperans ſuperbum caput .i. Euriſtheum: cum me filium tuum deum habebis. ¶Mane: rogabat mater ut reſiſteret: & ille fugit ab oculis eius. ¶Credula: quia miſeri putant uidere interdum quod non eſt uerum. ¶Canam, ibo thebas & aperte denunciabo Herculem factum deũ eſſe.

Nunquã: uerſus Anapeſticus: Hic Chorus laudat uirtutē quæ ſola immortales homines facit ut Plato plene teſtatur quo ſuit puris animabus aditum patere in cœlum: contaminatas uera deprimi in terris addēdo cocytos phlegetontaſq; fluuios flammiuomos. ¶Lœtheos: infernales. ¶Summas horas: vltimum tēpus uitæ. ¶Pãdet: aperiet hi ſunt de quibus Maro inquit. Hos ar-

Paterna cœlo pars data eſt, flammis tua.
Proinde planctus pone, quos nato pater,
Genitrix inerti luctus in turpes eas?
Virtus in aſtra tendit in mortem timor.
Præſens ab aſtris mater alcides cano.
Pœnas cruentus iam tibi Euriſtheus dabit.
Curru ſuperbum uecta tranſcendens caput.
Me iam decet ſubire cœleſtem plagam.
Inferna uinco rurſus alcides loca.
A. Mane parumper, ceſſit, ex oculis abit.
In aſtra fertur. fallor, an vultus putat
Vidiſſe natum? miſera mens incredula eſt.
Es numen, & te mundus æternus tenet.
Credo triumphis, regna Thebarum peram,
Nouumq; templis additum numen canam.

Anapæſtici. CHORVS.

Nunquam ſtygias fertur ad vmbras
Inclyta uirtus. uiuite fortes,
Nec lethæos ſæua per amnes
Vos fata trahent. ſed cum ſummas
Exiget horas conſumpta dies,
Iter ad ſuperos gloria pandet.
Sed tu domitor magne ferarum,
Orbiſq; ſimul pacator ades,
Nunc quoq; noſtras reſpice terras,
Et ſiqua nouo bellua vultu
Quatiet populos terrore graui,
Tu fulminibus frange triſulcis
Fortius ipſo genitore tuo
Fulmina mittens.

dens euexit ad æthera uirtus. ¶Sed tu: iam præcatur Herculem tanquam deum. ¶Ades: faueas nobis & gere curam noſtri ſut ſi quod monſtrum natum fuerit de cœlo mittas fulmina.

¶Vmbra .i. ſimulachrum enim petit manes: cœlum anima & corpus in puluerem ſoluitur.

Nunquam ſtygias laudat herculem Chorus & numen adorat uirtutis herculeæ: peruenimus tandem in optatum portum: lector candide: pelagus ingens emenſi præcipiti curſu. perfecimus nãq; intra menſes tris inter .ix. annorum: non abſq; tamē periculo imminentis naufragii: nam importuniſſimi iſti remiges noſtri dum nimis auide ad tuam pecuniam uela contendunt: in infames ſcopulos: in ſæuam carybdim & Scyllam immanem: hanc meam ſutilem cymbam prope modum pertraxerunt: erat .n. hoc mare nauigãdum rate fatidica & magiſtro tiphi. ſed gratias tandem cum coronis deo optimo perſoluamus uendibiliori merca poſt hac nauigaturi.

F I N I S.

¶Habes amice lector commentaria in aureas. L. Annei Senecæ tragœdias tanto uitæ bono: vt ſi diligenter eas perlegeris: nihil tibi conducibilius reperire poſſis ad bene uiuendum: & ad rerum locorumq; omnifariam cognitionem: ibi ſententiæ graues ad inſtituendum uitæ modum: hyſtoriarum fabularumq; enarratio: fortunæ uarietas urbium: montium: acquarum: maris: & fluuiorum: regionum populorumq; deſcriptio: uerborũ enucleatio: ordo textus ita ſimplex: vt quiſq; nouitius omnia facile percipere ualeat. Itaq; leges gratum accipies: ſi minima proſequuti ſimus: ut tu maiora indipiſcem poſcis. Vale.

¶Impreſſum Venetiis per Bernardinum de Vianis de Lexona Vercellenſem.
Anno Domini. M. D. XXII. die. VI. Nouembris.

Regiſtrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R.

Omnes ſunt quaterni præter Q & R qui ſunt quinterni.

Quinterni .14.

TRAGOEDIAE, QVAE INSCRIBITVR HERCVLES FVRENS, ARGVMENTVM.

Continet hæc prior Tragœdia querelas Iunonis, & indignationē cōtra pellices Iouis mariti ſui, ſimulq; contra Herculē ex pellice natū. Cōtinet & Megaræ fletū ob cōiugis Herculis abſentiā, & ob tædia minaſq; Lyci, quippe qui Creonte rege & filiis occiſis, Thebanū imperiū occupauerit, eiq; vim pariter iferre tentauerit. Mox ab inferis rediēs Hercules, cognitis, quæ fecerat Lycus, icedentem illū ad ſacrificandū, ob portū regnū, interficit. Sed ſui in Herculē odii Iuno minime ēt adhuc oblita, iuſſit ut is furore corriperet̄. Quo actus miſere Hercules cōiugi & liberis uitā eripuit. Poſtremo mēte reſumpta, illarūq; cædiū cognito authore, ſibi piter & manū intuliſſet vltro, ni genitoris ſui piæ pces interceſſiſſent.

TRAGOEDIAE, QVAE INSCRIBITVR THYESTES, ARGVMENTVM.

Cogit, excitatq; ab inferis Megæra ex furiis vna Tātalū olim Phrygiæ regē ad odia cōmiſcenda inter duos fratres, Thyſtē & Atreū nepotes eius, q Mycenis alternis annis regnauerāt. At Atreus furiis agitatus, cōſilio cū ſeruo inito, deliberat. quo pacto uindictam de fratre ſumat, q̄ dolis Aeropen ſibi cōiugē cōſtuprarit, quodq; arietē aurei uelleris ſubripuerit. Igit̄ ab Atreo ſimulata recōcilliatione Thyeſti reuocato Mycenis & iicio eponunt̄ in cōuiuio ſui filii epulandi. Poſtremo cū ēt ſanguinem illorum in patera propinaſſet Atreus, iuſſit domum afferri capita. Queis uiſis et agnitis diffleet quidē Thyeſtes, ſed Atreus, q̄ uindicta poeſſerit, oblectat̄.

THEBAIDIS TRAGOEDIAE DIMIDIATAE ARGVMENTVM.

Oedipus ſoluto ænigmate, Sphingis bñficio ac interfecto parēte, Thebarū potitus iperio, necnō & Reginæ genitricis matrimonio, vt demū parricidiū, & iceſtū cognouit ſuū, ſua ſibi manu effodit oculos. Is igit̄ Oedipus filiam rogans inducit̄, uti parentē deſerat errabundū, nā ea ſibi capto oculis ſemitā prætentabat. Parant̄ mox bella inter utrunq; Oedipodis filiū Etheoclē. ſ. ac Polynicē. Ad quæ ſedanda pergit mater Iocaſta, rogans, ne inter ſe, ſed in ipſam arma ſuſcipiēt. ac demū utriq; exercitui ſuadet, arma deponent. Cæterum cū deſint Chorus & actus poſtremus, Tragœdia hæc iperfecta exiſtimat̄.

TRAGOEDIAE, QVAE INSCRIBITVR HIPPOLYTVS, ARGVMENTVM.

Hippolytus Theſei & Antiopæ filius, cū aio inſediſſet oi ſe uoluptatū lenocinio abdicare, venationi tm̄ intētua uitā ducebat cœlibē, & a mulierū blanditiis alienā. Sed Phœdra nouerca eius priuigni forma, ætateq; illecta, & amore uæſano correpta, & mariti abſentia aiata, ac demū dolore deuicta, & ægritudine cauſata vulnus iuueni detegit, & inuitat ad uenerē. At cū ſe ſentit a priuigno acriue increpari, & cupitos amplexus ptinaciter denegeri, infenſa ilico & amoris oblita, Hippolytū iſimulat Theſeo ab iferis redeunti, ceu is eā ligdo interpellarit. Igit̄ adoleſcēs patris declināe furorē iſcenſo curru diſtrahit̄ atq; diſerpit̄ ab eqs ſuis, a Phocis exterritis, quos imiſerat Aegeus. Poſtrēo Phœdra ſui facinoris ſcenā detegēs, ſup Hippolyti corp⁹, miſere gladio ſe ipaz ɔficit.

TRAGOEDIAE, QVAE INSCRIBITVR OEDIPVS, ARGVMENTVM.

Laborantibus peſtilentia Thebis, ibiq; tū regnēte Oedipode, de quo ſatis ſuperius in Thebaide cōſultus Apollo, an peſti remediū foret ullū, rñſum tulit, nō ceſſaturā illā, donec Laii interitus expiet̄, & interfector illius plectatur exilio. Cæterū cū interfectoris nomē minime indicaſſet, ab Oedipode Tireſia uates ɔſulta, pādit, ipm fuiſſe Oedipodē, qui regē Laiū peremerit. Deprehēdēs poſtremo Oedipus coniecturis qbuſdā, artis magicæ bñficio uera locurā fuiſſe Tireſiā, & ſibi effodit oculos, & Iocaſtę parēti plurimū id rogāti gladio uitā eripuit.

TRAGOEDIAE, QVAE INSCRIBITVR TROAS, ARGVMENTVM.

Exciſa deletaq; Troia Græcis in patriā redire parantibus apparuit Achillis vmbra, quē Paris in tēplo Apollinis iterfecerat. Ea monuit, ut mācrū ſui Polyxenæ puellæ regiæ uictima placarent̄, cuius coiuxe, dū uiueret, connubiū expetebat. Primū igit̄ Troię ſæuū deflet̄ excidiū. Mox ab Vlyſſe ingrit̄ Aſtyanax puer Hectoris filius, ut tollat̄ e medio, neqd ſuperſit reliquiarū ad Iliū vindicādum. Reperto demū puero, abductaq; puella, ut refert a Nūtio, ea qdē in Sigeo ad tumulū Achillis mactabat ille præcipitat̄ e turri. Referunt̄ aūt iccirco, q̄ horrenda minime actitant̄ in ſcena, ſed tm̄modo recitant̄.

TRAGOEDIAE, QVAE INSCRIBITVR MEDEA, ARGVMENTVM.

Medea quondā, cuius apud Naſonē, Diodorū, et Iuſtinum rite extat hiſtoria, querit̄ in hac ſeptima Tragœdia de Iaſonis periurio atq; repudio: in cuius etiā vltionē ſæuiſſime aduocat deos oēs. Mox vnius diecula a Creonte, q exiliū illi indixerat, dilatione ipetrata, ſecū deliberat ipſa Medea, ut & veneficiorū ope Creōtis dom⁹ icēdio abſumat̄, & filii, quos ex Iaſone receperat, añ ipſius parētis ora miſere iugulent̄. Quę ſcelera, ut fœmina ſceleſtiſſima ſtatueret, fœde & imaniter in calce patrant̄.

TRAGOEDIAE, QVAE INSCRIBITVR AGAMEMNON, ARGVMENTVM.

Thyeſtes olim ille natorum tumulus, nefandis iniuriis ab Atreo germano ſuo admodū laceſſitus, ab iferis remeans excitat & hortat̄ Aegiſthum filiū, vt ppere ſe accingat ad tātas ſuæ domus iniurias ulciſcēdas. Agamēnonis itaq; ex Atreo geniti, & in bello Troiano diuti⁹ cōmorētis cōiugē Clytēnæſtrā, vt ſtuprū clemēter iferat, inuadit Aegiſthus, qd & iampridē oraculū perſuaſerat. Illa demū Aegiſthi amore correpta, coq; identidem potita, quo minus adulteri complexus impedirent̄, reuerſum maritum, nec ſibi talia metuentem interficit.

TRAGOEDIAE, QVAE INSCRIBITVR OCTAVIA, ARGVMENTVM.

Satis conſtat Octauiam, quæ huic tragœdiæ fecit titulū, patrem habuiſſe Claudium imperatorē, matrem uero Meſſelinam filiam Barbari Meſſalæ eiuſdem Claudii conſobrini. Hæc Octauia Syllano primum deſpōſata eſt. Quo repudieto atq; occiſo, iterum a patre Neroni collocata eſt priuigno ſuo, quē antea adoptauerat. Sed Nero illius conſuetudinem aſpernatus, ægre ferente id Ro. Po. dimiſit, vt ſterilem, moxq; etiā interfecit, adulterium falſo probante Aniceto pædagogo, quod ei falſo etiam obiecerat Nero. Queritur itaq; nunc Octauia miſerrimam fortunam ſuam, ſimulq; patris obitū, quē filius ueneno necauerat querit̄ inſuper Seneca Neronis ipſius præceptor mores ſui temporis atq; calamitatē. Demū iuſſu principis infelix Octauia, annuente id Po. Ro. quod iampridem negauerat, ad necē tradit̄.

TRAGOEDIAE, QVAE INSCRIBITVR HERCVLES OETHEVS, ARGVMENTVM.

Hercules ſacrificaturus ob deletæ Oechaliæ urbis victoriam & raptum Iolæ, ad Deianirā coniugem miſit puerum, qui ueſtem afferat, qua uti in ſacrificando cōſueuerat. Deianira uero ueſtē marito miſit ſanguine Neſſi cētauri reſperſam, dubitans, ne Iolæ amore, ipſa poſthaberetur, q̄ ſuaſer et Neſſus fœminæ, ut faceret, ſiquando illa de mulieris alterius amore, ueretur. Eam ueſtem ubi primum attigit Hercules, veneno aſperſus lēta tabe exedebatur. qua quidem de re cōſultus Apollo delphicus, reſpōdet, uti pyram Hercules in Oetheo mōte conſtrueret, ac de reliquis Ioui curā relinqueret. Cōſtructa igit̄ pyra, & inibi per Philoctetis manus admoto igne, cum nihil reliquiarum repeririſſent qui aderant, in cœlum omnino ſublatum Herculem cenſuerunt. Atq; hæc in ſuprema iſta Tragœdia referuntur.

RAGORDI

Profumo fino per far in chiera

R. Muschio
Rose
Aqua Rosa
Aqua de Melangoli
Canella
Garofoli
Storace
Belgiouino
scorze de Melangoli
Incenso
Zuccharo fino